This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.
+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.
+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.
+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at http://books.google.com/

WIDENER LIBRARY
HX 3JJN Z

Ger 8182.90.3

Harvard College Library

FROM

DENMAN W. ROSS,

OF CAMBRIDGE.

Received 16 January, 1888.

221-24
14-2

CODEX
LAURESHAMENSIS
DIPLOMATICUS
TOM. I.

Lorsch, Germany — Abtei.

CODEX
PRINCIPIS OLIM
LAURESHAMENSIS
ABBATIAE
DIPLOMATICUS

EX
AEVO MAXIME CAROLINGICO
DIU MULTUMQUE
DESIDERATUS

EDIDIT RECENSUIT
ET
PRAEFATA EST
ACADEMIA
ELECT. SCIENT. ET ELEGANT. LIT.
THEODORO-PALATINA

TOMUS PRIMUS

MANNHEMII
TYPIS ACADEMICIS
MDCCLXVIII.

Ger 8182.90.3

~~III. 6134~~

Gift of

Denman W. Ross, Ph. D.,

Cambridge.

221-29
14-2

Fata codicis, qui nunc tandem vulgatur, cum ipſius cœnobii, in quo natus eſt, & principatus ejus fortuna conjunctiſſima fuere. Seculo XII exeunte Laureshami confectus, quum brevi poſt principatus hic ad metropolim Moguntinam a Friderico II imp. transferretur, (a) in Moguntinum quoque tabularium haud dubie migravit. Mutata ſede Heidelbergam pervenit anno 1461, quo omnis ille Stratæ montanæ tractus, Laureshamenſi abbatiæ olim ſubditus,

(a) An. 1232, teſte diplomate imperiali ap. *Helwic. antiq. Laurish.* p. 187, & in *Joannis hiſt. Mogunt. ſcriptor.* tom. III. p. 98. Add. *Vogelii relatio de coenobio Lauriſſ.* a Struvio edita in *Freheri ſcriptor. Germ.* tom. I, p. 165.

Friderico victorioſo, electori Palatino, oppigneratus eſt. (b)

Heidelbergæ Hubertus Thomas Leodius Friderico II, & Marquardus Freherus Friderico IV electoribus eundem codicem ſuis tractarunt manibus. Leodius ſane, ubi in annalibus vitæ Friderici II de antiquis Rheni comitibus, Laureshami conditoribus, diſſerit, (c) „ hæc, ait, „ ex antiquiſſimo libro, ante ſexcentos, ut putatur, annos ſcribi cœpto, erui, in quo & „ literæ Caroli M. continentur &c. „ Ad verba hæc Freherus, ubi in appendice prima *originum* ſuarum *Palatinarum* editionis ſecundæ ea exhibet, (d) notam in margine addidit: „ *Chro-*

„ *nicon*

(b) Qua de re Kremerus noſter in *Geſchichte des Kurfürſten Friedrichs I &c.* pag. 260, unde corrigendi Helwicus, Joannis & qui eos ſecuti ſunt alii, oppignerationem iſtam ad an. 1463 referentes.

(c) Lib. I, pag. 8

(d) Part. I, append. pag. 9.

„ *nicon Lauriſhamenſe* a nobis editum tomo I „ German. „ Quod ad Freherum jam ipſum attinet, in primo *ſcriptorum ejus rerum Germanic.* tomo anni 1600 ſecundo loco compareret; „ Chronicum Lauriſhamenſe ex manuſcri- „ pto membranaceo & pervetuſto codice ipſius „ monaſterii, quo etiam donationum & privi- „ legiorum ejus farrago immenſa continetur, „ (unde liber traditionum monaſterii Lorſſ vulgo „ vocatur) *nunc in archivis Palatinis aſſerva-* „ *tus.* „ Sed & in calce ejusdem chronici, a ſe primum editi, Freherus ſequentia annotavit: „ Hactenus egregius ille & nunquam ſatis lau- „ datus codex cœnobii Lauriſſenſis optimæ ſane „ notæ, & illo ipſo tempore, in quo chronicon „ hoc deſinit, ſcriptus. Chronicon ſequuntur „ in illo donationum & precariarum per pleros- „ que Germaniæ pagos S. Nazario factarum for-

„ mulæ

„ mulæ innumerabiles, eæque tantum ſub Pi-
„ pino, Carolo & Ludowico regibus & impera-
„ toribus, quarum nos nonnullas alibi repræ-
„ ſentavimus. Et vero illas qui viderit, omnes
„ viderit. „

Repræſentaverat tum Freherus in laudata modo appendice, quæ an. 1598 primum prodiit, codicis Laureſham. tabulas prope viginti, ad Cancronem comitem, monaſterii auctorem, Ansfridum palatinum comitem, montem Abrinsberg & ſilvam Ottonicam ſpectantes, quas omnes in fronte appendicis ex veteribus membranis ſumma cura & fide, deinde vero, ubi chartæ ipſæ apparent, diſtinctius ex chronico Laureshamenſi exſcriptas eſſe profitetur.

At qui has viderit, omnes vidiſſe, poſt Freherum ſanæ mentis, quod pace tanti viri di-

xeri-

xerimus, nemo aſſeruerit, imo nec ipſe Freherus, quod aliis perſuadere voluit, credidit, qui ſuum profecto *de Lupoduno commentariolum*, opus poſthumum, octo aliis tabulis Laureshamenſibus pulcherrime exornavit. Si dicendum, quod res eſt, ſcriptor hic nova cum antiquis componens, timuiſſe videtur titulos proferre rerum, quas in alia tum poteſtate noverat eſſe conſtitutas, ne jura turbaret, noceretve poſſesſoribus. Prudentiam hanc, qua fundo *hiſto*rico nihil infeſtius, in Germania noſtra noſtro adhuc ævo paſſim dominari, quis ignorat?

Nec quisquam rerum Germanicarum vel obiter gnarus ignorat, quæ miſerum Palatinatum paulo poſt temporum viciſſitudines oppresſerint, in quibus heic commemorandus omnino codicis noſtri cum Laureshamo & principatu ſuo ad Moguntinos reditus.

b Medio

Medio in bello tricennali Georgius Helwicus, metropolitanæ apud Moguntinos eccleſiæ vicarius, antiquitates Laureshamenſes ſcripſit, (e) in quibus plures comparent privilegiorum & traditionum chartæ, ut codice hoc eum tum uſum fuiſſe facile crederes. At re propius inſpecta nihil literarum ſeculo XIII antiquiorum, niſi ex Freherianis modo laudatis, ibi reperimus.

Uſus autem eo certiſſime eſt noſtra demum ætate Gothefridus Besselius, abbas Gottwicenſis, qui in ſua ad præſtantiſſimum ſuum opus diplomaticum *Chronici Gottwicenſis* præfatione (f) ita diſſerit:

„ Hic ille Germaniæ amor, (Lotharius Fran-
„ ciſcus Schœnbornius, archiep. Mog.) hic ve-
„ terum

(e) Impreſſæ Francofurti 1631, 4. & recuſæ in *Joannis tomo novo ſcrip. hiſt. Mogunt.* 1727. fol.

(f) Pag. XXX ſeq.

„ terum muſarum ſtator, hic ipſe fuit, qui an-
„ tiquiſſimum eumque totum aureolum *tradi-
„ tionum Laurisheimenſium codicem*, quo jam
„ antehac, anno nimirum MDCCXII, in quibus-
„ dam inter archiepiſcopum Moguntinum &
„ electoratum Palatinum controverſiis, amice
„ compoſitis, cum ingenti fructu Francofurti
„ uſi fueramus, nobis in Auſtriam autogra-
„ phum clementiſſime mittere nullus dubitavit,
„ ex quo in ſpiſſis illis antiquorum Germaniæ
„ pagorum tenebris, accedente præſertim unius
„ & item alterius eruditi viri auxilio, eam lu-
„ cem accepimus, qua majorem aliunde Ger-
„ mania vix ac ne vix quidem exſpectaverit.
„ Codicem hunc quibusvis gemmis chariorem
„ ex autographo curate ac nitide deſcriptum,
„ quam primum per gravia alia negotia licue-
„ rit, publico Germaniæ commodo cum bono

b 2 „ Deo

„ Deo in publicum emittere neutiquam gravabimur. Libro traditionum adjungemus antiquum chronicon Laurisheimenſe, quod a Freheriano in multis diverſum, eodem membraneo volumine continetur.

Ubi in ipſo opere (g) Alemannorum pagum doctiſſimus abbas deſcribit, „ dicta, inquit, ex „ inſigni codice tradition. Laurishamens. quem, „ Deo volente, pro eximia geographiæ ac pagorum Germaniæ mediæ dilucidatione tomo „ II operis hujus integrum inſeremus, clariora „ reddentur &c.

Quod a triginta itaque & ſeptem his annis ex Auſtria proditurum Germania docta ſperaverat, meliore longe nunc jure ad Rhenum prodit, paucis a Laurishamo lapidibus. Fragmenta prima codicis antiqua Palatinatus metropolis

Hei-

(g) Lib. IV, pag. 535. Adde pag. 743.

Heidelberga dederat, codicem integrum poſt CLX annos nova orbi erudito offert, Mannhemium; quod quomodo fieri potuerit, exponemus nunc paucis.

Parum ſupra decennium eſt, cum traditionum Laureshamenſium absque chronico exemplum, ex Beſſeliano deſcriptum, in tabularium electorale Palatinum, cura ſapientiſſimi, quo gloriamur, *principis*, CAROLI THEODORI, rediit. *Academia* deinde *hac feliciſſime* conſtituta, iſtoque exemplo in uſus ejus literarios tradito, cum animadverſum ſtatim fuiſſet, corpus capite ſuo truncatum neque a vitiis aliis librariorum culpa eſſe immune, providente iterum populorum ſuorum & muſarum noſtrarum mitiſſimo patre impetravimus, ut ex Moguntino archetypo tum quæ deficerent, reſarcirentur, tum quæ vitioſa eſſent, corrigerentur.

 Quan-

Quantaſcunque igitur Lothario ſuo Franciſco Beſſelius laudes adſcribat, eædem profecto EMERICO JOSEPHO, eminentiſſimo nunc eccleſiæ Moguntinæ archipræſuli & S. R. I. principi electori, cujus generoſum in muſas Palatinas animum jam alibi prædicavimus (h) & nunquam non prædicabimus, omnino debentur.

Codex majoris eſt formæ, charta membranacea, ejusque folia triginta ſupra ducenta. Scriptura maxime coarctata & ſiglarum, quas abbreviaturas appellant, plena. Singulas fere traditiones & temporis epochas rubricæ præmiſſæ vel in margine appoſitæ a ſe invicem diſtinguunt. Litera *e*, ubi partes diphthongi *ae* ſuſtinet, caudata eſt, more ſeculi, quo a diphthongis ad ipſarum neglectum factus eſt

tran-

(h) *Act. acad.* tom. I. pag. 27. fin.

tranſitus. In artibus, uti in natura, nihil per ſaltum.

Diviſus eſt codex in partes duas valde inæquales, minorem, quæ præcedit, temporumque ordinem ſequitur, (i) & majorem, quæ per ſingulos pagos, pagorumque vicos & villas (k) decurrit, adeoque chorographica eſt. Priore, quæ chronographica, regum, imperatorum, principum, comitum, dynaſtarum, epiſcoporum, abbatum, & a medio ſeculo X pontificum Romanorum privilegia, præcepta, donationes, commutationes, epiſtolæ, bullæ &c. numero CLXVI continentur, interſerta abbatum Lauresham. & rerum ab ipſis geſtarum ſerie. Poſterior traditiones reliquorum inferio-

(i) Paucis exceptis, inter quæ Gannita ſub Conrado II imp. & monaſterium Aberinesburg ſub Henrico IV, ubi plures chartæ ad loca hæc ſpectantes, neglecta temporis ratione, coacervantur.

(k) In pagis quoque loca ſingula, in quibus tradita quædam ſunt, codex ita proſequitur, ut in traditionibus his collocandis temporis ordinem ſervaſſe videatur.

ſerioris utplurimum conditionis hominum tanto numero complectitur, ut geographicum & onomaſticum Germaniæ mediæ, Rhenanæ præſertim, cornucopiæ haud immerito dixeris. Antiquiorem ſane abbatiam, bonorumque poſſesſione & poſſeſſionis ſuæ tabulis ſimul ditiorem in Germania transrhenana, ſtylo Romano loquimur, nullam reperies. Tria minimum tabulæ hæ volumina, quale primum nunc prodit, reſecatis quoque iis, quibus nemo non carere potuerit, explebunt.

In traditionibus tranſcribendis monachum, codicis auctorem, brevitatis haud male ſtudioſum fuiſſe, omiſſis plerumque earum exordiis & ſanctionibus, unum idemque dicentibus, tum ipſe monet, (1) tum levis quemlibet libri inſpectio docet.

Nihi-

(1) Infra pag. 283.

Nihilominus tamen & nos perpetuas formulas quasdam , initio & medio traditionum adhiberi ſolitas , poſtquam ducenties & amplius dediſſemus , a pag. 480 reſecavimus , addita nota *&c.* quæ noſtra omnino eſt , & in ſequentibus tomis , lectori chartæque parcituri , ſi longiores ſint , reſecabimus , ne utiliſſimum opus in majorem , quam utile foret , molem excreſcat. Monachus quidem poſitis verbis : *& cetera usque* , vel *& reliqua* , *ut ſupra usque* , formulas iſtas ſæpius abrupit ; nimium tamen illa de S. Nazario : *qui requieſcit in corpore in pago Rinenſi* , *in monaſterio* , *quod vocatur Lauresham* , *ſuper fluvium Wiſſcoz ſito* , *ubi vir venerabilis . . . abba praeeſſe videtur* , nec non poſt rem donatam : *Si quis vero* , *quod futurum eſſe minime credo . . . contra hanc donationem a me factam venire temptaverit* , *. . . iram Dei omnipotentis &*

S. Naz. incurrat, & inſuper inferat ... & nec ſic, quod repetit, evendicare valeat &c. & ſimilia verba nihil novi docentia redeunt, ut omiſſis illis præſtantia codicis augeatur potius, quam minuatur. In editis Fuldæ traditionibus Schannatus non tam delicatus, ſed & pauperior longe fuit.

Quod autem in vitiis laudatiſſimi alias codicis præcipue ponendum, barbarismos ſive ſolœciſmos, uti vocat, hinc inde ſe correxiſſe, auctor ejus haud obſcure fatetur; (m) quæ qui legerit, monachos Lauresham. tam doctos fuiſſe, nobiſcum procul dubio dolebit. Stylus revera minus barbarus eſt, quam aliarum ejusdem ævi traditionum editarum ab aliis. At doctiores contra vellemus fuiſſe homines in rebus chronologicis, quas cum in chronico ſuo, tum in traditionibus noſter turbavit non ſemel.

Hujus

(m) Pag. 9 ſeq.

Hujus generis errores, ne incautus lector decipiatur, paſſim notavimus, (n) & qui ſuperſunt alii, hiſtoriæ patriæ cultor facili opera corriget, ſervata regula, ut verba monachi minoris faciat, quam allata ab eo inſtrumenta antiquiora, adeoque ex his illa emendet, non vice verſa. Ita de Adalungo abbate tredecim annos præſuiſſe, & an. 817 obiiſſe narratur. (o) At diplomata regia ann. 823 & 834 eundem abbatem commemorant inter vivos, (p) & monaſterium tum ſuum viriliter rexiſſe probant.

Sed & in inſtrumenta ipſa errores chronici, quod non negandum, hinc inde irrepſerunt. Carolus M. in traditionibus ſæpiſſime *imperator* vocatur, dum regia tantum dignitate eſſet conſpicuus; quod unice monachorum vel negli-

(n) Pag. 51, 67, 101, 125, 138, 187, 215, 342, ſeq. 374, 420.

(o) Pag. 36 & 56.

(p) Pag. 50 & 55.

gentiæ vel ignorantiæ tribuendum. Promiſſi noſtri (q) de Ludovici Germ. diplomatibus, quæ ut in rebus Germanicis majoris momenti, ita præ aliis turbata eſſe ſolent, hic memores, de annis regni ejus paucis agemus. Primum, quod codex pag. 55 habet, diploma Francofurti datum eſt *VII idus Jan. anno primo regni in orientali Francia, indictione XII;* qua indictione admiſſa, initium regni Ludoviciani, his ſaltem in Franciæ orientalis, extra Bavariam, partibus, omnino ducendum eſt a captivitate & abdicatione patris an. 833, ad quam etiam epocham diploma Fuldenſe, eodem in loco menſe Februario ejusdem anni ſcriptum, Schannatus (r) recte retulit. Huc accedit ex codice noſtro, *VII kal. Jun. anno tertio regni dom. Ludowici regis in orientali Francia, indiction.*

XIIII

(q) Vid. pag. 67.

(r) *Codex probat. hiſtoriae Fuld.* n. XIV.

XIIII datum, (*s*) in quibus omnibus eadem nominis divini invocatio, idem regis titulus occurrit, idemque *Adaleoldus diaconus ad vicem Grimaldi recognovit.*

Neque epocham iſtam, invocationem & titulum patre an. 840 mortuo, regnoque triennio poſt cum fratribus ſolenniſſime diviſo, in Laureshamenſibus noſtris, quæ ſuperiora proxime ſequuntur, (t) Ludovicus deſeruit, ut ex annis regni cum indictionibus, quæ additæ ſunt, diligenter collatis pateſcit. Indubium itaque, ad dextram Rheni ripam Ludovicum Germ. an. 833, non prius nec ſerius, vivo patre regnare cœpiſſe.

Succedunt literæ commutationis Ludovici cum Tutone quodam de rebus in Creichgovia

(s) Infra pag. 57.

(t) Numm. XXIX, XXX & XXXI.

& Lobodengovia ſitis, (u) quæ datæ *VII idus Decemb. anno XXVI regnante Dom. Hludowico piiſſimo rege in orientali Francia, in occidentali vero I, indictione VI.* Hic epocham ſuperiorem admittere ne poſſimus, obſtare videtur injecta occidentalis Franciæ mentio, cujus partem Lotharianam Ludovicus an. 869 demum cum fratre ſuo, Carolo Calvo, uſurpavit. Hinc annos XXVI retrogrediens in diviſionem majorem Virodunenſem an. 843 incidet, unde etiam Herrgottus (x) chartæ cujusdam æram repetiit. At in noſtra non convenit indictio VI, quæ an. 869 aut, ſi mavis, 870 ſecunda fuit vel tertia. Quocunque itaque te convertas, damnandum aliquid, aut annus regni orientalis, aut occidentale, aut indictio. Damnatis verbis *in occidentali*, quæ in char-

(u) Num. XXXII.

(x) Cod. probat. *geneal. Habsburg.* num. 49.

chartis Ludovici noſtri inſueta, reliqua ad canonem ſuperiorem cum an. 858, non facile cum alio, optime conſpirant. Iſto enim anno ad finem vergente Ludovicum Atiniaci verſatum (y) & Waltonem ſubdiaconum ad vicem Witgarii cancellarii diploma aliud recognoviſſe (z) novimus.

Quid autem, ſi diplomatis noſtri Ludoviciani *integritatem integre* vindicemus, conſtituta epocha a nemine hactenus obſervata? En verba annalium Fuld. memoratu digna ad an. DCCCLVIII.

„ Legati ab occidente venerunt Adalhartus „ abbas & Otto comes, poſtulantes eum (Lu„ dovicum) ut populo periclitanti & in angu„ ſtia poſito præſentia ſua ſubveniret... Ty-

„ ran-

(y) *Annal. Bertin.* ad an. 858.

(z) Ap. *Schaten. annal. Paderborn.* pag. 148.

„ rannidem enim Karoli ſe diutius ferre non
„ poſſe teſtati ſunt . . . Mediante menſe Aug.
„ Wangioni collecto comitatu per Alſatiam pro-
„ fectus venit in Galliam . . . Karolus . . cum ſe
„ virtute cerneret imparem . . cum paucis la-
„ tenter abſceſſit. Exercitus vero in loco cer-
„ taminis derelictus, cognito ducis abſceſſu ad
„ Ludovicum tranſivit. Ille vero ſedato impetu
„ populi , Karlum perſequi cupientis, *ad dis-*
„ *ponenda regni negotia*, *quaſi libera utens po-*
„ *teſtate*, diligentiam curamque convertit . . . .
„ Interea nuntiatum eſt ei in oriente rempub-
„ licam Sorabici limitis eſſe turbatam . . . ac per
„ hoc ille quidem . . . in regnum ſuum quanta
„ potuit celeritate regreſſus eſt. Karlus vero
„ poſt diſceſſum ejus *ſedem regni ſui* nullo ad-
„ verſante ſine difficultate *recepit*. „

Certum

Certum igitur eſt, Ludovicum in occidentali Francia, pulſo fratre, an. 858 regnaſſe tam brevi tempore, ut mirum non ſit, epocham iſtam alibi, quam in diplomate noſtro Laureſham. in ipſo hoc regno ſuo novo Atiniaci dato, non celebrari. Ita quæ corrupta eſſe videbatur charta, ſaniſſima eſt & propter ſingularitatem ſuam in paucis cara; quo ipſo docemur, quam caute in re diplomatica ſit pronuntiandum.

Conveniunt porro cum ſtabilita epocha an. 833, aut proxime ſane accedunt ſeptima & octava ejusdem Ludovici tabulæ Laureſhamenſes, Francofurti atque Wormatiæ ſcriptæ. (a) Supereſt nona, (b) omnium poſtrema, quæ a Frehero atque Helwico cum publicata jam

d eſſet,

(a) Num. XXXVI & XXXVII.

(b) Num. XXXVIII.

eſſet, a Joh. Heumanno (c) pariter atque a nobis ad an. 874 propter indictionem VII relata eſt. Crucem tamen Mabillonio, (d) artis diplomaticæ patri, jam fixit annus regni in orientali Francia XXXVII, quo admiſſo vel indictio evertitur vel epocha regni ſuperius firmata. Quadraret epocha an. 837 a Tenzelio (e) conſtituta, quippe quo Ludovicus pater regna ſua filiis ſuis Aquisgrani diſtribuiſſe legitur, adeoque hæc unica eſſet Ludovici Germ. in novem Laureshamenſibus noſtris charta diſcedens a regula.

Quantumcunque vero Ludovicus, uti oſtendimus, epochæ regni ſui tenax fuerit, Laureshamenſes noſtri monachi diverſam plane

com-

(c) *De re diplom. imperator. ac regum Germ.* tom. II, pag. 215.
(d) *Annal. ord. S. Bened.* tom. III, §. 56, pag. 185.
(e) *Vindic. hiſtor.* pag. 112.

computandi rationem inierunt, ab an. 840 demum ducentes initium, id quod reverentia patris imperatoris, a ſtudio religionis & liberalitate ſua in monachos *Pii*, factum eſſe credimus. Invito enim patre filium tantum regnum ſibi ſervaſſe conſtat. Werinharii comitis donatio *anno incarnat. Dom. DCCCXLVI, regni Ludowici regis VI*, facta eſt, (f) ſuntque traditiones multæ eodem plane computo notatæ, (g) quibus propoſitio noſtra evidentiſſime fulcitur. Alia itaque regis, alia ſubditorum fuit de jure regnandi ſententia. Ex illa regnum Germaniæ, a Francia diſtinctum, an. 833, ex hac ſeptennio poſt demum exortum eſt.

Explicationes geographicas, quæ addi magno

 numero

(f) Num. XXVII.

(g) Vid. Num. CCLXII, CCLXV, CCCLXXXI &c. Monendus vero lector de mendo typographico anni incarnat. DCCCXIV pro DCCCXLV, quod in num. CCLXV exſtat.

numero potuiſſent, ſi quis deſideret, is pagos veteres adeat, in primo *actorum* noſtrorum *academicorum* volumine deſcribi cœptos, & in ſequentibus tomis, ſi fata ſinant, porro deſcribendos, quos commentarii inſtar geographici ad codicem hunc retuliſſe, noſtro quidem judicio, neminem pœnitebit.

Indices perſonarum, locorum & rerum in codice exſtantium, ut uſui eſſe quam maximo poſſint, in fine ejus, bono cum Deo, proferemus. Dat. poſtridie feſti circumciſionis Domini MDCCLXVIII.



CODICIS
LAURISHAMENSIS
PARS PRIMA
CHRONOGRAPHICA



Tranſcriptio privilegiorum regalium & apoſtolicorum ſeu traditionum Laureshamenſis monaſterii, annotatio quoque regum & imperatorum ſeu abbatum ab exortu ejus usque ad nos in ordinem digeſta.

Divina nobis opitulante gratia Laureshamenſis eccleſiæ privilegia tam apoſtolica, quam imperatoria, ipſorumque largitiones, ſeu cæteras fidelium Dei donationes, quibus & nobilitate & rerum amplitudine conſtat inſignis, ex diverſis ſparſim exemplaribus in unius corporis faſcem collecturi, congruum duximus, primo quibus auctoribus fundata ſit & plantata, ſtrictim attingere, ac ſubinde quibus incrementis ad tantæ ſublimitatis ſit evecta faſtigium, in ordinem digerere.

De fundatione Laureshamenſis monaſterii.

* Hic incipit Freheri Chronicon Laurisham.

Anno * Dominicæ incarnationis ſeptingenteſimo ſexageſimo quarto, Pipini vero regis Francorum, qui ex ſententia Zachariæ papæ depoſito Hilderico per beatum Bonifacium, Moguntinæ ſedis archiepiſcopum & martyrem, ex præfecto palatii in regiam dignitatem eſt unctus ac poſtea per Stephanum papam apoſtolica unctione confirmatus, anno duodecimo, Cancor *illuſtris Rhenenſis pagi* comes cum matre ſua religioſa & Domino acceptabili Williswinda, *vidua* Ruperti comitis, monaſterium Laureſham in inſula, quæ nunc appellatur *Aldenmünſter*, initiantes venerabili Rutgango Metenſis eccleſiæ archiepiſcopo ad inſtituendam inibi monaſticæ profeſſionis militiam tradiderunt, nullius quidem epiſcopii ſeu cujuslibet eccleſiæ juri aut dominio ſubjicientes, ſed quia minus id per ſe poterant tanquam conſanguineo, & tum in Dei rebus viro ſpectatiſſimo perficiendum, gubernandumque ſub traditionis titulo commendantes, qui ut deſiderii ſui promptiorem ſortirentur effectum, famulorum Dei, qui illic adunandi erant, providentes commodis eccleſiam in *Scarra* cum ſuis appenditiis, prædium ſuum in *Maguntia*, villam quoque *Hagenheim* cum omni integritate in poſſeſſionem ejusdem monaſterii contulerunt, eccleſiamque ibidem in honore beati Petri apoſtoli præfatum pontificem conſecrare exoraverunt. Porro traditionis eorum de Hagenheim continentia talis eſt.

I.

I.

Donatio in Hagenheim.

Anno * duodecimo regnante domino noſtro Pipino rege ſub * die quarto Idus Julii. Ego Williswinda Deo ſacrata & filius meus Cancor comes pro Dei intuitu vel pro animæ noſtræ remedio ſeu & pro æterna retributione, ut non inveniat in nobis ultrix flamma quod devoret, ſed Domini pietas quod coronet, ideoque nos in Dei nomine donamus ad ſacroſanctam eccleſiam ſancti Petri ſeu cæterorum ſanctorum, quæ eſt conſtructa in loco nuncupato *Lauresham, in pago Rhenenſe ſuper fluvium Wisgotz,* quam nos propter nomen Domini a novo ædificavimus, ubi præeſt vir venerabilis Rudgangus archiepiſcopus & abbas, donatumque in perpetuum eſſe volumus, & promptiſſimâ voluntate confirmamus, hoc eſt, villam noſtram in *pago Wormatienſe* in loco, qui dicitur *Hagenheim* ſuper fluvium *Saluſiam*, quæ mihi de parte genitoris mei nomine Adelhelmi legibus obvenit, vel undecunque tam de àlode quàm de comparato ſeu de quolibet adtractu ad nos noſcitur perveniſſe, cum omni integritate ſua, terris, domibus, ædificiis, campis, pratis, vineis, ſilvis, aquis, aquarumve decurſibus, farinariis, litis, libertis, conlibertis, mancipiis, mobilibus & immobilibus, peculio utriusque ſexus, tam majore quàm minore genere, vel ætate, quicquid dici aut nominari poteſt, re inexquiſita cum omni ſupellectile, ſicut a nobis moderno tempore poſſideri dignoſcitur, donamus, tradimus atque transfundimus, ita, ut ab hac die jam dictus dominus Rudgangus, vel ſui monachi, qui ibidem in ipſo monaſterio habitare videntur, vel ſucceſſores eorum, habeant, teneant, & quicquid exinde facere pro oportunitate loci ipſius voluerint, liberam & firmiſſimam in omnibus habeant poteſtatem. Si quis vero, quod futurum eſſe non credimus, ſi nos ipſi, vel aliquis de hæredibus vel prohæredibus noſtris ſeu quælibet

* 12. Jul. 763.

ulla extranea perſona, vel quicunque contra hoc teſtamentum, quod nos ſpontanea voluntate fieri decrevimus, venire temptaverit, aut id infringere voluerit, ante tribunal Chriſti in die judicii rationem cum ipſo ſancto Petro deducat & inſuper inferat partibus ipſorum monachorum una cum partibus fiſci auri libras quinque, argenti pondera decem, & quod repetit, hoc omnino evindicare non valeat. Sed præſens donatio teſtamenti hujus omni tempore firma & inviolata permaneat, ſtipulatione ſubnixa. actum Laureſham publice ſub die & tempore, quo ſupra. Signum ✝ WILLISWINDÆ Deo ſacratæ, & ſignum ✝ CANCRONIS COMITIS filii ejus, qui hoc teſtamentum fieri & firmari rogaverunt. Signum HEIMERICI filii Cancronis. Ego Automadus Treverorum epiſcopus ſubſcripſi. Ego Albericus epiſcopus ſſ. Ego Joannes epiſcopus ſſ. Ego in Dei nomine Helmericus notarius juſſu domini Rudgangi archiepiſcopi chartam hanc ſcripſi, diemque & tempus ut ſupra deſignavi.

*Omiſſis ſequentibus Freherus chartam Cancronis comitis de Birſtatt, quæ paulo inferius comparet, hic inſeruit.

Sane * nomina teſtium ſingulis donationum chartis ſubſcribere, vel ſuperfluum vel non neceſſarium arbitramur, quorum pleraque tum vetuſtate obliterata, tum ex ipſa ſui antiquitate velut barbara exoleverunt, generantque potius ex nimia prolixitate faſtidium, quæ tamen ſtudioſius inquirenti in originalibus cartis inſerta reperientur. annotationem vero prædii in *Maguntia*, quod & ab ipſis & à cæteris Dei fidelibus præfato monaſterio collatum eſt, hic inſerere commodum duximus, ac primo de areis cum annuis earum reditibus.

Noti-

II.

Notitia rerum ejusdem loci in Maguntia.

Juxta portam ſancti Albani martyris ſunt areæ, jj uncias & jjjj denarios ſimul perſolventes, juxta *Nanzenburgedor* una ſolvens jjjj denarios, in platea S. Quintini area j ſolvens vjjjj denarios, & alia juxta illam ſolvens jjj denarios, item ſuper ipſam plateam duæ, utraque dans v denarios, infra cimiterium ejusdem martyris duæ areæ ſimul dantes xjj denarios, in *Munzergazza* area una ſolvens xjj denarios juxta Rumhardi portam area una dans xv denarios. Juxta *Nuskelgazzen* area una ſolvit v denarios. Juxta *Luiſebrunnen* duæ areæ ſimul dant xvjjj denarios. Juxta *Broddürlen* duæ areæ, utraque ſolvens jjjj denarios. aliæ quoque duæ pariter ſolventes xx denarios. Quinta ibidem vj denarios. Sexta jjj denarios ſolvit. & juxta ſalvatoris capellam una area dat jjjj denarios. Juxta *Stockburgedor* una area ſolvit xx denarios. Item alia vjjj denarios. Tertia jjjj denarios. Juxta plateam Sti Petri area una x denarios ſolvens. Item alia xx denarios. Tertia x denarios. In *Berenſtrazza* area una vjj denarios ſolvens, & alia v denarios in platea Luteâ area una vj denarios ſolvit; alia vjjj denarios, tertia duos, quarta jjjj quinta jjjj denarios. In *Selehoven* una dominicalis curtis & x areæ, quarum una ante ipſam dominicalem curtim ſita ſolvit jjj denarios & dimidium. Item alia ulterior vj denarios & tertia in quatuor partes diviſa ſolvit xxjjjj denarios. & infra vineam jjjj areæ, ſingulæ ſingulos ſolidos ſolventes.

Hæ vero ſunt hubæ circa *Maguntiam* jacentes, & ad jus ſancti Nazarii pertinentes. In *Lubenheim* dimidia & vj jurnales. in *Gunſenheim* vj hubæ & dimidia. In *Butenheim* dimidia, quæ omnes ſolvunt x ſolidos & v denarios. In campo, qui ſitus eſt inter monaſteria S Albani & S Victoris, ſunt v jurnales ſimul & paulo inferius jjj ſimul, & in campo, qui eſt inter

monaſteria ſanctæ Mariæ & S Victoris ſunt duo jurnales ſingillatim. Item inter monaſteria ſanctæ Mariæ & ſancti Albani x. jurnales ſimul, & paulo inferius tres, & juxta *Briccinheim* jurnalis unus, & in *Keſtriche* jurnalis unus & dimidium.

Omnes igitur areæ ſunt quadraginta quinque ſolventes xvjj uncias, hubæ ſeptem & dimidia ſolventes x. ſolidos & v denarios, jurnales xxxj & dimidius, & curtis dominicalis cum vineis.

* Hæc dedit Freherus.

Reverendus * itaque pontifex RUDGANGUS votum ac petitionem venerabilis Williswindæ, filiique ejus Cancronis gratanter amplexus, cum ipſius monaſterii curam, gubernationemque per ſe exequi non poſſet, utpote & eccleſiaſticis & regalibus negotiis jugiter occupatus, Gundelandum germanum ſuum, prudentem admodum & ſanctæ converſationis virum, fratrique per omnia ſimilem, eidem loco præfecit, ipſumque cum omnibus pertinentiis ſuis eo tenore, quo ſibi tradita fuerant, ſuæ diſpoſitioni commendavit, fratres quoque maturæ ætatis & conſilii Deumque timentes, Reginfridum videlicet & Wluinum cum aliis xjjjj a Gorzienſi monaſterio, quod ipſe pridem conſtruxerat, cum ipſo direxit, cuncta eis neceſſaria tam in alimentis, quam in cæteris ſubſidiis impertiens. Interim miſſis ad apoſtolicam ſedem legatis, pro cujus liberatione ab oppresſione HAISTULFI regis Longobardorum multa inſtantia laboraverat, expetivit a PAULO papa corpora ſanctorum martyrum, in quorum honore conſtructas à ſe monaſteriorum conſecraret eccleſias, cujus devotionem ac meritum erga Romanam eccleſiam apoſtolicus pontifex debito favore proſequens, transmiſit ei ſanctum

tum Nazarium, Naborem & Gorgonium per Williharium Sedunenſem epiſcopum, delatos ad Gorzienſe monaſterium. Evoluto dehinc anni circulo beatum Gorgonium in eccleſiâ Gorzienſi, ſanctum Naborem in eccleſiâ Hylariacenſi collocavit, beatum vero Nazarium ad Laureshamenſe monaſterium deſtinavit, in cujus occurſum tota ſimul provincia, plebs utriusque ſexus, juvenes & virgines, ſenes cum junioribus usque ad ſaltum, qui *Voſegus* dicitur, catervatim ruunt. Comitesque nobiliſſimi CANCOR & WARINUS, cæterique id locorum illuſtres & ſpectabiles viri theſaurum beati corporis ſibi divinitus deſtinatum propriis humeris excipiunt, & cum ymnis canticisque ſpiritualibus proſequente infinita populi multitudine usque ad locum celitus proviſum deferunt. Verum, quia ſinus inſulæ illius, de quâ ſupra meminimus, brevis admodum & conſtrictus, tantæ multitudinis receptui, & cottidianæ frequentiæ non ſufficiebat, & ſitus ipſe loci monaſterio tanti nominis & dignitatis per merita ſui martyris poſtmodum futuro non adeo competebat, eadem omnia vota, eadem ſententia fuit, ut in editiorem locum, uti nunc cerni datur, tam monaſterii quam eccleſiæ fabrica multo amplianda transferretur; cujus rei executio GUNDELANDO abbati per venerandum pontificem arctius injuncta eſt, & ab ipſo ſtrenuo ſatis & magnifice effectui mancipata; qui non multo poſt humanis rebus exemptus migravit ad Dominum, vir egregius, meritique incomparabilis & omnibus efferendus præconiis, qui inter cætera valde memorabilia STEPHANUM papam ad Gallias evocans, & PIPINUM cum totius Francorum

corum

corum viribus contra Longobardorum tyrannidem accingens, exarchatum Ravennatem, pluraque beati Petri patrimonia Romanæ ſedi reſtitui juge ſtudium & operam impendit, clerum quoque ſuæ diocœſis a religionis fervore jam tunc, ut & nunc, omnimodis exorbitantem inſtar cœnobiorum adunans, regularia eis præcepta, qualiter in eccleſia militare deberent, vitæque neceſſaria ſufficienter inſtituit, monaſteria quoque Hilariacenſe, Gorzienſe, Laureshamenſe a fundamentis exſtruxit. Poſt cujus exceſſum Gundelandus traditum ſibi a fratre locum ſumma induſtria & religionis obſervantiâ gubernabat, creſcebatque in dies locus ipſe & magnificabatur ab omnibus tam in rebus, quam in poſſeſſionibus, ſed & quod majus eſt, in divino cultu & ſanctæ obſervationis profectu, atque dominici gregis incremento Domino cooperante, & ſancti martyris ſui Nazarii merita confirmante ſequentibus ſignis.

Anno deinde dominicæ incarnationis DCCLXXVI regni veró Caroli regis & poſtea imperatoris anno VIII. HEIMERICUS COMES *filius Cancronis*, mortuis patre & aviâ, cernens præfatum locum ex parvo & modico ad tantam rerum & famæ provectum eminentiam, nitebatur eum ſibi proprietatis titulo vendicare, cujus rei actione ad palatium delata & allegatione utriusque partis audita, juxta legem Francorum diffinitum eſt; Gundelandum jure poſſidere, quod ſibi fuerat a fratre ſine contradictione collatum, nec Heimericum poſſe repetere, quod pater ejus & mater probantur ſoſpites in ſcriptis tradidiſſe. Heimerico igitur ſe de hoc loco legali-

galiter abdicante ; Gundelandus accepit a rege cartam evindicatoriam hunc modum continentem.

III.

Praeceptum evindicatorium Magni Caroli.

Carolus gratia Dei rex Francorum, vir illuſtris. Veniens ad nos *Hariſtellio* palatio vir venerabilis Gundelandus abba de monaſterio Laureſham, ubi ſanctus Nazarius martyr in corpore requieſcit, nobis innotuit, eo quod homo aliquis nomine Heimericus de ipſo monaſterio calumnias generare voluiſſet, dum diceret, quod ſuus pater Cancor eum de ipſo monaſterio veſtitum dimiſiſſet, & ipſe Gundelandus præſens aſtabat, & cauſam in omnibus denegabat, dum diceret, quod avia ipſius Heimerici nomine Williswinda vel genitor ſuus Cancor germano ſuo domino Rudgango archiepiſcopo tradidiſſet vel confirmaſſet, & talem chartam nobis exinde protulit ad relegendum ; tunc ipſe Heimericus ante nos taliter fuit profeſſus, quod de hac cauſa vel de ipſo monaſterio ſuperius nominato in antea nunquam tempore debeat calumniam generare, ſed per feſtucam ante nos exinde dixit exitum, tunc nos unacum fidelibus noſtris, ideſt, Hagino, Rothlando, Wichingo, Frodegario comitibus nec non & vaſſis noſtris Theoderico, Berthaldo, Albwino, Frodberto, Gunthmaro taliter viſi fuimus judicaviſſe, ut de hac cauſa omni tempore ipſe abbas habeat evindicatum atque elitigatum & ſit illis in poſtmodum ex hac re ſublata cauſatio.

Si quis * in hac privilegiorum tranſcriptione barbariſmos ſive ſoleciſmos legens reprehenderit, non nobis imputet, ſed recurrens ad originalia multo plura in eis verborum duntaxat vitia, non ſenſuum reperiet, quæ

* Omiſit Freherus.

B nos

nos omnia corrigere pro ipſa antiquitatis reverentia nec volumus, nec debemus. Id utrum ex notariorum imperitia provenerit, aut ſcribendarum legum talis tunc calamus & uſus extiterit, aut certæ Francorum linguæ, quæ tum maxime viguit, hujusmodi fuerit idioma, non ſatis conſtat. Adteſtantur his Salicorum, Ribuariorumque leges, quæ ita ex Latino, Teutonicoque & quibusdam inſolitis promixtæ ſunt, & dictionibus intercisis, ſive intricatis, caſibusque amfractuoſis vel præpoſteratis deſcriptæ, ut noſtræ ab ſtudioſis earum legi, dinoſcique valeant. Sed nos utinam, qui politiores loquendi amamus munditias, tam ornatui ſtuderemus morum quam verborum, &, ut ait Macrobius, viveremus præteritis moribus & præſentibus verbis loqueremur. Nunc ad propoſitum revertamur.

* Dedit Freh.

Gundelandus* igitur abbas in juris ſui quieta posſeſſione, tum dictante juſtitia, tum regia auctoritate confirmatus Laureshamenſe monaſterium cum omnibus illuc pertinentibus in manus & mundeburdem glorioſi regis CAROLI tradidit, quatenus privilegiis inſigniretur regalibus, cui benigniſſimus rex privilegia libertatis & emunitatis contulit, liberamque abbatis electionem fratribus ejusdem monaſterii in perpetuum præſtitit, quorum tenor talis eſt,

IV.

Praeceptum Caroli Magni de libertate ejusdem loci & de electione abbatis.

CAROLUS Dei gratia rex Francorum vir illuſter, omnibus epiſcopis, abbatibus, comitibus, veſtrisque junioribus at-

que

que miſſis noſtris diſcurrentibus; quicquid pro oportunitate ecclesiarum vel quiete ſervorum Dei erexerimus, hoc nobis procul dubio Domino adjuvante ad æternam beatitudinem proficere confidimus; igitur dum veſtræ ſolertiæ notum eſt, qualiter bonæ recordationis dominus Ruthgangus archiepiſcopus in monaſterio, quod vocatur *Lauresham*, quod ei per traditionem Williswindæ & Cancrini obvenerat, monachorum turmam non modicam propter ſervitium omnipotentis Dei coadunavit, ubi ob integram devotionem ſanctum corpus beatiſſimi Nazarii recondidit, ſupra quod etiam Gundelandum monaſterii abbatem, atque hæredem in eodem ſancto loco poſt ſe viſus eſt reliquiſſe; ſed poſtea, dum præfatus Gundelandus abbas cerneret, ipſius ſancti loci imminere periculum, atque vereretur, ne deſolatio propter intentionem iniquorum hominum & ipſis monachis fieret, ad noſtram viſus eſt acceſſiſſe præſentiam, qui & ipſum monaſterium in manu noſtra tradidit, etiam & ſecum omnem congregationem ſuam in mundeburden vel defenſionem noſtram plenius commendavit, quem nos gratulanti animo tam propter mercedis augmentum quam & pro eodem grege ſalvando viſi fuimus percepiſſe; petiit etiam memoratus abbas ſuique monachi talem à nobis aucthoritatem, ut quocienſcunque abbatem jam dicti monaſterii ex hoc contigerit ſæculo migrare ad Dominum, inter ſe quem dignum honoris hujus invenerint, unanimiter ex ſemetipſis eligere deberent, quorum petitionem ob amorem Dei & noſtræ mercedis cumulum nequivimus denegare, ſed ita præſtitiſſe vel in omnibus confirmaſſe cognoſcite. Præcipientes enim jubemus, quia cognoſcimus, quod ipſa congregatio ſub recto ordine vivere & in regula Sti Benedicti converſari deſiderat, ut noſtro quidem permiſſo ſemper ſuper ſe ex ipſa congregatione, qui Deo acceptabilis ſit, eligere valeant abbatem, quatenus inter ipſum gregem, quia boni ibidem congregati in unum *pertare, ne quis ex adverſo eum diripiendum adveniat, ſed

* Corruptus locus.

de proprio ſemper gaudere patrono valeant, quia nolumus, ut per aliquam occaſionem ipſi monachi, quos dominus Rudgangus etiam, & Gundelandus ad opus Dei exercendum congregaverunt, ullo unquam tempore exinde alienati aut diſperſi, nec ipſi, nec ſucceſſores eorum eſſe debeant, ſed ſicut in teſtamento illius donationis, quam per Williswindam & Cancrinum adepti ſunt, continetur, ita in omnibus circa ipſam congregationem ſit conſervatum, ut valeant regulam Sti Benedicti perpetualiter, ſic ut ordo edocet, & corporis fragilitas permittit, cuſtodire, & ſub noſtra, ut diximus, mundeburde vel defenſione in ipſo monaſterio quiete vivere vel reſidere. Propterea hanc præceptionem noſtram eis dedimus, per quam omnino jubemus, ut nullus quislibet de epiſcoporum perſonis, in cujus parochia ipſum monaſterium fundatum eſſe cernitur, aut de cæteris hominibus, quis jam dictum Gundelandum abbatem vel monachos ex ipſo monaſterio & homines, qui ad eos juſte & ratitionabiliter ſpectare videntur, inquietare aut contingere, vel contra rationis ordinem facere præſumat, ſed ſemper valeant ſub noſtra defenſione ſeu ſub hæredibus noſtris omni tempore, ut diximus, quieti reſidere, & eis, quæ illis propter nomen domini conceſſimus, bene ſemper in omnibus perfrui, quatinus delectet abbatem vel monachos ex ipſo monaſterio pro nobis, & noſtra ſubſequente progenie ſeu gente Francorum Domini miſericordiam adtentius deprecari. Et ut hæc aucthoritas firmior habeatur, vel per tempora melius ſervetur, manu propria ſubter firmavimus vel de anulo noſtro ſigillari juſſimus. Witigowo recognovi. Signum Karoli glorioſiſſimi regis. Monogramma.

Item ejusdem privilegium immunitatis & de libera electione abbatis.

V.

V.

Praeceptum ſecundum Caroli Magni de immunitate praefati coenobii.

CAROLUS Dei gratia rex Francorum vir illuſter, omnibus fidelibus noſtris tam præſentibus, quam & futuris. Cum recta petitio ſacerdotum quidem pro oportunitatibus locisque ſanctorum pertinens ad aures clementiæ noſtræ proceſſerit, talem decet eſſe obauditam, vel effectui in Dei nomine mancipatam, unde æterni retributoris veniam mereamur adipiſci, & eis delectet pro ſtabilitate regni noſtri jugiter exorare, vel in omni parte erga noſtrum fideliter aſſiſtere. Igitur cognoſcat magnitudo, ſeu utilitas veſtra, quod nos ad monaſterium, quod dicitur *Laureſham*, quod eſt conſtructum in honore beatorum apoſtolorum Petri & Pauli vel cæterorum ſanctorum, & ubi pretioſus dominus & ſanctus præclarus martyr Nazarius in corpore requieſcit, vel in virtute fulgeſcit, & venerabilis vir Gundelandus abbas unacum norma monachorum præeſſe videtur, infra *pagum Rhenenſem* ſuper fluvium *Wisgoz*, integram emunitatem ejus merito compellente plena & integra gratia, pro mercedis noſtræ augmento vel pro ejus quiete aut ſucceſſorum illorum viſi fuimus conceſſiſſe. Qua propter hoc præceptum ſpecialius decernimus ordinandum, quod in perpetuum volumus eſſe manſurum, ut neque vos, neque juniores ſeu ſucceſſores veſtri, nec quislibet de judiciaria poteſtate accinctus, in curtis vel villis ipſius monaſterii aut eccleſiæ ſuæ aſpicientes, in quibuslibet pagis atque territoriis, tam quod præſenti tempore videtur poſſidere vel dominicare, quam quod adhuc ex munere regum ſeu reginarum, ſeu quod per collata populi vel de comparato, vel de quolibet adtractu augmentare ſeu adtrahere potuerint, ad cauſas audiendum vel freda undique exactandum, nec fidejuſſores tollendum, nec manſiones aut paratas faciendum, nec ad homines ſuos tam ad ingenuos,

quam & ad ſervientes, ſeu accolatus ipſius monaſterii diſtringendum, nec ullas redibitiones publicas requirendum nec exactandum, quod ad partem fiſci noſtri exinde redibetur, penitus ingredi judiciaria poteſtas, aut miſſi noſtri diſcurrentes non præſumant, ſed omnes villas ſuas ſub emunitatis nomine cum omnibus fredis, aut conjectas ſeu publicas redibitiones conceſſas, omnia, ſicut ſuperius comprehenſum eſt, tam ipſe abbas, quam & ſucceſſores ſui hoc in Dei nomine valeant poſſidere vel dominari, ut nullus quislibet de fidelibus noſtris tam præſentibus quam & futuris hoc, quod nos pro noſtra mercede vel pro ſtabilitate Deo adjuvante regni Francorum ad ipſam caſam Dei indulſimus, ullo unquam tempore vel qualicumque quolibet ingenio irrumpere videatur, ſed ſicut ſuperius meminimus, noſtris & futuris temporibus absque ulla contrarietate partibus prædicti monaſterii volumus in omnibus eſſe conſervatum atque indultum, & ut hæc auctoritàs firmior habeatur, & per tempora melius conſervetur, manu propria ſubter decrevimus roborare & de anulo noſtro ſigillari præcepimus. Rado
Maj. 772. ad vicem Luidberti recognovi. datum in menſe Majo anno* quarto regni noſtri. Actum *Theodone Villa* palatio publico feliciter.

Tali privilegiorum prærogativâ inſignitum Laureshamenſe monaſterium piiſſimus rex Carolus, etſi nondum nomine, re tamen ipſa divus imperator, & ſemper Auguſtus, ampliori adhuc munificentia per idem tempus ſublimavit, cui villam *Hephenheim* cum omnibus terminis & appenditiis ſuis omni integritatis jure contulit per hujusmodi donationis privilegium.

VI.

VI.

*Largitio * Magni Caroli in Hephenheim.*

* Omiſit Freher.

Carolus gratia Dei rex Francorum vir illuſter, omnibus fidelibus noſtris tam præſentibus quam & futuris, quicquid enim locis eccleſiarum benivolâ deliberatione concedimus, hoc nobis procul dubio ad æternam beatitudinem Domino protegente pertinere confidimus, quapropter notum ſit vobis, eo quod propter nomen Domini, & animæ noſtræ remedium donamus ad monaſterium noſtrum, quod dicitur *Laureſham*, ubi corpus ſanctiſſimi martyris Nazarii reconditum eſt, & Gundelandus abba præeſſe videtur, donatumque in perpetuum ad ipſum locum eſſe volumus, hoc eſt, villam aliquam nuncupatam *Hephenheim* ſitam in *pago Renenſe*, cum omni merito & ſoliditate ſua, & quicquid ad eandem villam legitime aſpicere vel pertinere videtur, id eſt, cum terris, domibus, ædificiis, accolis, mancipiis, vineis, ſylvis, campis, pratis, paſcuis, aquis, aquarumve decurſibus, mobilibus, & immobilibus, cum omnibus adjacentiis vel appènditiis, cum omnibus terminis & marchis ſuis; illam etiam eccleſiam, quæ eſt in honore Sti Petri ibidem conſtructa, in integrum ad ſe pertinentem vel aſpicientem, ſimiliter & hoc, quod Gertrudis vidua de ipſis rebus habet, ut diximus, ibidem ad ipſum ſanctum locum a die præſente conceſſimus, propterea hanc confirmationem noſtram exinde conſcribi juſſimus, ut tam ipſe memoratus abbas, qui nunc temporis ibidem eſt, quam & ſucceſſores ſui ſeu agentes jam dictæ eccleſiæ ipſam villam *Hephenheim* cum omni integritate & appenditiis ſuis ſub emunitatis nomine ab hac die habeant, teneant, atque poſſideant, atque ad ipſam caſam Dei noſtris & futuris temporibus in noſtra elemoſina in augmentis proficiat. Quam verò præceptionem, ut firmior ſit, manu propria ſubter firmavimus, vel de anulo noſtro ſigillari juſſimus. Hitlierus recognovi. data XIII Kalen-

20. Jan. 773. lendas Februarias anno quinto regni noſtri. Actum *Longolare* palatio.

De Marcha Hephenheim.

Hæc * eſt deſcriptio marchæ ſive terminus ſilvæ, quæ pertinet ad *Hephenheim*, ſicut ſemper ex tempore antiquo ſub ducibus & regibus ad eandem villam tenebatur, usque dum eam Carolus imperator tradidit ad ſanctum Nazarium pro remedio animæ ſuæ.

* Dedit hæc Freherus, non in Chron. Lauri sham. ſed in Orig. Palat. part. 1, p. 48.

Limites.

Inprimis incipit a loco, qui dicitur *Steinvortowa*, ubi *Gernesheim* marcha adjungitur ad *Hephenheim* marcham, inde ad *Langwata*, inde in *Ginnesloch*, inde in *Woladam*, inde ad *Aldolvesbach*, inde in *Felisberck*, de *Felisberck* in *Reonga*, inde in *Wintercaſten*, inde in mediam *Arezgrefte*, inde in *Welinehove*, deinde in ſummitatem *Hildegeresbrunno*, inde in *Burgunthart*, de *Burgunthart* in *Eicheshart*, ubi Rado domini regis miſſus fecit tumulum in confinio ſylvæ, quæ ad *Michlinſtatt* pertinet, de illo tumulo in *Vlisbrunnen*, inde in *Moſchart*, ubi alius tumulus eſt factus. deinde in *Lintbrunnen*, ubi eſt tertius tumulus, inde in *Albwinesneida* usque in *Moresberk*, de *Moresberk* in fluvium *Neker*, ubi *Lutra* rivulus intrat in *Nekher*, deinde tendit per longum *Neker* & pervenit ad locum, ubi *Ulvena* fluvius intrat in *Neker*. deinde juxta *Ulvenam* usqne in *Franconodal* ſummitatem, ubi *Steinhaha* rivulus incipit manare. deinde ad pendentem *Rocham*, inde in *Gunnesbach* ſummitatem, & ſic per totam ſylvam in longum usque in medium *Katesberk*, inde in ſtratam publicam, quæ ducit de *pago Lobodonenſe*, & ſic pervenit in *Wisgoz*, & ſic per longum *Wisgoz* usque ad *Lauresham*, inde iterum in *Steinfurtowa*. hanc villam cum ſylva habuerunt in beneficio WEGELENZO, pater Warini, & poſt eum WARINUS COMES filius ejus in miniſterium habuit ad opus regis, & poſt eum BOUGOLFUS COMES, quousque

usque

uſque eam Carolus rex ſancto Nazario tradidit. Iſte Warinus ex præcepto Caroli regis anno XXVII regni ejus, mediante menſe Auguſto, placitum in eadem ſylva ad tumulum, qui dicitur *Walinehoug*, habuit, & cum illuſtrium virorum judicio & teſtimonio terminum & diviſionem ejus faciens, eam a ſylva, quæ pertinet ad *Moynecgowe*, & ab omnibus circumpoſitis marchis ſub certis & deſignatis limitibus diſterminavit, quorum limitum hæc ſunt vocabula:

Limites, qui ſupra

Steinfurt, *Ginnesloch*, *Walodam*, *Aldolfesbach*, *Felisberk*, *Winterchaſto*, *Gelicheberga*, *Arezgrefte*, *Walehinhoug*, *Burgunthart*, *Eicheneshart*, *Hildigeresbrunno*, *Moſahart*, *Lintbrunno*, *Crawinberk*, *Albuvineſſneitta*, *Mauresberk*, *Gamenesbach*, *Igilesbuch*, *Rennolfeſſol* uſque in *Ulvena*, quæ influit in *Necchar*, ab *Ulvena* uſque ad *Franconodal*, ad petram in *Kaſenowa*, ad petram ad *Ihrſelanden*, *Loubwiſa*, *Marclacha*, *Muſa*, *Aganrod*.

Infra hos limites juxta decurſum fluvii *Wisgoz*, qui ex duobus fontibus ſcatet ſecus duos viculos, videl. *Manoldeſcella*, & *Richgiſesbura*, ſitæ ſunt hæ villæ: *Furte*, *Rintbach*, *Morlenbach*, *Birkenowa*, *Winenheim*, *Hemmingisbach*, *Lutenbach*, *Hephenheim*, *Beſinsheim*, *Urbach*, *Lauresham*, *Biſeſtat*.

Huic determinationi hi teſtes interfuerunt: de *Lobodengowe*, Dietbreht, Erpolt, Engilbreht, Leitrad, Iſenbreht, Reginbreht, Herttrinc, Hadebreht, Bubo, Erkenbreht, Nanthoch, Helmbreht. De *Wingartteiba*, Adelbodo, Snelhart, Waldrich, Bodololf, Albrich, Dragebodo, Gebehard, Moor. De *Moynicgowe* & *Rinecgowe*, RUPERTUS COMES, Gerhart, Wolfart, Rado, Lambodo, Tieto, Rugger, Wacher, Beinung, Duodo, Hereman, Hererat, Regenher, German, Wachmun, Rudolf, Vgo.

* Pergit hic Chron. Lauriſh. Freheri.

Subſequente * poſt hæc anno, id eſt, Dominicæ incarnationis DCCLXXVII, ſed a fundatione ſive exordio Laureshamenſis monaſterii anno XIII, regni vero Caroli, ex quo defuncto fratre ſuo Carlomanno monarchia ad eum tranſiit, anno VI, Gundelandus abbas perfecta jam templi fabrica, & ut domum Dei decebat, omni ſpecie decoris exornata, apud *Spiream* civitatem regi occurrit, magnopere deprecans; ut ipſius eccleſiæ conſecrationi præſens intereſſe dignaretur, cui pius rex benigne aſſentiens, cum regina HILDIGARDA, filiisque CAROLO, PIPINO, LUDWICO, ac plurimis regni principibus per Lullum Maguntinæ ſedis archiepiſcopum & beati Bonifacii epiſcopi & martyris ſucceſſorem, atque per epiſcopos Megingozum, Wiomudum, Angilrammum, Waldricum magnifico apparatu, & ſumma veneratione in capite kalendarum Septembrium dedicationem ejusdem eccleſiæ celebravit, corpusque beati martyris Nazarii, domini & patroni noſtri, in eam maximo devotionis honore tranſtulit, ubi quanta miracula, quæ virtutum inſignia per ipſius merita divinitus effulſerint, quanta ex diverſis morbis, caſibus, miſeriis, anguſtiis remedia pro extunc, & deinceps provenerint, non eſt noſtræ facultatis evolvere. Præſertim cum ſit de his libellus a majoribus noſtris proſaico metricoque ſtilo ſatis elucubrate compoſitus, præterea quoque excellentiſſimus rex inter cætera liberalitatis ſuæ dona, quæ velut alter Salemon in ſimplicitate cordis ſui Domino lætus obtulit, villam *Obbenheim* cum omni integritate Laurehamenſi monaſterio tradidit, per quam eandem eccleſiam in die conſecrationis largiſſime dotavit * & ditavit, cum hujusmodi confirmationis præcepto. VII.

* Omiſit Freher.

VII.

Caroli magni de Obbenheim

Carolus gratia Dei rex Francorum & Longobardorum, vir illuſter. Quicquid enim ad loca ſanctorum venerabilium congruenter ob amorem Dei concedimus vel confirmamus, hoc nobis procul dubio ad æternam beatitudinem Domino protegente pertinere confidimus. Quapropter notum ſit omnibus fidelibus noſtris, eo quod propter nomen Domini & animæ noſtræ remedium donamus ad monaſterium noſtrum, quod dicitur *Lauresham*, ubi corpus ſanctiſſimi martyris Nazarii reconditum eſt, & Gundelandus abbas præeſſe videtur, donatumque in perpetuum ibidem ad ipſum locum eſſe volumus, hoc eſt, villam aliquam nuncupantem *Obbenheim* ſitam in *pago Wormatienſe* ſuper fluvium *Rhenum*, cum omni merito & ſoliditate ſua, & quicquid ad eandem villam legitime aſpicere vel pertinere videtur, id eſt, cum terris, domibus, ædificiis, accolis, mancipiis, vineis, ſylvis, campis, pratis, paſcuis, inſulis, aquis, aquarumve decurſibus, mobilibus & immobilibus, cum omnibus adjacentiis vel appenditiis, cum omnibus terminis & marchis ſuis, quicquid ad ipſam villam ſuperius nominatam partibus noſtris legibus aſpicere videtur, totum & ad integrum in amore Dei vel reverentia præcelſi martyris Nazarii in die dedicationis ſanctæ eccleſiæ vel in translatione corporis ſui a die præſente conceſſimus vel in omnibus confirmavimus. Similiter & illam terram jacentem in campo, qui pertinet ad *Thechidesheim*, ſicut ab antiquis diebus usque in præſens eadem terra pertinere videbatur ad eccleſiam, quæ eſt in *Obbenheim* conſtructa. Propterea hanc confirmationem noſtram exinde conſcribi juſſimus, ut tam ipſe memoratus abba, qui nunc temporis ibidem eſſe videtur, quam & ſucceſſores ſui, ſeu agentes jam dictæ eccleſiæ ipſam villam *Obbenheim* cum omni integritate, adjectitiis vel appenditiis ſuis ſub emunitatis no-

mine ab hac die habeant, teneant atque poſſideant, & quicquid pro oportunitate eccleſiæ vel ſtipendio monachorum facere elegerint, in elemoſinâ noſtra etiam & conjugis & prolis libero perfruantur arbitrio, & ut ibidem noſtris & futuris temporibus Domino auxiliante proficiat in augmentis. Quam vero præceptionem, ut firmior ſit, manu propria ſubter firmavimus, & de anulo noſtro ſigillari juſſimus. Rado ad vicem Hitherii
2. Sept. 774. recognovi. Datum IIII nonas Septemb. anno VI regni noſtri. Actum *Wormatiae* civitate publica feliciter.

*Ded.Freh. * Omiſit contenta diplomatis non ipſum diploma dediſſe contentus.

Tantis * munificentiæ ſuæ beneficiis adjecit clementiſſimus rex piſcationis conceſſionem in Rheno, * cætera quoque multimodis monaſterii utilitatibus oportuna, tali aucthoritate.

VIII.

CAROLUS gratia Dei rex Francorum & Longobardorum ac patritius Romanorum. Si petitionibus ſacerdotum vel ſervorum Dei libenti animo obaudimus, hoc nobis ad mercedem vel ſtabilitatem regni noſtri in Dei nomine pertinere confidimus. Idcirco notum ſit omnium fidelium noſtrorum magnitudini, qualiter nos propter nomen Domini, & animæ noſtræ ſalutem conceſſimus ad monaſterium, quod eſt conſtructum in honore ſancti Nazarii vel cæterorum ſanctorum in loco nuncupante *Laureſham*, ubi ipſe prætioſus dominus & ſanctus Nazarius in corpore requieſcit, & venerabilis vir Gundelandus abba rector præeſſe videtur, conceſſumque in perpetuum eſſe volumus, id eſt, infra finem *Hohſtatt* in loco cognominante *Godenowa*, in fluvio *Rheno*, ut ipſe abba vel ipſi fratres licentiam habeant vel ad piſcandum pro oportunitate ipſius eccleſiæ vel ſtipendio ipſorum fratrum, & ideo concedimus ad eundem ſanctum locum, ut de ſylva, quæ ad ipſam villam aſpicit, quæ fructuoſa

tuoſa nullatenus eſſe videtur, ipſam vinnam faciendi vel emendandi poteſtatem habeant, in quantum eis opus fuerit, prendere vel capulare. Similiter concedimus ad præfatum monaſterium in alia marcha, quæ ad *Viernheim* pertinet, de *pago Lobodenſe* usque ad fluvium *Wisgoz*, qualiter viam integram ad carracandum ſive itinerandum habere debeant, & ſuper ipſum fluvium in contra ipſam viam pontem faciendum tam ſuper fluvium *Wisgoz*, quam & ſuper alios lacus. Iſta omnia vero, ſicut ſuperius inſertum eſt, tam de vinna quam & ſylva ſive de via, ad jam dictam caſam Dei pro mercedis noſtræ augmento donavimus, conceſſimus, atque in omnibus in perpetuum indultum eſſe volumus, quatenus noſtris & futuris temporibus ad ipſum ſanctum locum proficiat in augmentis, & ut meliús delectet ipſam congregationem pro nobis & uxore noſtra etiam & prole Domini miſericordiam adtentius exorare. Et ut hæc auctoritas firmior habeatur, ac per tempora melius conſervetur, manu propria ſubterfirmavimus, & de anulo noſtro ſigillari juſſimus. Datum in menſe Januario anno VIIII Jan. 777. regni noſtri. Actum *Hariſtellio* palatio publico in Dei nomine feliciter. Rado ad vicem Luitberti recognovi.

Brevi * dehinc interjectu temporis Gundelandus inſtante ſibi divinæ vocationis bravio miſit ad regem *Ded.Freh. Aquisgrani, conſulens & obſecrans, quatenus ei liceret extremum vitæ curſum jam peragenti aliqua de monaſterii rebus impendia pro animæ remedio pauperum indigentiæ prærogare; qui ut erat pronæ in omnes clementiæ & maximæ circa inopes compaſſionis, indulſit ei tertiam partem rerum duntaxat mobilium in pauperum pro arbitrio ſuo diſtributionem. Inſtruantur hoc exemplo noſtri temporis eccleſiarum prælati, qui rebus earum & poſſeſſionibus ſibi creditis inſolenter

abutuntur, cum pater iſte, imperialis abbas, regni princeps dives & præpotens, magnæ famæ, clari generis nihil præſumpſerit absque regis vel conſilio vel præcepto, etiam in ipſo mortis articulo, de rebus monaſterii diſponere. Tanta tunc erat religionis cura, juris obſervantia, legum regumque reverentia. Rexit ipſum locum annos XIIII.

Anno Dominicæ incarnationis DCCLXXVIIII. Gundelando igitur depoſito carnis onere ad cœleſtia commigrante ſubſtituitur Helmericus, vir religioſus & ſapiens, fratrum quidem electione ex ipſius congregationis corpore & glorioſi regis Caroli inſtitutione. Hic eccleſiæ laquearia fecit, pavimentum ſtravit, cancellos circa tumbam ſancti Nazarii auro argentoque decoravit, altare etiam ſimili impenſa & opera mirificavit, quod poſtea ad eccleſiam ſancti Petri, quæ dicitur *Altenmunſter*, translatum eſt. Iſte pater amiſſis ſeu caſu ſeu imprudentia quibusdam donationum cartis, quibus res monaſterii continebantur inſertæ, regiam expetivit auctoritatem, quatenus ea, quæ bona fide & juſto titulo absque omni interpellatione eatenus poſſidebat, iterato confirmaret privilegio, quod tale eſt.

IX.

Praeceptum Caroli magni de cartis perditis

CAROLUS gratia Dei rex Francorum & Longobardorum ac patritius Romanorum. Notum ſit omnibus fidelibus noſtris tam præſentibus quam & futuris, qualiter veniens Helmericus abba in præſentiam noſtram nobis innotuit, eo quod cartæ per diverſa loca eccleſiæ ſuæ ſancti Nazarii perditæ fuiſſent & nau-

naufragatæ, & res eorum per diverſa loca habuiſſent, unde ad præſens veſtiti eſſent in regno noſtro, Deo propitio, & ubicunque ad præſens veſtiti fuiſſent; nos pro ejus petitione tale præceptum ei emiſimus, atque prædeceſſoribus ſuis, dum ipſa caſa Dei veſtita fuit ad præſens, omnia & ex omnibus ex noſtra auctoritate absque refragatione cujuscunque, quieto ordine, quicquid juſte & rationabiliter antea tenuerunt, per dationes aut commutationes ex noſtra auctoritate habeant & defenſare faciant ſecundum legem, ſicut per apertam cartam usque nunc auctoritas regum defenſavit, & denuo confirmavit. Et ut hæc auctoritas firmior habeatur vel per tempora melius conſervetur, de anulo noſtro ſubter ſigillavimus. Giltbertus ad vicem Radonis recognovi.

Non incongruum videtur quasdam donationes fidelium, qui apud nos & fama, & memoria magis illuſtres habentur & celebres, regalibus privilegiis interponere, maxime, cum nonnullæ earum per regiam ſint auctoritatem roboratæ; ac primum præfati comitis Cancronis & uxoris ejus Angilæ donationem de villa *Biſiſtat*, & ſylva ad ipſam pertinente, licet ordine præpoſtero ponamus. * Omiſit Freher.

X.

Donatio Cancronis de Birſtatt & termino ipſius ſylvae.

Ego * in Dei nomine Cancor & Angila conjux mea cogitantes caſum humanæ fragilitatis, qualiter peccata noſtra poſſimus minuere donante Domino, & ad æterna gaudia pervenire, idcirco pro animæ noſtræ remedio, ut Dominus Jeſus Chriſtus veniam de peccatis noſtris tribuere dignetur, donamus, tradimus vel firmamus ad monaſterium ſancti Petri, * Dedit Freh. ſuperius & Helwich p. 18.

quod

quod appellatur *Laureſham* ſeu ad ſanctum Nazarium martyrem, qui ibidem in corpore requieſcit, vel ad illam congregationem monachorum, qui ibidem converſari videntur, ubi vir venerabilis Gundelandus abba præeſſe videtur, donatumque in perpetuum eſſe volumus, & promptiſſima voluntate confirmamus, hoc eſt, terram & ſylvam, quæ eſt in illa marcha de *Biſiſtat*, ſeu in ipſo fine; de illo rubo, qui eſt de eccleſia ſancti Nazarii ad partem meridianam inter partem S. Petri per Agilolfum & ſuos conſortes pro ſigno inciſus, & inde ad partem orientalem usque in fluvium certum *Wisgoz*, ubi marcha de *Baſinsheim* conjungitur, & de ipſo rubero (rubo) ad partem aquilonis, ſicut ipſa inciſio arborum in ipſa die facta fuit, quæ vulgo lachus (lacha) appellatur, ſive diviſio (diviſia) & ſic ad illam ligneam crucem, quæ eſt poſita juxta illam viam, quæ venit de *Biſiſtat*, & inde ad partem aquilonis, ſicut illa inciſio arborum ſeu lachus (lacha) in ipſa die facta fuit usque ad illum monticulum, qui quaſi terminus apparet, & inde per ipſam inciſionem arborum ſive lachum usque in fluvium certum *Wisgoz*, ubi marcha de *Baſinsheim* conjungitur, quicquid infra illam inciſionem arborum ſeu lachum ſive diviſiam (diviſionem) usque ad marcham de *Baſinsheim* de dote ANGILÆ vel de qualibet parte noſtra ibidem videtur eſſe portio, ſive poſſeſſio vel donatio, tam terris quam ſylvis, campis, pratis, paſcuis, aquis, aquarumve decurſibus, omnia & ex omnibus totum & ad integrum ad jam dictum monaſterium ſive ad ſanctum Nazarium a die præſente donamus, tradimus, atque transfundimus, in Dei nomine perpetualiter ad poſſidendum, ita ut ab hac die ipſi monachi vel ſucceſſores eorum habeant, teneant àtque poſſideant, & neque nos, neque ullus de hæredibus noſtris, neque quælibet ulla obpoſita extranea perſona de ipſa terra vel de ipſa ſylva ullo unquam tempore ipſos monachos vel ſucceſſores eorum ejicere nec contradicere poſſit, nec ullam inquietudinem vel calumniam generare præſumat, ſed ad jam

dictum

dictum monaſterium omni tempore proficiat in augmentis. Si quis vero, quod futurum eſſe minime credimus, ſi nos ipſi aut ullus de hæredibus noſtris ſeu quælibet ulla extranea obpoſita perſona contra hanc donationem a nobis factam venire temptaverit, aut eam infringere vel immutare voluerit, caveat, ne iram Dei omnipotentis acquirat, & inſuper inferat una cum ſocio fiſco auri libras jjj, argenti pondo v multam ſuſtineat, & quod repetit, evindicare non valeat, ſed præſens donatio iſta omni tempore firma & inviolabilis permaneat, ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio *Laureſham* publice ſub die kalendas Junii, anno ſecundo regnantibus glorioſiſſimis regibus CAROLO & CARLOMANNO. Signum CANCRONIS COMITIS & ANGILÆ conjugis ejus, qui hanc donationem fieri & firmari rogaverunt. Signum THURINCBERTI fratris ipſius Cancronis & HEIMERICI filii ſui & aliorum. Ego Guario lector hanc donationem ſcripſi.

1. Jun. 770.

XI.

Donatio Wigberti in Rigemago, Frigdesdorph, Eccandorph & Ara.*

* Omiſit Freher. & Helwich.

In Chriſti nomine ſub die III idus Decembris anno tertio regni domini noſtri CAROLI regis Francorum & Longobardorum. Ego itaque WIGBERTUS dono ad ſanctum Nazarium martyrem, qui requieſcit in corpore in pago Rinenſe in monaſterio *Laureſham* ſuper fluvium *Wisgoz*, vel ad illam ſanctam congregationem monachorum, qui ibidem Deo ſervire videntur, ubi vir venerabilis Gundelandus abbas praeeſſe videtur, donatumque in perpetuum eſſe volo, & promptiſſima voluntate confirmo, hoc eſt, illam rem, quam mihi Erkenbertus manu poteſtativa tradidit, ut pro animæ ejus ſalute & remedio tradere deberem, quod ita & feci, hoc eſt, in pago *Rigorinſe* in *Piſinheimo* marcha, & in *Frigbodesdorph*, & in *Rigimago*,

11. Dec. 770.

& in *Eccandorph* ſeu & ad *Aram*, tam manſis, quam terris, campis, pratis, paſcuis, perviis, ſylvis, vineis, foraſtis, domibus, ædificiis appenditiis cum adjunctis adjacentiis, aquis, aquarumve decurſibus, mancipiis his nominibus, Mothere & conjuge ſuâ Berthlinde & filiis Walthero, Gutzelinda, Germundo, Balthere, Theutlinde, aliud vero quantumcunque in jam prædictis locis proprium habere viſus eſt, omnia & ex omnibus totum & ad integrum a die præſente dono, trado atque transfundo in Dei nomine perpetualiter ad poſſidendum, ita ut ab hac die habeatis jure & poteſtate habendi, tenendi, donandi, commutandi, vel quicquid exinde facere volueritis, liberam & firmiſſimam in omnibus habeatis poteſtatem. Siquis vero, quod fieri non credo, ſi ego ipſe aut ullus de hæredibus vel prohæredibus meis, ſeu quælibet ulla obpoſita perſona contra hoc teſtamentum donationis venire & infringere vel emutare conata fuerit, non ſolum ei non liceat, ſed inferat ad partes ipſius monaſterii duplum tantum, & aliud tantum fiſco regis, & quod repetit, evindicare non valeat, ſed præſens donatio iſta omni tempore firma & ſtabilis permaneat, ſtipulatione ſubnixa. Actum *Rigimago* ſeu *Lauresham* ſub die & tempore, quo ſupra. Signum Wigberti, qui hanc donationem fieri & firmari rogavit. Signum ANGILGERI COMITIS. Signum Hunibaldi & aliorum. Salvius atque Thutearnus presbyter rogatus ſcripſi.

* Dedit Freher.

Decedente * anno Dom. incarnationis DCCLXXXV quoque Helmerico, expletis in regimine annis quinque, ſubſtituitur Richbodo, vir plane dilectus Deo & hominibus, ſimplex & ſapiens, atque tam in divinis quam in ſæcularibus diſciplinis adprime eruditus, deinde per annos decem in archiepiſcopatum Treverenſem a piiſſimo Carolo rege provectus, præſedit ibidem

annos

annos decem, menſes octo, qui ſtatim in primordio deſtructis ligneis domibus, in quibus fratres eatenus commanebant, in aquilonali videlicet parte, clauſtrum muris circumdans ad meridianam partem, uti nunc videtur, tranſtulit, dormitorium quoque cum eccleſia triplici fecit, cancellos circa requiem beati Nazarii ex auro argentoque mirifice veſtiens, pavimentum etiam coram altari vario ſtratum marmore ſublimavit. Præfuit Laureshamenſi monaſterio annis viginti, menſibus octo, Treveris defunctus, Lauriſſæ ſepultus eſt. * Sub hoc patre quasdam ſpectabilium perſonarum donationes eidem monaſterio collatas, paucas ex pluribus deſcribamus.

* Omiſit Freherus ſequentia.

XII.

Donatio Abbae, abbatiſſae de Rotaha, monaſterio & aliis locis.

Audivimus, cum evangelium legeretur, vocem illam tonitrualis ſententiæ, in qua dicit Dominus noſter Jeſus Chriſtus: date elemoſinam, & ecce! omnia munda ſunt vobis, & alibi: ſicut aqua extinguit ignem, ita elemoſina extinguit peccatum. Idcirco ego in Dei nomine Abba Deo ſacrata, filia Theodoni quondam, pro remedio animæ meæ vel æterna retributione dono ad ſanctum Dei martyrem Nazarium, qui requieſcit in corpore in *pago Renenſe*, in monaſterio quod vocatur *Lauresham*, ſuper fluvium *Wisgoz*, vel ad illam Stam congregationem monachorum, quæ ibidem adunata eſt, ubi vir venerabilis Richbodo abba præeſſe videtur, donatumque in perpetuum eſſe volo, & promtiſſima voluntate confirmo, hoc eſt, monaſterium, quod eſt conſtructum in honore ſanctæ Mariæ

 vel

vel cæterorum ſanctorum in pago *Moynecgowe*, in fine vel marcha *Raodora*, in loco nuncupato *Niwenhof*, ſuper fluvium *Rodaha*, & quicquid de propria alode noſtra ad ipſum locum ſanctum delegavimus, vel ab aliis Deum timentibus hominibus ibidem traditum eſt, in locis nuncupatis *Bellingurae* marcha & ad *Caſpenze* & in *Walenensheim*, & in *Nitachgowe* ad *Horeheim*, & ad *Gronowa* & ad *Thurchilawilla*, ſimiliter in pago *Loganhehe*, ad *Saltriſſa* & ad *Dabornaha*, vel in aliis locis, nec non & in *pago Wormacienſe* ac *Magontia* civitate, ad *Odenheim*, ad *Nubenheim*, in *Dienenheim*, in *Mumenheim*, in *Batenheim*, vel ubicunque mea videtur eſſe poſſeſſio ſeu de quolibet attractu ad me noſcitur perveniſſe, cum omni integritate ſua, manſis, campis, terris, pratis, paſcuis, perviis, ſylvis, vineis, domibus, ædificiis, cum adjunctis adjacentiis, aquis, aquarumve decurſibus, farinariis, mancipiis, accolabus, peculio utriusque ſexus majore vel minore, mobilibus & immobilibus, omnia & ex omnibus totum & ad integrum tam ipſum præfatum monaſterium, quam & cuncta, quæ ibidem aſpicere videntur, in locis jam dictis, vel ubicunque moderno tempore mea videntur eſſe poſſeſſio vel dominatio, de jure meo in jus & dominationem ſancti Nazarii dono, trado, atque transfundo, ea ſcilicet ratione, ut diebus vitæ meæ ipſum monaſterium vel omnia ſuperius comprehenſa habere debeam & excolere ſub uſufructuario, & nihil exinde minuere, ſed quicquid addere aut meliorare potuero, devota mente ac prompta voluntate deſidero, & cenſum annis ſingulis in feſtivitate ſancti Nazarii decem ſolidos perſolvam. Quando vero meus advenerit diſceſſus de hoc ſæculo, tunc abbas de monaſterio ſancti Nazarii cum conſilio bonorum hominum de genere noſtro tam ſæcularium, quam & aliorum religioſorum virorum & Deum timentium eligat de ipſo monaſterio abbatiſſam de genere meo, quæ caſam Dei gubernare valeat ſecundum Deum vel ſecundum ſæculum... Si vero, quod abſit, evenerit, ut clareſcentibus

tibus culpis ipſa abbatiſſa digna non ſit ad hoc miniſterium, & abbas hoc perpendit, quia ita eſt, tractet prudenter apud ſe, & dejiciat illam, quæ digna non eſt de ordine ſuo, & aliam, quæ digna eſt, in loco ejus conſtituat de genere noſtro. Quodſi non fuerit de genere noſtro, quæ poſſit ibidem eſſe abbatiſſa, tunc jam præfatus abbas de monaſterio ſancti Nazarii vel ipſi monachi faciant de jam dicto monaſterio, & quod ad ipſum aſpicit, quicquid ſibi utile judicaverint, pro oportunitate ſancti Nazarii, vel ibidem Deo deſervientium monachorum, ſed & quæcunque in jam præfato monaſterio abbatiſſa fuerit, cenſum jam dictum ad ſanctum Nazarium non negligat reddere, quodſi neglexerit, cum legis beneficio hoc emendari faciat. Si quis vero quod fieri non credo, ſi ego ipſa aut ullus de hæredibus meis vel prohæredibus, ſeu quælibet ulla obpoſita perſona hanc donationem ſive teſtamentum infringere vel immutare voluerit, quam propter nomen Domini ſpontanea voluntate fieri decrevimus, inferat ad monaſterium ſancti Nazarii vel ad agentes ipſius duplum tantum quantum hæc donatio continet, ſociante fiſco auri libras jj, argenti pondera jjjj multam ſuſtineat, & ſic, quod repetit, evindicare non valeat, ſed præſens donatio iſta vel precaria omni tempore firma & ſtabilis permaneat, ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio *Lauresham* in baſilica Sti Nazarii ante pretioſum corpus ipſius Sti martyris coram multis teſtibus, anno XVIII regni domini noſtri Caroli regis, ſub die V kalendas Martias. Signum ABÆ Deo ſacratæ abbatiſſæ, quæ hanc donationem ſive precariam ſimul fieri & firmari rogavit. Signum Gerhardi. Signum Salachi & aliorum. Ego itaque Samuel acſi indignus monachus & presbyter hanc chartam donationis rogante Abba ſcripſi. 25. Febr. 786.

XIII.

Donatio Hiltisnot abbatiſſae de monaſterio Arilinbach in Bretachgouve.

7. Jun. 787. In Chriſti nomine ſub die VII idus Junii, anno XX regni domini noſtri Caroli regis. Ego HILTISNOOT Deo ſacrata, filia SUABULCDI quondam conſiderans caſum humanæ fragilitatis, pro Dei intuitu vel pro animæ meæ remedio ſeu & retributione æterna dono ad ſanctum Dei Nazarium martyrem, qui requieſcit in corpore, *ut ſupra*, ubi vir venerabilis Richbodo præeſſe videtur, vel turba plurima monachorum ibidem adunata eſſe dignoſcitur, donatumque in perpetuum eſſe volo & promptiſſima voluntate confirmo, hoc eſt, monaſterium, quod modo a novo ædificavimus, in propria alode mea in pago *Brethachgowe*, in *Wachelincheimere* marcha, & in *Magelingunin* marca, in loco nuncupato *Alirinbach*, id eſt, baſilicam, quæ eſt conſtructa in honorem ſancti Salvatoris, & ſanctæ Mariæ vel cæterorum ſanctorum, & in ipſis locis jam dictis, hubas ſerviles xvj & hubam & manſum indominicatum, vel quicquid ad ipſos manſos vel hubas aſpicit, tam terris, domibus, ædificiis, campis, pratis, paſcuis, perviis, ſylvis, aquis, aquarumve decurſibus, farinariis, cum adjunctis adjacentiis, mancipiis, accolis, peculio utriusque ſexus majore vel minore, mobilibus & immobilibus, omnia & ex omnibus, re inexquiſita cum omni ſupellectili, quicquid dici aut denominari poteſt, ſicut a nobis moderno tempore poſſidere dignoſcitur, totum & ad integrum. Similiter in *Buttinesheim* marcha, quicquid ibidem habere videmur, id eſt, hubas jj & caſadum unum ibidem manentem, una cum peculiari ſuo, & quicquid ad ipſas hubas aſpicit. Similiter & in *Cochengowe* in *Weſtheimer* marcha, in loco, qui dicitur *Raodhaha*, hubas quinque, & manſos v, vel quicquid ad ipſas hubas vel manſos aſpicit, & baſilicam illic conſtructam ad integrum. Similiter in *Gar-*

dach

dachgowe, in *Gardaro* marcha, in loco, qui dicitur *Shlothrun* manſum & hubam, & quicquid ad ipſam hubam aſpicit, & in *Becchingen* hubas v, manſos v, vel quicquid illuc aſpicit. Item quod fœmina quædam nomine Wirdun tradidit ad jam dictas reliquias in *Olleimo* marcha, vel quicquid in ipſa marcha legibus ei adtingit, & quicquid ad hæc omnia aſpicit, campis, terris, pratis, ſylvis, paſcuis, perviis, aquis, aquarumve decurſibus, domibus, ædificiis, totum & ad integum, ſicut ſuperius diximus; mancipia quopue lv utriusque ſexus, quæ & in his & in aliis locis manere videntur, una cum omni peculiari ſuo. Hæc omnia ſuperius comprehenſa cum omni integritate ſua, tam ipſum monaſterium quam omnia ibidem aſpicientia, de jure meo in jus & dominationem ſancti Nazarii dono, trado atque transfundo in Dei nomine perpetualiter ad poſſidendum ea ratione, ut ab hac die habeant, teneant, atque poſſideant, & ſuis poſteris, ac ſucceſſoribus ad poſſidendum relinquant. Scilicet, ut dum ego advixero, ipſas res, ſicut ſuperius continetur, per beneficium veſtrum absque præjudicio ſancti Nazarii vel veſtro ſeu ſucceſſorum veſtrorum habeam & excolam, & nihil exinde minuere, niſi quicquid ibidem addere, aut meliorare potuero, & cenſum annis ſingulis in feſtivitate ſancti Nazarii, quæ eſt jj idus Junii, farcilem j perſolvam, & ſi de ipſo cenſu negligens fuero, cum legis beneficio hoc emendari faciam. Poſt diſceſſum vero meum, ſi aliqua de genere meo in ipſo monaſterio fuerit educata, quæ ipſam congregationem, quam propter nomen Domini ibidem adunavi, ſecundum Deum regere potuerit, per electionem abbatis ſancti Nazarii abbatiſſa conſtituatur, & hoc ſemper quoadusque de genere meo digna ibidem reperiri potuerit, ſervetur. (*caetera omnia, quae ſecuntur, ut in ſuperiori charta continentur, usque ad id:*) ſiquis hæc infringere vel immutare voluerit, inferat partibus ſancti Nazarii unacum cogente fiſco, auri libras v, argenti pondera x multam ſuſtineat, *& reliqua ut ſupra*

pra. Actum in eccleſia ſancti Nazarii ante pretioſum corpus ejus, in loco publico monaſterio *Laureſham*. Signum HILTISNOT Deo ſacratæ abbatiſſæ, quæ hanc donationem ſive precariam firmitatis fieri & firmari rogavit. Signum MAORLACH COMITIS, germani ipſius, qui hoc conſenſit. Signum ANTO fratris ejus. Ego itaque Samuel presbyter rogante Hiltisnot hanc donationem ſive precariam ſcripſi.

XIV.

Donatio Raffoldi comitis in Winenheim.

Ego in Dei nomine RAFFOLDUS COMES, conſiderans gravitudinem peccatorum meorum, & reminiſcens bonitatem Dei dicentis: date elemoſinam & ecce omnia munda ſunt vobis, confiſus Dei tanta miſericordia & pietate Dei, per hanc epiſtolam dono, donatumque in perpetuum eſſe volo ad baſilicam ſancti Nazarii, ubi ipſe corporaliter requieſcit, & omni congregationi ibidem conſiſtenti, ubi vir venerabilis Richbodo abba præeſſe videtur, res meas in *pago Renenſe* & in *Lobodonenſe* ſitas, in villa *Winenheim* marca, quicquid in ipſa villa vel in ipſa marcha habere viſus ſum, manſis, pratis, paſcuis, campis, perviis, ſylvis, vineis, aquis, aquarumve decurſibus, domibus, ædificiis, cum adjunctis adjacentiis, accolis, mancipiis LXJJJJ peculio utriusque ſexus majore vel minore, excepto auro & argento, & caballis & veſtimentis, aliud quicquid in ipſo loco præſenti tempore viſus ſum tenere vel poſſidere tam de paterno quam de materno vel de comparato, ſeu de quolibet adtractu ad me noſcitur perveniſſe, ad integrum de jure meo in veſtrum & ſancti Nazarii jus proprietarium trado atque transfundo, ea ratione, ut quamdiu advixero, ſub uſu beneficii veſtri absque ullo præjudicio vel diminutione aliqua prædictas res tenere, & uti debeam, & in uno quoque anno duos ſolidos in argento ad ſanctum Nazarium perſolvam in feſtivi-

tate

tate ſancti ipſius, aut ſancti Martini vel Remigii, ſed ſi dimittere voluero, tunc michi xxx libras perſolvatis; & ſi antea non reliquero, poſt obitum meum jam præfatas xxx libras pro animæ meæ remedio pauperibus vel ad caſas Dei erogetis. Poſt meum quoque diſceſſum quicquid in jam dicta villa vel in finibus ſuis additum, adtractum melioratumque fuerit repertum & tranſitus meus ibi dereliquerit, cum omni ſupra poſito rectores ipſius eccleſiæ ſancti Nazarii, agentesque illius absque ullius exſpectata audientia vel traditione in noſtram elemoſinam vel ſubſtantiam monachorum, ibidem vitam degentium, in eorum faciant revocari poteſtatem vel dominationem, ita ut quicquid exinde facere pro oportunitate monaſterii decreverint, liberam & firmiſſimam in omnibus habeant poteſtatem. Quod ſi aut ego ipſe aut ullus de hæredibus meis vel quælibet perſona contra hanc donationem aliquid refragari, vel calumniam generare præſumpſerit, illud, quod repetit, non evindicet, & inſuper contra, cui litem intulerit, ſolidos quingentos componat, & hæc donatio ſive precaria firma permaneat, ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio *Laureſham* ſub die kalendas Martii anno XXII regni domini noſtri Caroli glorioſi regis. 1. Mart. 790. Signum Raffoldi comitis, qui hanc donationem ſive precarium fieri & firmari rogavit. Signum Heriradi. Signum Waltheri & aliorum. Ego Ródulfus hanc donationem ſive precariam ſcripſi.

XV.

Donatio Rachildis Deo ſacratae in Dinenheim & Sunnincheim.

In Chriſti nomine ſub die pridie kalendas Novembris anno XXV regni domini noſtri Caroli regis ego Rachildis 31. Oct. 792. Deo ſacrata, pro remedio animæ meæ ſeu & genitricis ac genitoris mei & germani mei Heimerici atque Erimberti epi-

E ſcopi

ſcopi dono ad ſanctum Dei martyrem Nazarium, qui requieſcit (*ut ſupra, usque*) ubi vir venerabilis Richbodo abba præeſſe videtur, donatumque in perpetuum eſſe volo, & promptiſſima voluntate confirmo, hoc eſt, rem meam propriam in *pago Wormatienſe* in *Dinenheimer* marcha, ſed & rem illam, quam mihi Erimbertus epiſcopus manu poteſtativa tradidit, in proprietatem pro anima Heimerici germani mei, tam manſis, campis, terris, pratis, paſcuis, perviis, vineis, domibus, ædificiis, aquis, aquarumve decurſibus, mancipiis, una cum peculiari eorum, vel quicquid in ipſa marcha habere videor ad integrum. Similiter ultra *Rhenum* in *Sunnincheimere Stete*, quicquid in eodem loco Heimerich frater meus contra Warinum comitem de ſua portione in hæreditatem accepit, omnia & ex omnibus totum & ad integrum a die præſente de jure meo in jus & dominationem ſancti Nazarii dono, trado, atque transfundo, ita ut ab hac die habeatis jure habendi, tenendi, donandi, commutandi, vel quicquid exinde facere volueritis, liberam in omnibus habeatis poteſtatem. Si vero, quod fieri non credo, ego ipſa, aut ulla obpoſita perſona hanc donationem infringere vel immutare voluerit, inferat ad ipſum locum ſanctum vel ad agentes ipſius duplum tantum, quantum hæc donatio continet, ſociante fiſco auri libras jj, argenti pondo jj multam ſuſtineat, & quod repetit, evindicare non valeat; ſed præſens donatio iſta omni tempore firma & ſtabilis permaneat, ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio *Lauresham*, in eccleſia S. Nazarii II nonas Novembris anno XXV regni domini noſtri Caroli regis. Signum Rachildæ, quæ hanc donationem fieri & firmari rogavit. Signum Scali. Signum Geroldi, & aliorum. Ego Samuel presbyter & monachus hanc donationem rogante Rachilda ſcripſi & ſubſcripſi.

4. Nov. 792.

XVI.

XVI.

Preſtaria ejusdem Rachildis.

Venerabili in Chriſto Richbodoni abbati. Rachildis Deo ſacrata ſupplicans, dum non eſt incognitum, qualiter ego rem meam in *pago Wormatienſe* in *Dinenheimere* marcha & in *Sunnenheimer Stete* ad partem ſancti Nazarii condonavi; postea mea fuit petitio & veſtra fuit benevolentia, ut ipſam rem etiam ſub uſu fructuario beneficiare deberetis, diebus vitæ meæ, quod ita & feciſtis, ſimiliter & ad *Scarra* ipſam baſilicam, vel quicquid ibidem haberetis, nec non & ad *Mereſche*, & in *Aothmaresheim* & ad *Frankondal*, & ad *Ebenſtein*, & ad *Blatmaresheim*, ea ſcilicet ratione, ut jam dictas res habere, & excolere debeam, & nihil exinde minuere, ſed quicquid ibidem addere aut meliorare potuero, promptiſſima voluntate faciam, & annis ſingulis in cenſum pro hac re in feſtivitate ſancti Martini XII denarios perſolvam, & ſi de ipſò cenſu negligens exſtitero, cum legis beneficio hoc emendare faciam, & quando quidem meus venerit diſceſſus, absque ullius contradictione vel judicis aſſignatione rem ſupra dictam agentes monaſterii ſancti Nazarii per ſemetipſos in Dei nomine recipere & revocare valeant. Facta eſt hæc precaria loco, die, & tempore, quo ſupra.

Hanc donationem & precariam poſtea ſub Adalungo abbate anno XLIIII. Caroli imperatoris hæc eadem matrona renovando confirmavit.

Exordia, fineſque ſingularum donationum, formas quoque precariarum omnes tranſcribere, mancipiorum nihilominus & teſtium nomina ſeriatim ponere, & longum eſt, & non neceſſarium, maxime cum exceptis perſonarum, locorumque vocabulis ac tempo-

rum deſignationibus, aut eundem, aut non multum diſparem modum habeant, & continentiam. Sufficiat igitur, ſi ſalva rerum veritate, quando, ubi, qualiter, quid, a quibusque collatum ſit, nihil prætermittamus.

Nunc ad privilegia Ludovici pii imperatoris transſcribenda accedamus.

* Ded. Freh. omiſſis iis omnibus, quæ a pag. 27. lecta ſunt.

Anno * Dominicæ incarnationis DCCCV. poſt exceſſum Richbodonis ſucceſſit Adalungus, vir potens in opere & ſermone & juxta cor Domini electus, qui ſuſcepto hujus loci regime nobiliter cuncta extrinſecus, nobilius quoque templum intrinſecus vario venuſtavit decore, quippe altare dominicum, ut nunc eſt, quatuor ex partibus tabulis argenteis incluſit, nec minus altare ad crucem, atque ſancti Joannis Baptiſtæ, ſanctæ quoque Mariæ virginis, præterea altare ſancti Petri in eccleſia triplici mirifice perornavit, auream quoque crucem & opere & materia aliis pretioſiorem fabrefieri juſſit, multis denique virtutibus florens decurſis in hujus loci regimine annis XIII, ſapientiæ ac pietatis merito vitam conſumavit honeſtam. Iſte pater regnante jam tunc Ludovico pio, Caroli magni ac beati divi imperatoris ac ſemper auguſti filio, ac veluti poſt bellicoſum patrem David Salemone pacifico, imperialem expetivit magnificentiam, quatinus de libertate & immunitate Laureshamenſis monaſterii & abbatis electione paternam roboraret authoritatem, * tali privilegio.

* Omiſit

XVII.

XVII.

Praeceptum Ludowici pii de immunitate ejusdem monaſterii.

In nomine domini Dei & ſalvatoris noſtri Jeſu Chriſti Hludowicus divina ordinante providentia imperator Auguſtus. Si erga loca divinis cultibus mancipata propter amorem Dei eisque in eisdem locis ſibi famulantibus beneficia oportuna largimur, præmium nobis apud Deum æternæ remunerationis rependi non diffidimus. Noverit interea ſagacitas ſeu utilitas omnium fidelium noſtrorum tam præſentium, quam & futurorum, quia vir venerabilis Adalungus abbas ex monaſterio *Laureshammo*, quod eſt conſtructum in honore beatorum apoſtolorum Petri & Pauli, ubi & ſanctus Nazarius martyr corpore requieſcit, quod eſt ſitum in *pago Renenſe* ſuper fluvium *Wisgoz*, obtulit obtutibus noſtris auctoritatem immunitatis domini & genitoris noſtri bonæ memoriæ Caroli piiſſimi Auguſti, in qua continebatur inſertum, qualiter idem genitor noſter ipſum monaſterium ob amorem Dei, tranquilitatemque fratrum ibidem conſiſtentium ſemper ſub pleniſſima tuitione & immunitatis defenſione ab omni inquietudine judiciariæ poteſtatis conſiſtere feciſſet; propter firmitatem tamen poſtulavit a nobis prædictus Adalungus abbas, ut paternum morem ſequentes hujuſcemodi noſtræ immunitatis præceptum ob reverentiam ſancti Nazarii martyris, qui ibidem corpore requieſcit, circa ipſum monaſterium fieri cenſeremus; cujus petitioni libenter aſſenſum præbuimus, & hoc noſtræ auctoritatis præceptum erga ipſum monaſterium & monachos ibidem Deo militantes immunitatis atque tuitionis firmitatis gratia, pro divini cultus amore & animæ noſtræ remedio, fieri decrevimus, per quod præcipimus atque jubemus, ut nullus judex publicus, vel quislibet ex judiciaria poteſtate, aut ullus ex fidelibus noſtris tam præſentibus, quam & futuris in eccleſias aut

loca vel agros ſeu reliquas poſſeſſiones prædicti monaſterii, quas moderno tempore in quibuslibet pagis vel territoriis infra ditionem imperii noſtri juſte & legaliter poſſidet, vel quæ deinceps a catholicis viris eidem collatæ fuerint monaſterio, ad cauſas audiendas vel freda aut tributa exigenda, aut manſiones, aut paratas faciendas, aut fidejuſſores tollendos, aut homines ipſius monaſterii tam ingenuos, quam ſervos ſuper terram ipſius commanentes injuſte diſtringendos, nec ullas redibitiones, aut illicitas occaſiones requirendas noſtris, nec futuris temporibus ingredi audeat; nec ea, quæ ſupra memorata ſunt, penitus exigere præſumat; ſed liceat memorato abbati ſuisque ſucceſſoribus res prædicti monaſterii ſub immunitatis noſtræ defenſione quieto ordine poſſidere. Quicquid etiam exinde jus fiſci exigere poterat, in integrum eidem conceſſimus monaſterio, ſcilicet, ut in alimoniam pauperum & ſtipendia monachorum ibidem Deo famulantium perennibus temporibus proficiat in augmentis. Et quando quidem divina vocatione ſupradictus abbas vel ſucceſſores ejus de hac luce migraverint, quamdiu ipſi monachi tales inter ſe invenire potuerint, qui ipſam cougregationem ſecundum regulam ſancti Benedicti regere valeant, per hanc noſtram auctoritatem & conſenſum, ſicut & eis Dominus & genitor noſter conceſſit per ſuam auctoritatem, licentiam habeant eligendi abbates, quatinus ipſis ſervis Dei, qui ibidem Deo famulantur, & pro eodem genitore noſtro & pro nobis & conjuge proleque noſtra, & ſtabilitate totius imperii noſtri nobis a Deo collati, & ejus clementiſſima miſeratione per inmenſum conſervandi, jugiter Domini miſericordiam exorare delectet. Et ut hæc auctoritas noſtris, futurisque temporibus Domino protegente valeat inconvulſa conſiſtere, manu noſtra ſubter firmavimus & anuli noſtri impreſſione ſignari juſſimus. Heliſachar recognovi. Data
5. Mart. 815. III nonas Martias, anno Chriſto propitio ſecundo imperii domini Hloudowici piiſſimi Auguſti, indictione VIII. Actum *Aquisgrani* palatio in Dei nomine feliciter amen.

Paternam quoque auctoritatem de piſcatione in Reno nobis tradita idem piiſſimus imperator hoc modo confirmavit.

XVIII.

Ludowici pii de piſcatione in Reno.

In nomine domini Dei & ſalvatoris noſtri Jeſu Chriſti. LUDOWICUS divina ordinante providentia imperator Auguſtus. Si imperialis dignitas prædeceſſorum ſuorum pie facta inviolabiliter conſervare nititur, quanto magis nos ea conſervare debemus & noſtris auctoritatibus confirmare, quæ dominus & genitor noſter Carolus piæ recordationis præſtantiſſimus imperator ad petitionem ſervorum Dei ob emolumentum animæ ſuæ, & utilitatem ſervorum Dei per ſuam confirmavit auctoritatem; unde noverit experientia atque utilitas omnium fidelium noſtrorum tam præſentium quam & futurorum, quia Adalungus abba ex monaſterio *Laureſham*, quod eſt conſtructum in honore ſancti Nazarii martyris, ubi ipſe pretioſus martyr corpore requieſcit, detulit excellentiæ noſtræ quamdam auctoritatem prædicti domini genitoris noſtri Caroli imperatoris, in qua continebatur quod monachis de eodem monaſterio non ſolum licentiam dediſſet, vinnam ad piſcandum faciendam in loco nuncupante *Godenaugia*, infra finem *Hoſtat*, verum & eis ipſam vinnam perpetualiter habendam per eandem confirmaſſet auctoritatem; & quod conceſſiſſet eis de ſylva, quæ eidem villæ aſpicit, quæ infructuoſa eſt, ad incidendum ad ipſam vinnam, quando neceſſitas exegerit, reficiendam, nec non & viam integram ad carrigandum in marcham, quæ ad *Firnheim* pertinet, de *pago Lobodonenſe* usque in fluvium *Wisgoz*, tam ſuper eundem fluvium *Wisgoz* quam & ſuper illos lacus. Ob rei tamen ſtabilitatem poſtulavit a nobis idem Adalungus abba, ut ſuper hujusmodi paternæ auctoritati noſtram

ſtram adderemus auctoritatem, cujus petitioni propter ipſius ſancti loci reverentiam & animæ noſtræ remedium aſſenſum præbere libuit, & hanc noſtram auctoritatem firmitatis gratia fieri, per quam volumus, atque decernimus, ut vinnam ſuperius nominatam & de ſylva infructuoſa incidenda, ad eandem vinnam reſtaurandam, & viam, per quam eorum carri ire & redire valeant; prædictus Adalungus abba, ejusque ſucceſſores, vel congregatio ipſius loci in noſtra elemoſina per hanc noſtram auctoritatem conceſſam habeant, atque jure perpetuo in ditione ipſius monaſterii conſiſtant; quemadmodum dominus & genitor noſter per ſuam confirmavit auctoritatem, videlicet, ut quicquid ob utilitatem & profectum ipſius monaſterii facere voluerint, libero in omnibus perfruantur arbitrio. Et ut hæc auctoritas firmior habeatur, & per futura tempora inviolabiliter conſervetur, manu propria ſubter firmavimus, & anuli noſtri impreſſione ſignari juſſimus. Heliſachar recognovi. 5.Mart. 815. Data III nonas Martias, anno Chriſto propitio ſecundo imperii domini Ludowici piiſſimi Auguſti, indictione VIII. Actum *Aquisgrani* palatio regio in Dei nomine feliciter amen.

De Michlenſtatt.

*Ded.Freh. Qualiter * vero cella *Michlenſtatt* ſub hoc piiſſimo principe per venerabilem Einhardum Laureshamenſi monaſterio acceſſerit, prout a majoribus noſtris memoriæ traditum eſt, perſtringamus. Eſt enim res tum cognitu & admiratione digna, tum quanta vel qualis olim imperialis excellentiæ & erga ſubditos pietas, & erga devotos liberalitas, & erga ſuorum exceſſus clementia fuerit, evidens exemplum. Hic igitur EINHARDUS archicapellanus, notariusque imperatoris Caroli, cum

in aula regia laudabiliter ſerviens diligeretur ab omnibus, a filia quoque ipſius imperatoris Imma nomine regi Græcorum deſponſata, amabatur ardentius. Aliquantum temporis fluxerat, & amor alternus cottidie inter ambos per augmenta creſcebat, utrosque enim timor retardavit & offenſio regia, ne tam gravia conveniendi inirent conamina, ſed amor improbus omnia vincit. Denique cum idem vir egregius inremediabiliter amando æſtuaret, auresque virginis per internuncium appellare nec præſumeret, noviſſime ſumpta de ſemetipſo fiducia, nocturno tempore latenter ad puellæ tendebat habitaculum. Ibidem ergo pulſans clanculo, & intrare permiſſus tamquam allocuturus juvenculam de regali mandato, ſtatim verſa vice ſolus cum ſola ſecretis uſus alloquiis, & datis amplexibus cupito ſatisfecit amori. Interea, cum jam appropinquante luce diei per ſilentia noctis, unde venerat, regredi vellet, de improviſo nivem haut modicam decidiſſe cognovit, & ne per veſtigia pedum virilium agnitus perderetur, foras exire timuit, ambosque pro conſcientia facti anxietas ſimul & formido intus remanere compulit, cumque nimia ſollicitudine fluctuantes, quid facto opus eſſet, deliberarent, tandem elegantiſſima juvencula, quam audacem faciebat amor, conſilium dedit, ut ipſa quidem ſuper ſe inſidentem inclinata exciperet, eumque usque ad locum illius hoſpitio contiguum ante lucanum deportaret, ibique eo depoſito rurſum per eadem veſtigia cautius obſervata rediret. Eam noctem imperator divino, ut creditur, nutu inſomnem duxit, diluculoque conſurgens eminusque de aula proſpiciens intui-

tuitus eſt filiam ſuam ſub præfato onere nutanti greſſu vix incedere, & ad condictum locum depoſita, quam geſtabat, ſarcina celeri repedare recurſu; quibus multo intuitu perſpectis imperator partim admiratione, partim dolore permotus, non tamen absque divina diſpoſitione id fieri reputans, ſeſe continuit, & viſa interim ſilentio ſubpreſſit. Interea Einhardus ſibi conſcius, certusque rem nullo modo dominum ſuum regem diu latere poſſe, tandem inter anguſtias reperto conſilio imperatorem aggreditur, flexis genibus miſſionem poſtulans, aſſerens tot & tantis ſervitiis ſuis condigna non rependi præmia. His auditis rex diſſimulato rei & eventu & exitu diu conticuit; dehinc eum certificans, ſe poſtulationi ejus quantocius reſponſurum, diem conſtituit, ſtatimque conſiliarios, primosque ſui regni, & cæteros quosque ſibi familiares paſſim evocatos convenire juſſit. Congregata itaque magnifica diverſarum dignitatum frequentia, ita exorſus eſt: imperatoriam, inquiens, majeſtatem nimis injuriatam eſſe & deſpectam in indigna ſuæ filiæ, notariique ſui copulatione, & exinde non mediocri ſeſe agitari perturbatione. Quibus nimio ſtupore perculſis, & de rei novitate ac magnitudine quibusdam adhuc ambigentibus, rex innotuit eis evidentius, referens eis a primordio, quid per ſemetipſum oculata fide cognoverit, conſiliumque eorum ac ſententiam ſuper hoc expoſtulans. At illi inter ſe diverſi diverſa ſentientes in præſumptorem hujus rei duras & varias dedere ſententias, aliis ſine exemplo puniendum, aliis exilio dampnandum, aliis alio modo diſperdendum, ut cuique impetus erat, adjudicantibus.

Porro

Porro quidam ex eis tanto mitiores, habita ſecum deliberatione, quam intime regem exoravere, quatinus ipſe rem per ſemetipſum examinare, & ſecundum divinitus ei collatam ſapientiam diffinire dignaretur. Verum, ubi rex ſingulorum circa ſe affectum ponderavit, & inter diverſorum ſententias, quid potiſſimum conſilii ſequeretur, expendit, ſic eos allocutus eſt: non ignoratis, inquit, humanum genus variis ſubjectum eſſe caſibus, & frequenter evenire, ut res nonnullæ, quæ contrariis initiis inchoantur, meliorem aliquando ſortiantur exitum; proinde non eſt deſperandum, ſi potius ſuper hac re, quæ & gravitate & novitate ſui noſtrum exſuperat ingenium, divinæ providentiæ, quæ nunquam in ſui diſpoſitione fallitur, quæque etiam malis bene uti novit, pietas eſt exſpectanda & expetenda; quapropter tam triſtis facti a notario meo non exigam pœnas, per quas infamia filiæ meæ magis videbitur augeri quam minui, unde dignius & laudabilius imperii noſtri gloriæ arbitramur congruere, ut data adoleſcentiæ venia legitimo eos matrimonio conjungam, & rei proboſæ honeſtatis colorem ſuperducam. Regis igitur audita ſententia fit incomparabile gaudium, magnitudoque animi ejus ac manſuetudo ſummis effertur laudibus. Interim Einhardus juſſus adeſſe ingreditur, quem ex inopinato rex ſalutans, ita eum placido vultu alloquitur: Jam dudum auribus noſtris a vobis delata eſt querimonia, quod ſervitiis veſtris regali munificentia hactenus digne non reſponderimus; ſed, ut verum fatear, maxime ſuper hoc culpanda eſt veſtra negligentia, quam quidem licet ſuſtineam tot

& tanta negotia ſolus, tamen ſi quid voluntatis veſtræ compertum haberem, ſervitia veſtra digno fuisſem proſecutus honore. Verum ne vos diutino ſermone protraham, quærimoniis veſtris ampliſſima donatione ſatisfaciam, & ut vos etiam fidelem mihi, ut prius, & benevolum poſthac ſentiam, juri veſtro nuptum tradam meam filiam, veſtram ſcilicet portatricem, quæ quandoque alte ſuccincta, veſtræ ſubvectioni ſatis ſe morigeram exhibuit. Protinus ad regis edictum cum multo comitatu adducta eſt ejus filia, quæ roſeo multum perfuſa rubore tradita eſt per manus patris in manus prædicti Einhardi, cum dote plurima, prædiorum quoque nonnullorum, cum innumeris aureis argenteisque donariis, aliisque pretioſis ſupellectibilibus, quibus etiam piiſſimus imperator Ludowicus poſt obitum patris prædia ſua, videlicet *Michlenſtatt* & *Mulenheim*, quæ nunc appellatur *Seligenſtatt*, tradidit, cum hujusmodi donationis privilegio.

XIX.

Donatio Ludowici pii Einhardo in Michlenſtatt.

In nomine Domini Dei & Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti. LUDOWICUS divina ordinante providentia imperator Auguſtus. Imperatoriæ celſitudini moris eſt fideliter ſibi famulantes donis multiplicibus atque honorare atque honoribus ingentibus ſublimare. Proinde nos morem parentum noſtrorum, regum, videlicet prædeceſſorum noſtrorum, ſequentes libuit celſitudini noſtræ fidelem quendam noſtrum nomine EINHARDUM de quibusdam rebus proprietatis noſtræ honorare, atque in ſui juris poteſtatem liberalitatis noſtræ gratia conferre, nec immerito, quippe cum & fidelitatis

tis obſequio & obedientiæ devotione hoc apud ſerenitatem noſtram digne mereatur adipiſci, qui totis menſibus usque quaque noſtro ſervitio, noſtris juſſionibus fideliter parere ſtudet. Inde noverit experientia, atque utilitas omnium fidelium noſtrorum, tam præſentium quam & futurorum, quia conceſſimus eidem fideli noſtro Einhardo, nec non & conjugi ſuæ Immæ in partibus Germaniæ locum, qui vocatur *Michlinſtat*, in ſylva, quæ vocatur *Odonewalt*, in cujus medio eſt baſilica lignea modica conſtructa, de qua in omnem partem quaqua verſus pertinent ad eundem locum inter campum & ſylvam leugæ duæ, id eſt, raſta una, intra cujus menſuræ circumplexum manent præſenti tempore ſervi noſtri proprii xjjjj, cum uxoribus ſuis & filiis. Præter hos ſunt in eodem loco inter maſculos & fœminas, mancipia xl. Hunc locum cum terminis ſuis ſub integritate & mancipiis ſuis, nec non & villam, quæ dicitur *Mulinheim*, quæ eſt in pago *Moynecgowe* ſita, ſuper ripam fluminis *Moyni*, quæ quondam Drogonis comitis poſſeſſio fuit, & habet baſilicam parvam muro factam, in qua villa ſunt manſi xvjjjj, & ſervi præſenti tempore manentes cum uxoribus & liberis numero xjjj. Seu & in altera villa eodem vocabulo ſupra eundem fluvium, quæ vocatur *inferior Mulinheim*, in qua ſunt manſi jjjj, & ſervi manentes totidem cum uxoribus, & parvulis, qui pertinent ad ſuperius dictam villam. Hanc villam, id eſt, *ſuperiorem Mulinheim* cum appenditiis ſuis, & mancipiis propriis ad eam pertinentibus, & hæc omnia ſupra ſcripta cum eccleſiis, villaribus, domibus, mancipiis, ſylvis, terris, pratis, paſcuis, aquis, aquarumve decurſibus, cultum & incultum, cum omnibus adjacentiis, & appenditiis totum & ad integrum prædicto fideli noſtro Einhardo, & conjugi eius Immæ in proprium per hanc noſtræ donationis auctoritatem conceſſimus, ita videlicet, ut quicquid ab hodierna die in futurum de prædictis rebus & locis, vel de his, quæ ad eas pertinent, jure hæreditario facere voluerint, in omnibus

& tanta negotia ſolus, tamen ſi quid voluntatis veſtræ compertum haberem, ſervitia veſtra digno fuisſem proſecutus honore. Verum ne vos diutino ſermone protraham, quærimoniis veſtris ampliſſima donatione ſatisfaciam, & ut vos etiam fidelem mihi, ut prius, & benevolum poſthac ſentiam, juri veſtro nuptum tradam meam filiam, veſtram ſcilicet portatricem, quæ quandoque alte ſuccincta, veſtræ ſubvectioni ſatis ſe morigeram exhibuit. Protinus ad regis edictum cum multo comitatu adducta eſt ejus filia, quæ roſeo multum perfuſa rubore tradita eſt per manus patris in manus prædicti Einhardi, cum dote plurima, prædiorum quoque nonnullorum, cum innumeris aureis argenteisque donariis, aliisque pretioſis ſupellectibilibus, quibus etiam piiſſimus imperator Ludowicus poſt obitum patris prædia ſua, videlicet *Michlenſtatt* & *Mulenheim*, quæ nunc appellatur *Seligenſtatt*, tradidit, cum hujusmodi donationis privilegio.

XIX.

Donatio Ludowici pii Einhardo in Michlenſtatt.

In nomine Domini Dei & Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti. LUDOWICUS divina ordinante providentia imperator Auguſtus. Imperatoriæ celſitudini moris eſt fideliter ſibi famulantes donis multiplicibus atque honorare atque honoribus ingentibus ſublimare. Proinde nos morem parentum noſtrorum, regum, videlicet prædeceſſorum noſtrorum, ſequentes libuit celſitudini noſtræ fidelem quendam noſtrum nomine EINHARDUM de quibusdam rebus proprietatis noſtræ honorare, atque in ſui juris poteſtatem liberalitatis noſtræ gratia conferre, nec immerito, quippe cum & fidelitatis

tis obſequio & obedientiæ devotione hoc apud ſerenitatem noſtram digne mereatur adipiſci, qui totis menſibus usque quaque noſtro ſervitio, noſtris juſſionibus fideliter parere ſtudet. Inde noverit experientia, atque utilitas omnium fidelium noſtrorum, tam præſentium quam & futurorum, quia conceſſimus eidem fideli noſtro Einhardo, nec non & conjugi ſuæ Immæ in partibus Germaniæ locum, qui vocatur *Michlinſtat*, in ſylva, quæ vocatur *Odonewalt*, in cujus medio eſt baſilica lignea modica conſtructa, de qua in omnem partem quaqua verſus pertinent ad eundem locum inter campum & ſylvam leugæ duæ, id eſt, raſta una, intra cujus menſuræ circumplexum manent præſenti tempore ſervi noſtri proprii xjjjj, cum uxoribus ſuis & filiis. Præter hos ſunt in eodem loco inter maſculos & fœminas, mancipia xl. Hunc locum cum terminis ſuis ſub integritate & mancipiis ſuis, nec non & villam, quæ dicitur *Mulinheim*, quæ eſt in pago *Moynecgowe* ſita, ſuper ripam fluminis *Moyni*, quæ quondam Drogonis comitis poſſeſſio fuit, & habet baſilicam parvam muro factam, in qua villa ſunt manſi xvjjjj, & ſervi præſenti tempore manentes cum uxoribus & liberis numero xjjj. Seu & in altera villa eodem vocabulo ſupra eundem fluvium, quæ vocatur *inferior Mulinheim*, in qua ſunt manſi jjjj, & ſervi manentes totidem cum uxoribus, & parvulis, qui pertinent ad ſuperius dictam villam. Hanc villam, id eſt, *ſuperiorem Mulinheim* cum appenditiis ſuis, & mancipiis propriis ad eam pertinentibus, & hæc omnia ſupra ſcripta cum eccleſiis, villaribus, domibus, mancipiis, ſylvis, terris, pratis, paſcuis, aquis, aquarumve decurſibus, cultum & incultum, cum omnibus adjacentiis, & appenditiis totum & ad integrum prædicto fideli noſtro Einhardo, & conjugi eius Immæ in proprium per hanc noſtræ donationis auctoritatem conceſſimus, ita videlicet, ut quicquid ab hodierna die in futurum de prædictis rebus & locis, vel de his, quæ ad eas pertinent, jure hæreditario facere voluerint, in omnibus

bus potiantur arbitrio faciendi, & nullus quislibet ex fidelibus ſanctæ Dei eccleſiæ, & noſtris de præſcriptis rebus memorato fideli noſtro & conjugi ſuæ a nobis conceſſis aliquid abſtrahere aut minuere temptet, ſed liceat eis ipſas res quiete habere & poſſidere, & cui voluerint, jure hæreditario relinquere. Et ut hæc auctoritas largitionis noſtræ per curricula annorum inviolabilem atque inconvulſam perpetuo obtineat firmitatem, & a fidelibus noſtris tam præſentibus quam & futuris, ſeu etiam a ſucceſſoribus noſtris a nobis facta verius certiusque credatur, eam manu propria ſubterfirmavimus, & anuli noſtri impreſſione ſignari juſſimus. Helifachar recognovi. Data III idus Januarii, anno, Chriſto propitio, primo imperii domini Ludowici piiſſimi imperatoris Auguſti, indictione vjj. Actum *Aquisgrani* palatio regio in Dei nomine feliciter amen.

11. Jan. 815.

Venerabilis itaque Einhardus ob honorem ſimul & amorem excellentiſſimi Caroli & piiſſimi Ludowici imperatorum præfatum locum & cellam *Michlenſtat* cum ſuis pertinentiis Laureshamenſi tradidit, atque per hujusmodi teſtamentum confirmavit.

XX.

Donatio Einhardi de cella Michlenſtat & Immae.

Dominus ac redemptor noſter corporaliter in terris converſatus, homines variis peccatorum ſordibus inquinatos ammonere dignatus eſt, dicens: date elemoſinam, & ecce omnia munda ſunt vobis, & iterum: facite vobis amicos de mammona iniquitatis, qui vos recipiant in æterna tabernacula. Idcirco nos in ipſius Dei omnipotentis, & iſta jubentis nomine Einhardus & Imma ſimul de ſalute animarum noſtrarum cogitantes, & de abolendis peccatis noſtris beatæque ac perpetuæ vitæ premiis conſequendis pari devotione tractantes, hoc teſta-

teſtamentum facere decrevimus, per quod ſpontanea & integra voluntate donamus, quod ab hodierna die donatum eſſe volumus, id eſt, cellam noſtri juris vocabulo *Michlenſtat* ſitam in pago *Plumgowe*, in ſylva, quæ dicitur *Odenewalt*, ſuper fluvium *Mimilingum*, quam nobis glorioſiſſimus princeps dominus Ludovicus imperator largiſſima liberalitate conceſſit & de jure ſuo in noſtrum jus ſolemni donatione tranſtulit, ac præcepti ſui auctoritate in proprietatem nobis confirmavit. Hanc, ut diximus, cellam ſub integritate cum omnibus appenditiis & terminis ſuis, & cum omnibus ad ſe pertinentibus ibidem baſilicis, domibus, cæterisque ædificiis, terris, pratis, ſylvis, campis, pratis, paſcuis, aquis, aquarumve decurſibus, cultis locis, & incultis, mobilibus rebus & immobilibus, ac ſe ipſas moventibus, mancipiis diverſi ſexus & ætatis numero centum, donamus & tradimus ad baſilicam ſive monaſterium venerandi martyris Chriſti Nazarii, quod vocatur *Lauresham*, & eſt conſtructum in *pago Renenſe*, in ripa fluminis, quod dicitur *Wisgoz*, ubi tempore præſenti vir venerabilis Adalungus abbas Deo deſervientis congregationis paſtor & rector eſſe cognoſcitur, ea videlicet ratione memoratam donationem atque traditionem facientes, ut quamdiu in hac mortalitate divina juſſione vixerimus, habeamus prædictam cellam in noſtra poteſtate, & ſub noſtra ordinatione absque ullius perſonæ aut poteſtatis contradictione vel impedimento, tam ſimul quam ſingillatim per ſucceſſionem, ſi uno ſuperſtite alter nobis ante deceſſerit, filios quoque ſi nos habere contigerit, unus ex eis in eadem poſſeſſione nobis jure precario ſuccedat, poſt obitum vero noſtrum memorata cella cum omni integritate ad prænominatum venerabile monaſterium absque ullius contradictione recipiatur, & in ejus poteſtate atque dominio perpetuo permaneat. Et ſi aliquis contra hoc noſtræ donationis teſtamentum reſultare voluerit, aut illud convellere atque evacuare temptaverit, primitus Chriſtum & ſanctum martyrem ejus Nazarium

rium nefandis auſibus ſuis contrarium ſentiat, & inſuper fiſco diſtringente multam de rebus propriis parti prædicti venerabilis monaſterii coactus exſolvat, auri videlicet libram unam, argenti pondo xjj, & hoc teſtamentum atque hæc donatio noſtra firma & inviolata permaneat, & ſi quocunque tempore a quolibet homine aliud inſtrumentum in noſtro nomine prolatum fuerit, quod huic noſtro teſtamento contrarium ſit, indicium datorum anterius vel poſterius habens, etiam ſi manu noſtra videatur vel dicatur eſſe firmatum, vacuum & inane remaneat, & nullum effectum obtineat, ſed, ut prædiximus, hæc donatio noſtra perenni ſtabilitate firma & inviolabilis perſeveret, ſtipulatione ſubnixa. Et ut hoc teſtamentum juxta legis conſuetudinem, integram firmitatem accipiat, propriæ manus ſubſcriptione illud firmare decrevimus, & idoneorum teſtium, qui ipſam donationem viderint, ſignaculis roborari fe-
12. Sept. cimus. Facta donatio in *Laureshamo* monaſterio II idus Sep-
819. tembris, anno VI regni domini noſtri Ludowici glorioſiſſimi imperatoris in Dei nomine feliciter. Ego EINHARDUS peccator & donator recognovi, & manu propria ſubſcripſi. Ego IMMA conſenſi & ſubſcripſi. Signum Rabangarii. Signum Warbotonis. Signum Wolfberti & aliorum. Ego Hirmimarus diaconus & notarius imperialis rogante Einhardo hoc teſtamentum ſcripſi & ſubſcripſi.

Deſcriptio marchae pertinentis ad Michlenſtat.

Hujus donationis ſuæ tenorem & locorum terminorumque deſcriptionem ipſe Einhardus hoc modo deſignavit.

XXI.

Quoniam ſunt quidam qui faſtu ſæculari turgentes, & ſemetipſos amantes, a Chriſti fidelibus ſacris eccleſiis ſeu monaſteriis contradita invadunt, aut ut ſibi hæreditario jure retineant,

tineant, aut mundiali baltheo in beneficio dividant. Ego Einhardus, ne in his, quæ de regia manu Ludowici imperatoris in loco *Michlenſtat* contraxi, manus iniquorum prævaleat, advertat obſecro fidelium tam ſequentium quam præſentium memoria, qualiter in unum ſint collecta, quibusve expreſſa vocabulis. Poſtquam eum locum prænominatum Laureshamenſium dominationi ſubjugare diſpoſui; adſcitis quibus notum fuerat, terminum & vocabula locorum diligenter inveſtigavi, & recenti memoria notarium meum Lutherum exprimere litteris juſſi, ea videlicet circumſpectione, quia multorum monaſteriorum eis prædia conjunguntur & diverſorum dominorum beneficia circumquaque terminantur. Hæc igitur terminorum loca & locorum vocabula deſignantur hoc modo: dum a monte *Mamenhart* incipiunt, & totum eundem montem usque ad plateam comprehendunt, a platea usque ad duplicem quercum, inde inter *Ulenbuch* & *Rumpheshuſen* ad quercum, de quercu in fluvium *Bramaha*, per hujus deſcenſum in *Wllinebach*, per hujus aſcenſum usque ad lapideum rivulum, inde ad *Wllineburch* per unam portam intro, per alteram foras. Inde in ripam *Euterun*, per hujus deſcenſum ad *Langenvirſt*, ubi Langenvirſt ſcinditur. Super Langenvirſt, ad *Breittenſol*, inde per *Eichendal* in flumen *Urtella*. per hujus aſcenſum in *Vinſterbuch*, inde ad *Phaphenſtein* Einhardi. A Phaphenſteine ſupra *Richgereſſneitten*, inde ad verticem *Clophendales* ad *Clophenberk*, inde in *Cuningesbrunnen*, per hujus deſcenſum in *Mimelingen*, per hujus aſcenſum ad *Manegoldeſcellam*. Ab hac in fluvium *Moſaha*, per hujus aſcenſum in *Geroldesbrunnen*, inde ad *Ellenbogen* in fluvium *Branbach*, per ejus deſcenſum in *Mimelingen*, ex qua ad quercum inter *Graſcapht* & *Munitat*, inde iterum ad montem *Mamenhart*.

Quomodo autem & ex qua revelatione prædictus Einhardus monaſterium *Selinginſtat* conſtruxerit, & prædium ſuum *Mulinheim* eidem contulerit ex libro, quem ipſe de translatione & miraculis ſanctorum Marcellini & Petri martyrum edidit, plene poterit dinoſci. Verum piiſſimus imperator Ludowicus eccleſiam quoque in *Siggenheim* per idem tempus Laureshamenſi monaſterio hac aucthoritate confirmavit.

XXII.

*Ludovici * Pii de eccleſia in Siggenheim.*

* Omiſit Freh. & Helwich.

In nomine Domini Dei & ſalvatoris noſtri Jeſu Chriſti. Ludowicus divina ordinante providentia imperator Auguſtus. Si liberalitatis noſtræ munere de beneficiis, a Deo nobis collatis, locis Deo dicatis aliquid conferimus, id nobis & ad mortalem vitam feliciter tranſigendam & ad æternam perpetualiter obtinendam profuturum liquido credimus. Idcirco notum ſit omnium fidelium noſtrorum, tam præſentium quam & futurorum, ſolertiæ, quia poſtulavit a nòbis vir venerabilis Adalungus abba ex monaſterio *Lauresham*, quod eſt conſtructum in honore ſancti Nazarii, quam retroactis temporibus Warinus quondam comes ad partem fiſci noſtri acquiſivit, & modo Widegowo comes per beneficium largitionis noſtræ habere videtur, in noſtra elemoſina eidem monaſterio concederemus, cujus precibus, pro mercedis noſtræ augmento & reverentia ipſius ſancti loci, nobis acquieſcere libuit, & præfatam partem manſi noſtri cum eccleſia noſtra auctoritate conferrę placuit, quæ eſt in pago, qui vocatur *Lobotengowe*, in villa nuncupante *Siggenheim*, ſuper fluvium *Necchar*. Quapropter volumus atque jubemus, ut per hanc noſtram auctoritatem noſtris videlicet & futuris temporibus prædictam eccleſiam prædictus Adalungus

gus abba, ejusque ſucceſſores vel congregatio ipſius monaſterii in noſtra elemoſina conceſſam habeant, atque perpetuo in ditione ipſius eccleſiæ conſiſtat, ita duntaxat, ut quicquid de ipſa ob utilitatem & profectum ſui facere voluerint, libero in omnibus perfruantur arbitrio faciendi. Et ut hæc auctoritas firmior habeatur, & per futura tempora melius conſervetur, manu propria ſubterſirmavimus, & anuli noſtri impreſſione ſignari juſſimus. Chriſte protege Ludowicum imperatorem. Simeon diaconus ad vicem Fridigiſi abbatis recognovi. Data X Kalendas Julias, anno X imperii domini Hludowici piiſſimi 22. Jun.
Auguſti, indictione prima. Actum *Franchonofurt* palatio in Dei 823.
nomine feliciter amen.

Mortuo Ludowico imperatore pio * filii ejus Ludowicus, Lotharius & Carolus graviter inter ſe de imperio diſſidentes poſt maximam ſuorum adtritionem imperium patris tandem inter ſe diviſerunt, & Carolo, qui minimus natu erat, occidentalia regna * (a Brittannico mari usque ad Moſam ceſſerunt; Ludowico orientalia regna, id eſt) Germania usque ad Renum atque trans Renum nonnullæ civitates; Lotharius, qui maximus natu erat, ſortitus eſt regnum, quod ab eo traxit vocabulum, & provinciam, & cum Italia tota Romanum imperium. Hic Lotharius (a) Ansfrido tunc palatino comiti, illuſtri & ſpectabili viro, ob egregia merita prædium ſuum in *Geizefurt* jure proprietatis contradidit, quod poſtea idem Ansfridus, ut ſuo in loco patebit, Laureshamenſi monaſterio ſub abbate Dietrocho contulit. Quæ regia donatio Ansfrido collata talis eſt.

* Interpolavit hunc l. Freher.

* Omiſit Freher. quæ uncinis incluſa, unde gravis error.

G 2 XXIII.

(a) Male. Non Lotharius imp. ſed filius ejus, Lotharius rex, auctor fuit donationis Ansfrido factæ, ut ex ipſis donationis literis elucet.

XXIII.

* Omiſ. Freh. dedit-que in Orig. Pal. part. 1. append. p. 30.

Donatio Lotharii imperatoris (Regis) Anſfrido in Geizeſurt.*

In nomine omnipotentis Dei ſalvatoris noſtri Jeſu Chriſti LOTHARIUS divina preveniente clementia REX. Dignum eſt, ut regalis celſitudo procerum ſuorum petitionibus tanto libentius annuat, & annuendo ad effectum perducat, quando eos viderit ac noverit in ſuis obſequiis perſiſtere efficaces. Idcirco noverit omnium fidelium ſanctæ Dei eccleſiæ ac noſtrorum, præſentium videlicet & futurorum induſtria, quia Hucbertus venerabilis abba noſtram deprecatus eſt magnitudinem, ut cuidam fideli comiti palatii noſtri ANSFRIDO nomine aliquantum ex rebus juris noſtri, quas ipſe jure beneficiario detinet, ad proprium concederemus, ac per præceptum noſtrum largiremus, cujus precibus libenter ob utrorumque ſinceriſſimam devotionem & famulatum acquieſcentes, hos eminentiæ noſtræ apices fieri decrevimus, per quos memorato Ansfrido in *pago Hattuarienſi*, & in villa, que vocatur *Geizeſurt*, ſuper fluvium *Nerſe*, manſos quatuor cum omnibus ſuis appenditiis, terris ſcilicet cultis & incultis, ſylvis, pratis, paſcuis, aquis, aquarumve decurſibus, exitibus, & regreſſibus, nec non & mancipiis utriusque ſexus ibidem aſpicientibus, ſeu etiam & in *pago Laumenſi*, in villa *Sodeja*, ſuper fluvium *Geldione*, manſum unum cum omnibus ad ſe pertinentibus, terris ſcilicet cultis & incultis, ſylvis, pratis, paſcuis, aquis, aquarumve decurſibus & regreſſibus, nec non & mancipiis utriusque ſexus ibidem pertinentibus, ei ad proprium tribuimus, & de jure noſtro in jus ac dominationem ipſius perenniter manſurum transfundimus, quatenus per hanc noſtram auctoritatem potiſſimam habeat ex eisdem rebus vel mancipiis faciendi licentiam, quicquid elegerit vel voluerit, ſicut & de reliquis proprietatis ſuæ rebus remota cujuslibet inquietudine vel contrari-

trarietate, ita tamen, ut nusquam a noſtra diſcedat fidelitate. Et ut hæc noſtræ largitionis auctoritas firmior habeatur, & per futura tempora melius conſervetur, manu propria ſubter eam firmavimus & anuli noſtri impreſſione aſſignari juſſimus. Hrothmundus notarius recognovi. Data V Idus Novembris, anno Chriſto propitio, imperii domini Lotharii piiſſimi regis primo, indictione IV Actum *Aquisgrani* palatio regio in Dei nomine feliciter amen. 9. Nov. 856.

Prædium * etiam ſuum in *Gannitta* hic idem princeps Laureshamenſi monaſterio tradidit, * & tali præcepto confirmavit. * Ded. Freh. * Omiſit

XXIV.

Donatio Lotharii imperatoris (Regis) in Gannitta.

In nomine omnipotentis Dei & ſalvatoris noſtri Jeſu Chriſti, Lotharius divina præveniente clementia Rex. Si locis Deo dicatis aliquod impertiri ſatagimus, morem ſequimur piisſimorum regum, idque ad emolumentum animæ noſtræ pertinere minime ambigimus. Quapropter omnium fidelium ſanctæ Dei eccleſiæ ac noſtrorum, præſentium videlicet & futurorum, noverit induſtria; quia Adalardus illuſtris comes & Tieto vaſallus noſter, fideles ſcilicet noſtri, deprecati ſunt clementiam noſtram, ut ex rebus juris noſtri ex beneficio Hrorici in villa *Gannitta* ad eccleſiam ſancti Nazarii, quæ conſiſtit in Lauresham, aliquas res proprietatis jure tribueremus, quorum precibus libenter acquieſcentes, hos noſtræ ſerenitatis fieri juſſimus apices, per quos ad præfatum ſancti Nazarii monaſterium in prædicto pago & in præſcripta villa *Gannitta* terram proprietatis noſtræ perenniter ad habendum, ob emolumentum animæ noſtræ, concedimus & de jure noſtro in jus ac dominationem ipſius perenniter manſurum transfundimus, quatinus

tinus deinceps per hanc noſtram auctoritatem potiſſimam habeat pars prædictæ eccleſiæ faciendi licentiam quicquid utile judicaverit. Et ut hæc noſtræ largitionis auctoritas rata, ſtabilisque permaneat, manu propria ſubter eam firmavimus & anuli noſtri impreſſione aſſignari præcepimus. Hrodmundus

13. Sept. 860. notarius recognovi. Data idus Septembris, anno, Chriſto propitio, regni Domini Lotharii glorioſi regis quinto, Indictione VIII. Actum *Aslao* palatio regio, in Dei nomine feliciter amen. Chriſte adjuva Lotharium regem.

*Ded. Freb. Hujus * Lotharii frater LUDOWICUS, quem ſupra diximus in diviſione imperii orientalem Franciam ſortitum, juſtus, pius, miſericors ac circa eccleſias Dei immenſæ benignitatis extitit, unde & Laureshamenſi monaſterio plurima beneficia conferens, ibidem etiam

* Omiſit. ſepeliri ſe moriens præcepit, * qui primo donationis ſuæ in *Langenen* hujusmodi promulgavit auctoritatem.

XXV.

Largitio Ludowici regis ſecundi de Langenen.

In nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis. LUDOWICUS Divina favente gratia rex. Si liberalitatis noſtræ munere de beneficiis a Deo nobis collatis locis ſanctorum quiddam conferimus, hoc nobis procul dubio ad æternæ remunerationis præmia capeſſenda profuturum liquido credimus. Idcirco notum fieri volumus omnibus fidelibus ſanctæ Dei eccleſiæ, noſtrisque, præſentibus ſcilicet & futuris, quia placuit nobis ob divinæ ſervitutis amorem & animæ noſtræ remedium, quasdam res proprietatis noſtræ tradere ad monaſterium, quod dicitur *Lauresham*, quod eſt ſitum in *pago Renenſe*, conſtructum in honore reverentiſſimi Chriſti martyris Nazarii, ubi idem præ-

clariſſimus martyr corpore quieſcit humatus, cui etiam auctore Deo præſenti tempore venerabilis vir Adalungus abba præeſſe videtur, id eſt, villam juris noſtri, quæ nuncupatur *Langungon*, ſitam in eodem *pago Renenſe*, cum eccleſia ibidem conſtructa, & cum reliquis ædificiis, caſis, domibus, mancipiis utriusque ſexus, terris cultis & incultis, pratis, ſylvis, paſcuis, aquis, aquarumve decurſibus, adjacentiis, perviis, exitibus & regreſſibus, quæſitum & adquirendum, quantumcunque ad prædictam villam præſenti tempore aſpicere videtur, & noſtri juris atque poſſeſſionis jure proprietatis eſt, nec non & mancipia illa, quæ ex eadem villa orta ſunt, & hactenus ad fiſcum noſtrum *Triburim* deſervierunt; id eſt, Loubam cum infantibus ſuis tribus, Muniswind cum infantibus ſuis tribus, Adahildim cum infantibus ſuis duobus, Liebedagam cum infante ſuo uno. Hæc omnia, ut diximus, cum integritate præfato venerabili monaſterio conceſſimus, & de noſtro jure in jus & dominationem eis liberalitatis noſtræ munere contulimus, ita videlicet, ut quicquid de prædictis rebus & mancipiis ab hodierno die & tempore rectores & miniſtri ſupra memorati monaſterii ob utilitatem & commoditatem ipſius monaſterii facere vel judicare voluerint, libero in Dei nomine perfruantur arbitrio faciendi, quicquid elegerint. Et ut hæc auctoritas largitionis noſtræ per curricula annorum inviolabilem atque inconvulſam obtineat firmitatem, manu propria ſubterfirmavimus, & anuli noſtri impreſſione ſignari juſſimus.

Adaleoldus diaconus ad vicem Grimaldi recognovi. Data VII idus Januarii, anno, Chriſto propitio, primo, regni domini Ludowici regis in orientali Francia, indictione XII Actum *Franconofurt* palatio regio in Dei nomine feliciter amen. Chriſte protege Ludowicum regem. 7. Jan. 834.

Anno

*Ded.Freh. Anno * Dominicæ incarnationis DCCCXVII Adalungo abbate defuncto Samuel a puero ibidem educatus ſubrogatur, nec multo poſt Wormatienſi epiſcopio inthronizatur, ubi eccleſiam beati Ciriaci, quæ appellatur *Niuhuſen*, a fundamentis exſtruens, armarium hujus loci ex parte evacuavit, & in utriusque eccleſiæ regimine annis XVII expletis diem clauſit extremum. Sub hoc tempore præfatus rex Ludowicus illuſtri COMITI WERINHERO prædia ſua in *Bibiſloz*, *Wattenheim* atque *Zulleſtein* regia auctoritate tradidit, quæ mox idem Werinherus Laureshamenſi monaſterio aſſignavit. * Hæc auctoritas talis eſt.

* Omiſit

XXVI.

Donatio Ludowici Wernhero in Bibiloz, Wattenhem, Zuleſtein.

In nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis. LUDOWICUS divina favente gratia rex. Regiæ dignitati moris eſt fideliter ſibi famulantes donis multiplicibus atque honoribus ingentibus honorare ac ſublimare. Proinde nos parentum noſtrorum, regum videlicet Francorum, morem ſequentes libuit celſitudini noſtræ fidelem quendam noſtrum nomine WERINHARIUM de quibusdam rebus proprietatis noſtræ honorare ac ſublimare. Nec immerito, quippe cum & ipſe apud excellentiam noſtram hoc digne adipiſci mereatur, qui totis niſibus usquequaque noſtro ſervitio, noſtrisque juſſionibus fideliter obtemperare ſtudet. Quapropter comperiat omnium fidelium noſtrorum, præſentium ſcilicet & futurorum, magnitudo, quia nos conceſſimus eidem W. ad proprium quasdam res proprietatis noſtræ, quæ ſunt in *pago Renenſe*, in villis, quæ dicuntur *Bibiſloz* & *Wadtinheim* atque *Zuleſtein*, manſum videlicet domini-

nica-

nicatum cum eccleſia ibidem conſtructa, cum mancipiis in eisdem rebus commanentibus utriusque ſexus, & cum reliquis domibus, ædificiis, vineis, terris, ſylvis, pratis, paſcuis, aquis, aquarumve decurſibus, adjacentiis, perviis, exitibus & regreſſibus, quæſitum & ad inquirendum, quantumcunque ad easdem res pertinere videtur, & noſtri juris atque poſſeſſionis jure proprietatis eſt, totum & ad integrum prædicto fideli noſtro W. ad proprium conceſſimus, & de noſtro jure in jus & dominationem ejus liberalitatis noſtræ munere conceſſimus, contulimus; ita videlicet, ut quicquid exinde ab hodierno die & tempore jure proprietario facere vel judicare voluerit, per hanc noſtræ auctoritatis largitionem libero in Dei nomine perfruatur arbitrio faciendi, quicquid elegerit. Et ut hæc auctoritas largitionis noſtræ per futura tempora inviolabilem atque inconvulſam obtineat firmitatem, manu propria ſubter firmavimus, & anuli noſtri impreſſione ſignari juſſimus. Adaleoldus diaconus ad vicem Grimaldi recognovi. Data VII Kalendas Junias, anno, Chriſto propitio, tertio 26. Maj. regni domini Ludowici regis in orientali Francia, indictione 836. XIIII. Actum *Theodonis villa* in Dei nomine feliciter amen.

Porro donatio ejusdem Werinheri comitis de eisdem rebus Laureshamenſi monaſterio facta, hunc modum continet.

XXVII.

Donatio ejusdem Werinheri in pago Rinechgou, Biblos, Wattenh. &c.

In Dei omnipotentis nomine, ego Werinherus cogitans de ſalute animæ meæ & de abolendis peccatis meis ac perpetuæ vitæ præmiis conſequendis & pro elemoſina domini regis noſtri Ludowici ſeu pro animabus quondam fidelium meorum Engilhelmi & Modæ, ut veniam de peccatis noſtris adi-

piſci mereamur, dono per hoc teſtamentum ad Stum Dei martyrem Nazarium, qui requieſcit in corpore in *pago Renenſe*, in monaſterio cognominato *Laureſham*, ſito ſuper fluvium *Wisgoz*, ubi moderno tempore vir venerabilis Samuel epiſcopus & abbas regulariter præeſſe videtur, & veneranda congregatio monachorum die noctuque Domino deſervire dinoſcitur, donatumque in perpetuum eſſe volo, & promptiſſima voluntate confirmo, hoc eſt, quod trado res proprietatis meæ in pago *Rinechgowe*, quas mihi glorioſiſſimus princeps dominus *Ludowicus* rex largiſſima liberalitate conceſſit, & de jure ſuo in jus meum ſolenni donatione tranſtulit, ac præcepti ſui auctoritate in proprietatem mihi condonavit, id eſt, villam ſitam ſuper fluvium *Wisgoz*, vocabulo *Bibibfloz*, cum eccleſia in ea conſtructa, & omnibus, quæ ad eandem villam vel curtem legitime aſpicere videntur, & alteram villam ſitam ſuper eundem fluvium nuncupatam *Wattenheim*, quicquid in ea poſſideo, excepta eccleſia & beneficio, quod in eo habent Egeshere & Bernhere, quod illis a domino rege in beneficium quondam datum fuerat, & tertiam villam denominatam *Zulleſtein*, quæ ſita eſt in ripa *Rheni* fluminis, cum portu & cum omni integritate ſua. Hæc omnia, ut diximus, ſub integritate, cum omnibus appenditiis & terminis ſuis, & cum omnibus ad ſe pertinentibus, id eſt, baſilica, domibus, cæterisque ædificiis, terris, pratis, ſylvis, campis, paſcuis, aquis aquarumve decurſibus, cultis locis & incultis, mobilibus rebus & immobilibus, ac ſe ipſas moventibus, vel quicquid denominari poteſt, aut non poteſt, cum mancipiis diverſi ſexus & ætatis numero nonaginta quinque. Hæc omnia ſuperius denominata a die præſente de jure meo in jus & dominium ſancti Nazarii, rectorumque ipſius monaſterii dono, trado, atque transfundo in Dei nomine perpetualiter ad poſſidendum, ea videlicet ratione memoratam donationem atque traditionem faciens, ut quamdiu in hac mortalitate divina juſſione vixero,

vixero, habeam prædictas res in mea poteſtate, & ſub mea ordinatione, absqne ullius perſonæ aut poteſtatis contradictione vel impedimento. Quod ſi Samuel epiſcopus me ſupervixerit, ſimiliter habeat etiam ipſe pontificium ipſius hæreditatis ad dies vitæ ſuæ, tam ipſius a me traditæ, quam illius, quam ab eodem monaſterio in precariam accepi, id eſt, quicquid Engilhelmus & Moda ad Stum Nazarium tradiderunt, & quod ab eodem monaſterio in precariam acceperunt, & villam vocabulo *Winenheim*, & cellam prope eandem villam nuncupatam *Birkenouua*. Poſt obitum vero noſtrum utræque memoratæ res cum omni integritate ad prænominatum venerabile monaſterium absque ullius contradictione recipiantur & in ejus poteſtate atque dominio permaneant, fratribus ſpecialiter ad ſuſtentaculum, & nulli umquam in beneficium dentur, quod ſi factum fuerit, hæredes mei illud inde abſtrahere licentiam habeant, atque inter ſe diſpertiri, excepto, niſi major utilitas eidem monaſterio per preſtariam acquiri poſſit. Et ſi aliquis contra hoc noſtræ donationis teſtamentum reſultare voluerit, atque illud convellere atque evacuare temptaverit, primitus Chriſtum & ſanctum martyrem ejus Nazarium nefandis auſibus ſuis contrarium ſentiat, & inſuper fiſco diſtringente multam de rebus propriis parti prædicti monaſterii coactus exſolvat, auri videlicet libram j, argenti pondo xjj, & nec ſic, quod conatur repetere, poſſit evindicare, ſed hæc donatio firma & ſtabilis omni tempore permaneat, ſtipulatione ſubnixa. Actum publice in monaſterio *Laureſham*, anno incarnationis Dominicæ DCCCXLVI, regni Ludowici regis VI, ſub die III Kalendas Auguſti. Signum WERINHARII COMITIS, qui hanc donationem vel teſtamentum fieri & firmari rogavit. Signum Zezo. Signum Ditto. Signum Luitheri & aliorum. Ego Theotrob. indignus presbiter & monachus hoc teſtamentum conſcripſi, diemque & tempus, ut ſupra, notavi.

30. Jul. 846.

Summa precariæ, quam idem Comes W. a Samuele epiſcopo & abbate accepit, talis eſt:

XXVIII.

Preſtaria Werinheri comitis.

Petitioni tuæ, ſanctæ Dei eccleſiæ dilecte fili! venerande comes WERENHARI, cum unanimi fratrum noſtrorum benevolentia libenter annuimus, & res a te nobis traditas, & eas, quas Engilhelmus & Moda tradiderunt, quasque in precariam receperunt, ad dies vitæ tuæ quiete poſſidendas per hanc preſtariam tibi concedimus, quatenus exinde ſingulis annis in cenſu ſolidum I in feſto Sti Nazarii ob recordationem ſolvas, & poſt obitum tuum ipſæ res per te auctæ & melioratæ absque omni præjudicio ad ſanct. Nazarium revertantur.

Iſte Engilhelmus & Moda uxor ejus, cum eſſent & genere ſpectabiles, & in terrenis facultatibus valde locupletes, omnia, quæ habuerunt, excepta una ancilla, ſancto Nazario devotiſſime tradiderunt, quorum tamen donationem nondum reperimus, atque tam ipſi, quam præfatus comes Werinherius, in eccleſia, quæ dicitur Varia, ſepulti ſunt.

* Ded.Freb. Tantis * igitur, & tam magnificis regum donationibus; atque fidelium Dei multimodis oblationibus, cum jam Laureshamenſe monaſterium quam maxime dilataretur, & per omnes fere Teutonici regni provincias copioſis ſparſim abundaret poſſeſſionibus, Samuel epiſcopus & abbas a regia impetravit auctoritate, quatinus ſibi ſuisque ſucceſſoribus liceret pro oportunitate monaſterii legitimam prædiorum commutationem

quam-

quamcunque facere & poſſeſſiones paſſim diſperſas quoquo modo colligere. * Exindè talem accepit auctoritatem.

* Omiſit Freher.

XXIX.

Ludowici de legitima commutatione praediorum.

In nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis. LUDOWICUS divina favente gratia rex. Si petitionibus ſervorum Dei, juſte & rationabiliter petentium, aures ſerenitatis noſtræ accomodamus, hoc nobis procul dubio a remuneratore omnium bonorum in æterna beatitudine credimus affuturum. Quapropter comperiat omnium fidelium ſanctæ Dei eccleſiæ, noſtrorumque, præſentium ſcilicet & futurorum, induſtria, qualiter venerabilis Samuel, Wormatienſis eccleſiæ epiſcopus, qui moderno tempore rector præeſſe videtur monaſterii ſancti Nazarii Chriſti martiris, in loco vocabulo *Laureſham*, noſtram adiit celſitudinem, deprecans, ut ſibi noſtræ munificentiæ præceptum fieri juberemus, ut, ubicunque invenire poſſet aliquas res & mancipia, quæ a nobilibus hominibus aptius & congruentius præfatæ eccleſiæ ſuæ commutare valeret, noſtræ benignitatis auctoritate ſibi, ſucceſſoribusque ſuis, & advocatis eorum licentia commutandi tribueretur; & e contra, quæ a parte illus monaſterii dantur his, qui cum eis commutare voluerint, ratam & ſtabilem perpetuo commutationem fieri hac noſtra auctoritate decerneremus. Cujus petitioni, quia juſte & rationabiliter inde noſtram manſuetudinem hortatus eſt, ſicut unicuique fidelium noſtrorum rationabiliter petentium aurem benignitatis noſtræ accomodavimus, & ipſius petitionem ad effectum perducere dignum duximus; ſtatuentes, ut deinceps quicquid pro utilitate ſæpe dicti monaſterii præfatus Samuel epiſcopus ſucceſſoreſque illius & advocati eorum commutaverint, in mancipiis & territoriis uſque ad manſos tres

 licen-

licentiam habeant. Si vero plus fuerit ad commutandum, ad noſtram interrogationem veniat, ita tamen, ut æqualiter & juſte & rationabiliter commutatio illa fiat, & ut nulli liceat illam commutationem infringere vel irrumpere, aut infeſtare, ſed, ut diximus, quicquid pars altera alteri dederit, ſtabilitum & incontaminatum futuris temporibus couſiſtat, illud tamen omnibus modis præcipientes, ut cum maxima cautela & diligentia conſideretur, ne pejus aut deterius vel minus in ullo iſto negotio parti & poteſtati jam dicti monaſterii ex illa commutatione proveniat. Et ut hæc noſtræ conceſſionis auctoritas firmiorem atque diutiorem obtineat vigorem, & a cunctis fidelibus ſanctæ Dei eccleſiæ, noſtriſque melius credatur, & diligentius conſervetur, manu propria ſubter eam firmavimus, & anuli noſtri impreſſione aſſignari juſſimus. Comeatus notarius ad vicem Radleici recognovi. Data III idus Ja-
11. Jan. 848. nuarii, anno, Chriſto propitio, XV regni domini Ludowici glorioſiſſimi regis in Orientali Francia, Indictione X. Actum *Franconofurt* palatio regio in Dei nomine feliciter amen.

Privilegium quoque libertatis & immunitatis præfatus princeps eidem monaſterio tradidit in hunc modum.

XXX.

Praeceptum Ludowici de immunitate & libertate Laureshamenſi.

In nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis. LUDOWICUS divina favente gratia rex. Si erga loca divinis cultibus mancipata propter amorem Dei, ejuſque in eisdem locis ſibi famulantes, beneficia oportuna largimur, præmium nobis apud Deum æternæ remunerationis rependi non diffidimus. Noverit interea ſagacitas ſeu utilitas omnium fidelium noſtrorum, tam præſentium quam & futurorum, quia vir venerabilis Samuel epiſco-

ſcopus & rector monaſterii, cujus vocabulum eſt *Laureſham*, quod eſt conſtructum in honore beatorum apoſtolorum Petri & Pauli, ubi & ſanctus Nazarius martyr corpore requieſcit, quod eſt ſitum in *pago Renenſe* ſuper fluvium *Wisgoz*, obtulit obtutibus noſtris auctoritatem immunitatis domini & genitoris noſtri bonæ memoriæ LUDOWICI piiſſimi Auguſti, in qua continebatur inſertum: qualiter idem genitor noſter ipſum monaſterium ob amorem Dei, tranquilitatemque fratrum ibidem conſiſtentium ſemper ſub pleniſſima tuitione & immunitatis defenſione ab omni inquietudine judiciariæ poteſtatis conſiſtere feciſſet; propter firmitatem tamen rei poſtulavit a nobis prædictus Samuel epiſcopus & rector ipſius monaſterii, ut paternum morem ſequentes hujuſcemodi noſtræ immunitatis præceptum, ob reverentiam ſancti Nazarii martyris, qui ibidem corpore requieſcit, circa ipſum monaſterium fieri cenſeremus; cujus petitioni libenter aſſenſum præbuimus, & hoc noſtræ auctoritatis præceptum erga ipſum monaſterium & monachos ibidem Deo militantes, immunitatis atque tuitionis, firmitatis gratia, pro divini cultus amore & animæ noſtræ remedio, fieri decrevimus, per quod præcipimus atque jubemus, ut nullus judex publicus vel quislibet ex judiciaria poteſtate, aut ullus ex fidelibus noſtris tam præſentibus quam & futuris, in eccleſias aut loca vel agros ſeu reliquas poſſeſſiones prædicti monaſterii, quas moderno tempore in quibuslibet pagis vel territoriis infra ditionem regni noſtri juſte & legaliter poſſidet, vel quæ deinceps a catholicis viris eidem collatæ fuerint monaſterio, ad cauſas audiendas, vel freda aut tributa exigenda, aut manſiones vel paratas faciendas, aut fidejuſſores tollendos, aut homines ipſius monaſterii tam ingenuos quam ſervos, ſuper terram ipſius commanentes, injuſte diſtringendos, aut ullas redibitiones, aut illicitas occaſiones requirendas, noſtris nec futuris temporibus ingredi audeat, nec ea, quæ ſupra memorata ſunt, penitus exigere præſumat, ſed liceat memorato

præ-

præſuli & abbati, ſuisque ſucceſſoribus, res prædicti monaſterii ſub immunitatis noſtræ defenſione quieto ordine poſſidere. Quicquid etiam jus fiſci exigere poterat, in integrum eidem conceſſimus monaſterio, ſcilicet ut in alimoniam pauperum & ſtipendia monachorum ibidem Deo famulantium perennis temporibus proficiat in augmentis. Et quandoquidem divina vocatione ſupra dictus epiſcopus vel ſucceſſores ejus de hac luce migraverint, quamdiu ipſi monachi inter ſe tales invenire potuerint, qui ipſam congregationem ſecundum regulam ſancti Benedicti regere valeant, per hanc noſtram auctoritatem & conſenſum, ſicut & eis dominus & genitor noſter per ſuam auctoritatem conceſſit, licentiam habeant eligendi abbates, quatinus ipſos ſervos Dei, qui ibidem Deo famulantur, & pro eodem genitore noſtro & pro nobis & conjuge proleque noſtra & ſtabilitate totius regni noſtri a Deo nobis collati, & ejus clementiſſima miſeratione per inmenſum conſervandi, jugiter Domini miſericordiam exorare delectet. Et ut hæc auctoritas noſtris futurisque temporibus Domino protegente valeat inconvulſa conſiſtere, manu noſtra ſubter firmavimus & anuli noſtri impreſſione ſignari juſſimus. Regenbertus diaconus ad vicem Radleici recognovi. Data VIIII kalendas Julii,
23. Jun. 852. anno, Chriſto propitio, XVIIII regni domini Ludowici ſereniſſimi regis in orientali Francia, indictione XV. Actum *Geruneſheim* in Dei nomine feliciter amen.

*Ded. Freh. Anno * Dominicæ incarnationis DCCCLV. Samueli ſucceſſit Eigelbertus, ex ipſius congregationis corpore electus, qui & parentum nobilitate, & univerſa morum honeſtate præclarus, annis novem felici diſpenſatione creditam ſibi rexit eccleſiam, cujus rogatu præfatus rex Ludowicus navim, portumque Wormatiæ Laureshamenſi monaſterio per hanc contulit auctoritatem.

XXXI.

XXXI.

Praeceptum * *Ludowici de navi Wormatiae.*

* Omiſit Freh. argumentum chartæ hujus dediſſe contentus.

In nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis. HLUDOWICUS divina favente gratia rex. Omnibus epiſcopis, abbatibus, abbatiſſis, comitibus, vicariis, centenariis, actionariis, pontonariis, cluſariis vel cunctis fidelibus ſanctæ Dei eccleſiæ noſtrisque, præſentibus ſcilicet & futuris, in regno a Deo nobis collato conſiſtentibus, notum ſit, qualiter quidam vir venerabilis Eigilbertus abbas ex monaſterio ſancti Nazarii, ubi præclariſſimus martyr Chriſti corpore requieſcit, nec non & monachi in eodem monaſterio Deo famulantes, deprecati ſunt celſitudinem noſtram, ut unam navem per *Renum* fluvium, ob utilitatem atque neceſſitatem eorum procurandam, ad *Wormatiam* civitatem omni tempore diſcurrere licuiſſet, & aſſidue huc illucque transmeare potuiſſet, absque alicujus contrarietate aut impedimento; quorum petitionem denegare noluimus, ſed ſicut unicuique fidelium noſtrorum juſte petentium, ita nos illis conceſſiſſe, atque in omnibus confirmaſſe omnium fidelium noſtrorum cognoſcat magnitudo. Et hos apices ſerenitatis noſtræ præfato Eigilberto abbati & monachis in eodem monaſterio conſiſtentibus fieri decrevimus, per quos decernimus, atque jubemus, ut nullus epiſcopus vel abbas, nec abbatiſſa, neque comes aut vicarius, ſeu centenarius, aut cluſarius, nec pontonarius, neque ullus judex publicus, ſeu aliqua poteſtas præfato Eigilberto abbati, neque monachis ex monaſterio ſancti Nazarii ullam deinceps moleſtiam aut aliquam calumniam facere præſumat, aut audeat, ſed ſicut eis perdonavimus, ita ab hodierno die & tempore liceat memorato abbati & monachis ſibi ſubjectis, ſicut ſupra diximus, unam navem illorum per *Renum* fluvium huc illucque diſcurrere, & ad portum *Wormatiam* civitatem absque ullo theloneo pervenire, & neceſſitates eorum per hanc noſtram auctoritatem feliciter peragere. Et

ut hæc auctoritas conceſſionis atque confirmationis noſtræ firmior habeatur, & per futura tempora a cunctis fidelibus noſtris verius credatur, atque diligentius conſervetur, de ſigillo noſtro ſubter eam juſſimus ſigillari. Gomeatus notarius ad vicem Grimaldi archicapellani recognovi. Data XV Kalendas
18. Mart. 858. Aprilis, anno, Chriſto propitio, XXVI regni domini Ludowici glorioſiſſimi regis in orientali Francia, indictione VI. Actum *Franconovort* palatio regio in Dei nomine feliciter amen.

Per idem tempus Ludowicus rex quorundam prædiorum commutationem cum quodam Tutone illuſtri viro fecit, quorum donatio poſtea Laureshamenſi monaſterio per utroſque acceſſit, cujus commutationis auctoritas hæc eſt.

XXXII.

Commutatio Ludowici cnm Tutone in Uhtretesheim in Kreichgou.

In nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis. LUDOWICUS divina favente gratia rex. Si petitionibus fidelium noſtrorum juſte petentium aures ſerenitatis noſtræ accomodaverimus, non ſolum regium morem decenter implemus, verum etiam procul dubio fideliores ac devotiores eos in noſtro efficimus ſervitio. Idcirco noverit omnium fidelium noſtrorum, præſentium ſcilicet & futurorum, induſtria, qualiter quidam vir fideliſque noſter nomine TUTO, veniens in procerum noſtrorum præſentiam, poſtulavit ſerenitatem noſtram, ut ei ob mercedis noſtræ augmentum quandam commutationem proprietatis ſuæ nobiſcum facere liceret, quem propter ſervitium ſuum, & mercedis noſtræ augmentum ita facere permiſimus. Tradidit igitur præfatus TUTO de rebus proprietatis ſuæ, conſiſtentibus in *comitatu* SIGARDI, in pago nuncupante *Creichgowe*, in villa, quæ dici-

dicitur *Uhtretesheim*, curtiles duos cum ædificiis, & de terra arabili jurnales XLVJ, & prata ad ipſa loca pertinentia, ſeu waltmarca, quæ de ipſis curtilibus ſemper habere viſus fuit ille & ſui anteceſſores, ea videlicet ratione, ut ab hac die & deinceps poteſtatem de præfata proprietate habeamus faciendi, quicquid nobis libuerit. E contra vero dedimus nos præfato Tutoni de rebus proprietatis noſtræ in pago *Lobodengowe* in *comitatu* WERNHARII, in villa, quæ dicitur *Waleſtat*, id eſt, areas duas & ſimiliter de terra arabili jurnales XLVJ, & prata in compenſatione ſuperiorum, & ſimiliter Waltmarca ad ipſa loca pertinentia, ea videlicet ratione, ut ab hac die & deinceps præfatus Tuto de eis habeat donandi, vendendi, vel quicquid ſibi libuerit, faciendi per hoc noſtræ auctoritatis præceptum plenius in Dei nomine confirmatum nullo inquietante, ſed Deo auxiliante poteſtatem inde habeat faciendi, quicquid elegerit. Et ut hæc auctoritas noſtræ largitionis firmior habeatur, & a fidelibus noſtris diligentius conſervetur, meliusque credatur, ſubter eam manu propria noſtra firmavimus, & impreſſione anuli noſtri juſſimus ſigillari. Waldo ſubdiaconus ad vicem Witgarii recognovi. Data VII idus Decembris, anno, Chriſto propitio, XXVI regnante domino Hludowico piiſſimo rege in orientali Francia, in occidentali vero I, indictione VI. (a) Actum *Atiniaco* palatio regio in Dei nomine feliciter amen.

Anno * Dominicæ incarnationis DCCCLXV. poſt Eigelbertum Thiodroch abbas ſubrogatur, qui novit & cum ſervis tritici menſuram erogare, & in augmentatione Dominici gregis gaudere. Hic eccleſiam in *Obbenheim* & monaſterium in *monte Abrahae* fundotenus erexit, & XII annis curſu conſumato coronam accepit *Ded. Freh.

I 2 juſti-

(a) Turbatæ omnino hic ſunt notæ chronologicæ, ſibique invicem adverſæ: qua de re præfatio noſtra.

juſtitiæ. Sub hoc patre prædictus *palatii comes* ANSFRIDUS prædium ſuum in *Geizefurt*, aliasque res proprietatis ſuæ, a Ludowico rege ſibi traditas, ſancto Nazario contulit, * & hujusmodi teſtamento confirmavit.

* Omiſit Freherus

XXXIII.

*Donatio * Ansfridi Palatini comitis in Geizefurt.*

* Ded. in orig. Palat. append. 1, p. 31.

Si aliquid ex facultatibus noſtris ad loca ſanctorum condonamus, hoc nobis procul dubio in æterna retributione profuturum eſſe confidimus. Id circo ego in Dei nomine ANSFRID Dei gratia COMES, cogitans de timore Dei vel futura retributione, pro remedio animæ meæ ſeu dominorum meorum, per quos ad me res perveniſſe dinoſcitur, dono per hoc teſtamentum ad ſanctum Dei martyrem Nazarium, qui requieſcit in corpore, in pago Renenſe, in monaſterio cognominato *Lauresham*, ſito ſuper fluvium *Wisgoz*, ubi moderno tempore vir venerabilis Theotrohus abbas regulariter præeſſe videtur, & veneranda congregatio monachorum die noctuque Domino Deo deſervire videtur, donatumque in perpetuum eſſe volo, & promptiſſima voluntate confirmo, hoc eſt, quod trado res proprietatis meæ in *pago Hattuaria* in *Odeheimero* marca, in villa, quæ dicitur *Geizefurt*, quæ ſita eſt ſuper fluvium *Nerſa*, hoc eſt, manſum indominicatum cum ædificiis atque omnibus utenſilibus, habentem hobas jjj, & hubas ſerviles xvjjjj, & ſylvam, in quam mittere poſſumus mille porcos perfecte ſaginari, & eandem ſylvam determinat ab oriente fluvius *Lusgochesbach* usque in *Nerſchinam*, & a *Nerſchina* usque in *Nerſam*, & a *Nerſa* usque ad ſylvam campumque, qui dividit *Odeheimero* marcam, & quicquid in eadem marca, villave habeo proprietatis, exceptis tribus hobis, unam, quam habet Wolfbraht, & in eandem ſylvam debet mittere porcos x, alteram habet Thudolf, tertiam Sigeburg, & etiam debent mittere in ſylvam uterque porcos

porcos x, & nullam aliam utilitatem ſive ad exſtirpandum, ſive in ceſura ligni. Unusquisque autem de ſervis ipſis de ſua huba debet mittere in ſylvam porcos v. Hæc omnia ſuperius comprehenſa in ea ratione ad ſanctum Dei martyrem Nazarium trado, quatinus has easdem res ad dies vitæ meæ habeam, & quicquid ad præfatum monaſterium pertinet in loco vel villa, quæ dicitur *Gannida*, tam de quæſitis quam de inquæſitis, ſeu in quibuscunque ibidem locis aut terris conſiſtant res præfati martyris Chriſti, quæ hactenus ſervierunt præfato monaſterio, de vineis quoque ad carradas quatuor. Spondeo quoque memetipſum in cenſum annis ſingulis in feſtivitate ſancti Martini coria bovina ad opus fratrum quadraginta perſolvere. Hæc omnia, ut diximus, ſub integritate cum omnibus appenditiis & terminis ſuis & cum omnibus ad ſe pertinentibus, item baſilica, domibus, cæterisque ædificiis, terris, pratis, campis, ſylvis, paſcuis, aquis, aquarumve decurſibus, cultis locis & incultis, mobilibus rebus & immobilibus ac ſe ipſas moventibus, vel quicquid denominari poteſt, aut non poteſt, mancipiis diverſi ſexus & ætatis numero LXjjjj hæc vero omnia ſuperius denominata a die præſente de jure meo in jus & dominium ſancti Nazarii rectorumque ipſius monaſterii dono, trado, atque transfundo in Dei nomine perpetualiter poſſidendum, ea videlicet ratione donationem memoratam atque traditionem faciens, ut quamdiu in hac mortalitate divina juſſione vixero, habeam prædictas res in mea poteſtate & ſub mea ordinatione, absque ullius perſonæ aut poteſtatis contradictione vel impedimento, tam ipſam hæreditatem a me traditam, quam illam, quam ab eodem monaſterio in precariam accepi. Poſt obitum vero meum utræque memoratæ res cum omni integritate ad prænominatum venerabile monaſterium absque ullius contradictione recipiantur, & in ejus poteſtate atque dominio permaneant, fratribus ſpecialiter ad ſuſtentaculum, & nulli umquam in beneficium detur,

quodſi factum fuerit, hæredes mei illud inde abſtrahere licentiam habeant, atque inter ſe diſpertiri, excepto, ſi major utilitas eidem monaſterio per preſtariam acquiri poſſit. Et ſi aliquis contra hoc noſtræ devotionis teſtamentum reſultare voluerit, atque illud convellere aut evacuare temptaverit, primitus Chriſtum & ſanctum martyrem ejus Nazarium nefandis auſibus ſuis contrarium ſentiat, & inſuper fiſco diſtringente multam de rebus propriis parti prædicti monaſterii coactus exſolvat, auri videlicet libram j, argenti pondo xjj, & nec ſic, quod conatur repetere, evindicare poſſit, ſed hæc donatio omni tempore firma & ſtabilis permaneat, ſtipulatione ſubnixa. Actum publice in monaſterio *Laureſham*, anno incarnationis
5. Oct. 863. Dominicæ DCCCLXIII, regni Ludowici regis XXVI, ſub die III nonas Octobris. Signum ANSFRIDI COMITIS PALATII. Signum Fridolobi. Signum Ruodleichi & aliorum. Ego Walthere indignus presbiter & monachus hoc teſtamentum conſcripſi, diemque & tempus, ut ſupra, notavi.

XXXIV.

* Ded. Freh. orig. Palat. l. c.

*Item * alia donatio ejuſdem Ansfridi in pago Darnau.*

Ego in Dei nomine ANSFRIDUS gratia Dei COMES dono per hoc teſtamentum ad ſanctum Dei martyrem Nazarium, *ut ſupra*, quicquid proprietatis habeo in pago *Darnau*, in marca vel villa *Sodoja*, quæ ſita eſt ſuper fluvium *Geldium*, in COMITATU GISELBERTI, hoc eſt, hubam indominicatam unam, ſerviles vjjjj & ſylvam, in qua ſaginari poſſunt porci c, quam determinat ab oriente res Luitberti, ad auſtrum fluit *Sambra*, ad occidentem res ſancti Lamberti, ad aquilonem iterum res Luitberti, cum mancipiis xxxvjjjj. Hæc omnia in ea ratione ad ſanctum Dei martyrem Nazarium trado, quatinus has eaſdem res ego & HILDIWARDUS filius meus ad dies vitæ noſtræ habeamus, & inſuper, quicquid ad præfatum mona-

monaſterium pertinet in villa vel marca, quæ dicitur *Baldanis*, & in cenſum annis ſingulis in feſto ſancti Martini ſolidos tres fratrum uſui perſolvamus. Poſt obitum vero noſtrum utræque memoratæ res, *ut ſupra, omnia, actum loco, tempore & die, quo ſupra.*

XXXV.

Preſtaria * *ejusdem Ansfridi comitis.*

* Ded. Freh. orig. Palat. l. c.

Diligendo in Chriſto filio ſanctæ Dei eccleſiæ ANSFRIDO, venerando COMITI PALATII, Thiotrochus gratia Dei humilis abbas. Honorabilis tua fuit petitio & fratrum noſtrorum decrevit benevolentia, ut res proprietatis tuæ in *Geizeſurt*, pro elemoſina tua & dominorum regum LOTHARII & LUDOWICI a te ſancto Nazario traditas, ſimulque res noſtras ad *Gannita* pertinentes, rem quoque proprietatis tuæ in villa *Sodoja* ſimiliter traditam cum rebus ſancti Nazarii in villa *Baldanis*, quæ in utroque teſtamento tuo plenius continentur inſcripta, tibi & filio tuo HILTIWARDO ad dies vitæ veſtræ beneficiaremus, quod, quia rationabile fuit, perfecimus, & hanc preſtariam vobis conſcribi juſſimus, ut quamdiu vixeritis, utrasque res absque omni inquietudine teneatis & excolatis, & nihil exinde minuere aut deteriorare, ſed potius augmentare & meliorare in omnibus ſtudeatis, & ſingulis annis ob recordationem in feſto ſancti Martini de primo beneficio XL coria bovina, de ſecundo tres ſolidos ſolvere non neglegatis, poſt obitum vero veſtrum utræque res melioratæ & auctæ ad ſanctum Nazarium revertantur. *Data preſtaria die & tempore, quo ſupra.*

Donationes vero in *Gannita*, & quaqua verſum illuc aſpicientibus, quia ſub diverſis regibus & a diverſis Dei fidelibus collatæ ſunt, interim tranſcribere ſuperſedimus, ut poſtmodum ſub rege Cunrado II, cujus

jus extrema ibidem donatio fuit, omnes in unam ſeriem diſponamus. Nunc ad privilegia Ludowici de *Kamben*, *Gozbotesheim*, *Seheim*, *Bikenbach* revertamur:

XXXVI.

Largitio Ludowici in Kamben, & de piſcatione & portu.

In nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis. Ludowicus divina favente gratia rex. Oportet nos, qui divino ſumus munere quodammodo præ cæteris mortalibus ſublimati, ejus in omnibus parere præceptis, cujus clementia prælati ſumus, atque cujus præcellimus munere, loca utique ſibi ſacrata per petitiones fidelium noſtrorum noſtro relevare juvamine atque regali tueri munimine, quum id nobis & ad mortalem vitam temporaliter tranſigendam, & ad æternam feliciter obtinendam profuturum liquido credimus. Quapropter comperiat omnium fidelium noſtrorum, præſentium ſcilicet & futurorum, ſolertia, qualiter nos ob noſtræ mercedis augmentum & pro remedio animæ domini avi, ac divæ memoriæ genitoris noſtri conceſſimus quasdam res proprietatis noſtræ ad monaſterium ſancti Nazarii, quod vocatur *Lauresham*, ubi venerabilis abba noſter Thiotroch præeſſe dinoſcitur, conſiſtentes in *Francia*, in pago, qui vocatur *Rinechgowe*, in villa, quæ dicitur *Camben*, id eſt, manſum ſervilem unum, in quo manet quidam ſervus nomine Engilrat cum uxore & filiis, & ad ipſum manſum de terra arabili jugera xxx de pratis ad carradas v, ad opus autem fratrum, qui in prædicto monaſterio ſunt, unde habeant pabula illorum greges de pratis, conceſſimus ad carradas xl, ſicut miſſus noſter Herlewinus illud conſignavit, & limites poſuit, litem ut diſcerneret arvis, & quendam lacum ad piſcationem, quem Odacher habuit in beneficium, & viam ad

ad eandem piſcationem habeant, & ad fluvium *Rheni*, portumque ad illorum naves in prædicta parte Rheni. Has itaque præſcriptas res cum prædicto ſervo & uxore ac filiis totum & ad integrum ex jure & dominatione noſtra in jus & dominationem præſcripti ſancti Nazarii ad Lauresham tradimus atque transfundimus, ea videlicet ratione, ut ab hodierno die & deinceps per hoc noſtræ auctoritatis præceptum in Dei nomine confirmatum nullo inquietante, ſed Deo auxiliante perpetuis temporibus præſcriptæ res & mancipia ad prædictum locum ſanctum permaneant, ad uſus neceſſarios fratrum ibidem Domino famulantium, ut pro noſtra ſalute Domini clementiam deinceps devotiſſime exorent. Et ut hæc auctoritas largitionis noſtræ inviolabilem obtineat firmitatem, manu propria noſtra ſubter eam firmavimus, & anuli noſtri impreſſione aſſignari juſſimus. Heberhardus notarius ad vicem Grimaldi archicapellani recognovi & ſubſcripſi. Data VII Kalendas Maji, 25. Apr. anno XXXIII regni domini Ludowici ſereniſſimi regis in orientali Francia regnantis, indictione XII. Actum *Franconofurt* 864. palatio regio in Dei nomine feliciter amen.

XXXVII.

Commutatio Ludowici in Gozboteshеim.

In nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis. HLUDOWICUS divina favente gratia rex. Si liberalitatis noſtræ munere locis Deo dicatis quiddam conferimus beneficii, & neceſſitates eccleſiaſticas noſtro relevamus juvamine, atque regali tuemur munimine, id nobis, & ad mortalem vitam temporaliter tranſigendam & ad æternam feliciter obtinendam, profuturum liquido credimus. Quapropter comperiat omnium fidelium noſtrorum, præſentium ſcilicet & futurorum, ſolertia, qualiter Thiotrochus venerabilis abba ac monachi ex monaſterio ſancti Nazarii deprecati ſunt celſitudinem noſtram, ut eis quan-

dam commutationem nobiſcum facere liceret, quorum petitioni ob amorem Domini noſtri Jeſu Chriſti libenti animo asſenſum præbentes, decrevimus ita fieri. Itaque nos per illorum conſenſum accepimus de rebus præfati martyris inter *Retiam* & *Swaleveldon*, in locis nuncupatis *Buila* & *Rumilinga* & *Gunzenheim* & *Mundilinga* & *Ranheim*, hoc eſt, tres hubas in dominicum, & hubas ſerviles veſtitas x & vjj, & mancipia clјј. E contra vero in recompenſatione earundem rerum dedimus ad Stum Nazarium in pago *Creichgowe*, in villa vel marcha *Gozbotesheim*, ſimiliter hubas in dominicum tres, & ſerviles hubas xvjj & mancipia cxlvj & cætera, quæ ad utrasque res legitime aſpicere vel pertinere videntur. Et jusſimus eis fieri hoc noſtræ auctoritatis præceptum, per quod decernimus atque jubemus, ut præſcriptæ res cum mancipiis utriusque ſexus & cum omnibus, quæ illuc legitime aſpicere vel pertinere videntur, ad uſus fratrum in monaſterio ſancti Nazarii ad Lauresham Domino famulantium perpetuis temporibus per hoc noſtræ auctoritatis præceptum plenius in Dei nomine confirmatum, nullo inquietante, ſed Deo auxiliante permaneant absque ullius contradicentis obſtaculo, ea videlicet ratione, ut nullus abbas, neque quispiam aliquis eas alicui in beneficium præſtare præſumat, ſed ut prædiximus, in uſus fratrum ibidem Domino famulantium perpetualiter permaneant, ut eos pro noſtra ac conjugis ac chariſſimæ prolis noſtræ ſalute, nec non pro remedio animarum anteceſſorum noſtrorum Domini clementiam delectabilius exorare delectet. Et ut hæc auctoritas largitionis noſtræ firmior habeatur, & per futura tempora a fidelibus noſtris verius credatur, & diligentius obſervetur, manu propria noſtra ſubter eam firmavimus, & anuli noſtri impreſſione aſſignari juſſimus. Heberhardus cancellarius ad vicem Grimaldi archicapellani recognovi, & ſubſcripſi.
23. Maj. 868. Data X kalendas Junii. anno, Chriſto propitio, XXXVI regni domini Hludowici ſereniſſimi regis in orien-

orientali Francia regnantis, indictione I. Actum *Wormatia* civitate in Dei nomine feliciter. Amen.

XXXVIII.

Largitio Ludowici in Seheim & Bikenbach.

In nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis. Ludowicus divina favente gratia rex. Notum ſit omnibus ſanctæ Dei eccleſiæ fidelibus, noſtriſque præſentibus ſcilicet & futuris, qualiter nos ob noſtræ mercedis augmentum, & pro remedio animæ domini avi & genitoris noſtri conceſſimus quasdam res proprietatis noſtræ ad monaſterium *Lauresham*, quod eſt conſtructum in honore beatorum apoſtolorum Petri & Pauli, ubi etiam requieſcit corpore ſanctus Nazarius, hoc eſt, in *pago Renenſe* ad *Seheim* & *Bicchumbach* cum omnibus ibidem adjacentiis vel pertinentibus, in mancipiis, terris, vineis, pratis, paſcuis, ſylvis, aquis, aquarumve decurſibus, exitibus & regreſſibus, mobilibus & immobilibus, quæſitum & ad inquirendum, totum & ad integrum ex jure & dominatione noſtra in jus & dominationem præfati ſancti loci tradimus atque trasfundimus, ea videlicet ratione, ut ab hodierna die & deinceps per hoc noſtræ auctoritatis præceptum plenius in Dei nomine confirmatum in uſus fratrum Domino ibidem famulantium perpetualiter permaneant, absque alicujus contradicentis obſtaculo. Quod ſi nunc nos easdem res cum conſenſu & voluntate dilecti filii noſtri Caroli ſtatim commutare poſſumus, hoc omnino deſideramus. Si autem hoc eſſe nequiverit, tunc firmiter præcipimus atque jubemus, ut poſt obitum noſtrum perpetualiter ibi permaneant, absque alicujus moleſtia vel inquietudine. Et ut hæc auctoritas largitionis noſtræ firmior habeatur, & per futura tempora a fidelibus noſtris verius credatur, & diligentius obſervetur, manu propria noſtra ſubter eam firmavimus, & anuli noſtri impreſſione aſſignari

juſſimus. Heberhardus cancellarius ad vicem Luitberti archicapellani recognovi & ſubſcripſi. Data IIII nonas Majas, 4. Maj. 874. anno, Chriſto propitio, XXXVII regni domini Hludowici ſereniſſimi regis in orientali Francia regnantis, indictione VII. Actum *Lobotenburc*, in Dei nomine feliciter amen. Chriſte, protege Hludowicum regem.

* Dedit Freherus. Ludowico * rege, fratre Lotharii imperatoris & Caroli, qui, ut ſupra dictum eſt, in diviſione regni orientalem Franciam ſortitus eſt, rebus humanis exempto, ſucceſſerunt filii ejus, Carolomannus videlicet, pater Arnolfi imperatoris, & Carolus poſtea imperator, atque Ludowicus; qui ubi patrem in Laureshamenſi monaſterio tumulavit, paternæ ſtatim benignitatis & liberalitatis erga idem monaſterium induit affectum. Nam anno Dominicæ incarnationis DCCCLXXV, Thiothroho abbate defuncto, ſub Babone, qui eidem ſuccedens præfatum locum VI annis gubernavit, præmemorato Werinhero comiti prædium ſuum in Winenheim tradidit, & per ipſum in jus & dominium Sti Nazarii cum hac auctoritate transfudit.

XXXIX.

* Omiſit Freherus

*Largitio * Ludowici in Winenheim per Werinharium comitem.*

In nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis. HLUDOWICUS divina favente gratia rex. Notum ſit omnibus ſanctæ Dei eccleſiæ fidelibus, noſtriſque, præſentibus ſcilicet & futuris, qualiter cuidam venerabili COMITI nomine WERINHARIO quasdam res proprietatis noſtræ ob meritum ſuæ bonæ fidelitatis con-

conceſſimus, hoc eſt, manſos tres in villa, quæ dicitur *Winenheim*, quos Tuto habuit in beneficium, cum mancipiis, caſis, curtis, ædificiis, pratis, ſilvis, paſcuis, aquis, aquarumve decurſibus, exitibus & regreſſibus, ſeu quicquid ad præfatos tres manſos jure ac legitime pertinere videtur, ea videlicet ratione, ut idem Warinharius prædictos tres manſos cum hoc noſtræ auctoritatis præcepto ad monaſterium *Lauresham*, in honore ſancti Nazarii conſtructum, tradat in uſus ſcilicet fratrum ibidem Deo ſervientium, & ſit hæc traditio pro remedio animæ piiſſimi genitoris noſtri, & pro perdilecta conjuge noſtra Liutgarda, ac chariſſima prole noſtra, ita videlicet, ut quicquid ab hodierna die abbas ejusdem eccleſiæ ſucceſſoresque ipſius de prædictis rebus pro utilitate ipſius eccleſiæ facere voluerint, liberam in omnibus habeant poteſtatem faciendi. Et ut hæc auctoritas noſtræ conceſſionis firmior habeatur, & per futura tempora a fidelibus noſtris melius obſervetur, veriusque credatur, manu propria noſtra ſubter eam firmavimus, & anuli noſtri impreſſione aſſignari juſſimus. Wolfherius cancellarius ad vicem Luitberti archicapellani recognovi, & ſubſcripſi. Data III nonas Jan. anno incarnationis Domini noſtri Jeſu 4. Jan.
Chriſti DCCCLXXVII, Indictione X, anno primo Ludowici 877.
regis in orientali Francia regnantis. Actum *Franconofurt* in Dei nomine feliciter amen. Chriſte protege Hludovicum regem.

Eodem tempore Liutherus religioſus & ſpectabilis vir prædia ſua in *Lobodengowe* ſancto Nazario per hoc teſtamentum tradidit.

XL.

Donatio Liutheri in Huſen, Sahſſenheim & in aliis locis.

In Dei omnipotentis nomine. Ego Liutharius cogitans de ſalute animæ meæ, & de abolendis peccatis meis, beatæque ac perpetuæ vitæ præmiis conſequendis, ſeu etiam paren-

tum meorum, a quibus ad me pervenit, ut veniam de *peccatis* noſtris apud Dominum adipiſci mereamur, dono per hoc teſtamentum ad ſanctum Dei martyrem Nazarium, qui requieſcit in corpore in pago Renenſe, in monaſterio cognominato *Lauresham*, ſito ſuper fluvium *Wisgoz*, ubi moderno tempore vir venerabilis Babo abbas regulariter præeſſe videtur, & veneranda congregatio monachorum die noctuque Domino deſervire dinoſcitur, donatumque in perpetuum eſſe volo, & promptiſſima voluntate confirmo, hoc eſt, quod trado res proprietatis meæ in *pago Lobodenenſe*, in *wilare Huſa*, cum eccleſia in eo conſtructa, & omnibus, quæ ad illam curtem legitime aſpicere videntur, & in villa nuncupata *Sahſſenheim minore* hubas ſerviles vjjjj & quicquid in ea poſſideo, & in altera *Sahſſenheim* hobam indominicatam unam, ſerviles xjjj, molendina jj, & in *Doſſenheim* vineam unam, hubam dimidiam, ſerviles jj, & in *Scriezesheim* hubas ſerviles jjjj, & dimidiam, molendina jjj, ad *Hanscuesheim* jurnales vjjj, ad *Wilare* hobas ſerviles jjj, & inter *Vitenheim* & *Vluenesheim* & *Herimuntesheim* hubas jjj, inter *Dornheim* & *Mannenheim* hubas jjjj, & vineam unam, ad *Bergeheim* hobam ſervilem unam, & in *Rorbach* ſimiliter. ad *Leimheim* vineam unam, & ad *Etingon* hobas jjjj, & dimidiam, & in *Granesheim* jurnales vjjj. Hæc omnia, ut diximus, ſub integritate cum omnibus appenditiis & terminis ſuis & cum omnibus ad ſe pertinentibus, id eſt, baſilica, domibus, cæteriſque ædificiis, terris, pratis, ſylvis, campis, paſcuis, aquis, aquarumve decurſibus, cultis locis & incultis, mobilibus rebus & immobilibus ac ſe ipſas moventibus, vel quicquid denominari poteſt, aut non poteſt, cum mancipiis diverſi ſexus & ætatis numero cjj, cum liberis ſuis; & ubi *Sclavi* habitant, hubas ſerviles tres. Hæc enim omnia ſuperius denominata a die præſente de jure meo in jus & dominium ſancti Nazarii, rectorumque ipſius monaſterii dono, trado, atque transfundo, in Dei nomine perpetualiter ad poſſidendum, ea

ſcili-

ſcilicet ratione memoratam donationem atque traditionem faciens, ut, quamdiu in hac mortalitate divina juſſione vixero, habeam prædictas res in mea poteſtate, & ſub mea ordinatione absque ullius perſonæ aut poteſtatis contradictione vel impedimento, & tam ipſius a me traditæ, quam illius, quam inde ab eodem monaſterio in precariam accepi, hæreditatis, id eſt, villam nuncupatam *Winenheim* & *Birchenowa*, atque *Ruzondum* & *Lieberesbach* & *Zozunbach* atque *Rintbach*, & illum locum, ubi *Sclavi* habitant cum ipſis. Poſt obitum vero meum utræque memoratæ res cum omni integritate ad prænominatum venerabile monaſterium absque ullius contradictione recipiantur, & in ejus poteſt[illegible] atque dominio permaneant fratribus ſpecialiter ad ſuſtentaculum, & nulli unquam in beneficium dentur; quod ſi factum fuerit, hæredes mei illud inde abſtrahere licentiam habeant, atque inter ſe diſpertiri. Et ſi aliquis contra hoc noſtræ devotionis teſtamentum reſultare voluerit atque illud convellere & evacuare temptaverit, primitus Chriſtum & ſanctum martyrem ejus Nazarium nefandis auſibus ſuis contrarium ſentiat, & inſuper fiſco diſtringente multam de rebus propriis parti prædicti monaſterii coactus exſolvat, auri videlicet libram unam, argenti pondo xjj, & nec ſic quod conatur repetere, poſſit evindicare, ſed hæc donatio omni tempore firma & ſtabilis permaneat ſtipulatione ſubnixa. Actum, publice in monaſterio *Laureſham*, anno Dominicæ incarnationis DCCCLXXVII, regni Ludovici regis II, ſub die kalendas Octobris. Signum LIUTHARII, qui hanc donationem vel teſtamentum fieri & firmari rogaverat. Signum ADALHARDI COMITIS, ſignum ERINFRIDI COMITIS, ſignum CRISTIANI COMITIS & aliorum. Ego itaque Reginbald indignus presbyter & monachus hoc teſtamentum conſcripſi, diemque & tempus, ut ſupra, notavi.

1. Oct. 877.

XLI.

tum meorum, a quibus ad me pervenit, ut veniam de *pecca-*
tis noſtris apud Dominum adipiſci mereamur, dono per h[illegible]
teſtamentum ad ſanctum Dei martyrem Nazarium, qui [illegible]
quieſcit in corpore in pago Renenſe, in monaſterio cognomin[illegible]
Laureſham, ſito ſuper fluvium *Wiſgoz*, ubi moderno tempore
vir venerabilis Babo abbas regulariter præeſſe videtur, & ve-
neranda congregatio monachorum die noctuque Domino deſer-
vire dinoſcitur, donatumque in perpetuum eſſe volo, & prom-
ptiſſima voluntate confirmo, hoc eſt, quod trado res proprieta-
tis meæ in *pago Lobodenenſe*, in *wilare Huſa*, cum eccleſia in [illegible]
conſtructa, & omnibus, quæ ad illam curtem legitime ap[illegible]
cere videntur, & in villa nuncupata *Sahſſenheim minore* hu[illegible]
ſerviles vjjjj & quicquid in ea poſſideo, & in altera *Sahſſenh*[illegible]
hobam indominicatam unam, ſerviles xjjj, molendina jj, &
Doſſenheim vineam unam, hubam dimidiam, [illegible] jj, &
Scriezesheim hubas ſerviles jjjj, & dimidiam, [illegible]na j[illegible]
Hanſcuesheim jurnales vjjj, ad *Wilare* ho[illegible] jjj.
ter *Vitenheim* & *Vluenesheim* & *Herim*[illegible]bas
ter *Dornheim* & *Mannenheim* hubas jjjj, [illegible] un
Bergeheim hobam ſervilem unam, & [illegible] ſim
Leimheim vineam unam, & ad *Eti*[illegible] jjj
diam, & in *Granesheim* jurnales [illegible]
ximus, ſub integritate cum omnib[illegible]
nis ſuis & cum omnibus ad ſe pertin[illegible]
domibus, cæteriſque ædificiis, terri[illegible]
paſcuis, aquis, aquarumve decurſ[illegible]
mobilibus rebus & immobilibus [illegible]
quicquid denominari poteſt [illegible]
verſi ſexus & ætatis [illegible]
habitant, hubas [illegible]
nominata a die præſente de [illegible]
Nazarii, rectorumque ip[illegible]
transfundo, in Dei no[illegible]

[redacted] um
ris-
eba-
nere
pis,
qua-
fini-
dicto
mino

[illegible] con-
tum [illegible] ræce-
piam [illegible] de his
bus [illegible] nt po-
cum [illegible] os pro
fratibus [illegible] melius
[illegible] ritas fir-
fuerit [illegible] tris me-
tus [illegible] pria noſtra
auſus [illegible] e aſſignari
multam [illegible] rti archica-
ſolvat [illegible] ndas Februa- 18. Jan.
ſic [illegible] XII, indictione 882.
omni [illegible] Actum *Francono-*
Actum [illegible] men.
incarnationis [illegible]
kalendas [illegible]
vel teſtamentum [illegible]
HARDI COMITIS [illegible]
STEPHANI COMITIS [illegible]
presbyter & [illegible]
& tempus [illegible]

[illegible] cuidam Humboldo [illegible] *...esheim* tradidit, quod [illegible] ...iit.

L [illegible] XLIII.

XLI.

Preſtaria ejuſdem Liutheri.

Diligendo in Chriſto filio ſanctæ Dei eccleſiæ LIUTHARIO, venerando viro, Babo gratia Dei humilis abbas. Honorandæ petitioni tuæ cum fratrum ac fidelium noſtrorum conſenſu & benevolentia libenter annuimus, & res proprietatis tuæ a te nobis traditas ſimul cum rebus ſancti Nazarii, quæ in teſtamento tuo plenius continentur, tibi ad dies vitæ tuæ per hanc preſtariam beneficiamus, quatenus utraſque res abſque ullo præjudicio & inquietudine habeas, & excolas, & poſt deceſſum tuum melioratæ &auctæ ad ſanctum Nazarium revertantur, & in cenſum annis ſingulis in feſtivitate ejusdem martyris ob recordationem perſolvere non negligas. Facta preſtaria tempore & loco, quo ſupra.

* Dedit Freher.

Poſt * Babonem Waltharius abbas anno Dominicæ incarnationis DCCCLXXXI ſubrogatus duobus annis eidem loco præfuit, ſub quo idem rex Ludowicus prædium ſuum in *Abrinsberk* ſancto Nazario hoc modo contulit.

XLII.

*Largitio * Ludowici in Aberinesberk.*

*Dedit orig. Palat. append. I. p. 33.

In nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis. LUDOWICUS divina favente gratia rex. Notum eſſe volumus omnibus ſanctæ Dei eccleſiæ fidelibus, noſtriſque, præſentibus ſcilicet & futuris, qualiter nos ob amorem Domini noſtri Jeſu Chriſti, & pro anima pii genitoris noſtri & pro mercedis noſtræ augmento quasdam res proprietatis noſtræ concedimus ad monaſterium dictum *Laureſham*, quod eſt conſtructum in honore ſancti Nazarii venerabilis martyris Chriſti, cui nunc venerabilis abba Waltherius

rius

rius præeſt, hoc eſt, in pago nuncupato *Lobodengowe*, locum quendam, qui nominatur *Aberinesburg*, ſicuti ipſum chariſſimæ conjugi noſtræ LIUTGARDI hucusque præſtitum habebamus, & quicquid ad ipſum locum jure ac legitime pertinere videtur, cum domibus, ædificiis, mancipiis, vineis, campis, agris, pratis, paſcuis, ſylvis, cultis & incultis, aquis aquarumve decurſibus, viis & inviis, acceſſibus & adjacentiis, finibus, exitibus, & regreſſibus. Hæc igitur omnia jam dicto abbati ad præfatum monaſterium, & fratribus ibidem Domino famulantibus in proprietatem & dominationem perpetuam condonavimus, & juſſimus eis fieri hoc noſtræ auctoritatis præceptum, per quod volumus, firmiterque præcipimus, ut de his omnibus nunc & deinceps omni tempore liberam habeant poteſtatem faciendi, quicquid eis placuerit, quatenus eos pro nobis, conjuge, proleque noſtra miſericordiam Domini melius exorare delectet. Et ut hæc noſtræ conceſſionis auctoritas firmior habeatur, & per futura tempora a fidelibus noſtris melius credatur, & diligentius obſervetur, manu propria noſtra ſubter eam firmavimus, & anuli noſtri impreſſione aſſignari juſſimus. Arnolfus cancellarius ad vicem Liutberti archicapellani recognovi & ſubſcripſi. Data XV kalendas Februarii, anno Dominicæ incarnationis DCCCLXXXII, indictione X, anno VI Hludowici ſereniſſimi regis. Actum *Franconofurt* palatio regio in Dei nomine feliciter. Amen. 18. Jan. 882.

Per idem tempus præfatus rex cuidam Humboldo fideli ſuo prædium ſuum in *Alesheim* tradidit, quod poſtea in jus ſancti Nazarii tranſiit.

XLIII.

Donatio Ludowici Humboldo fideli ſuo in Alesheim.

In nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis. LUDOWICUS divina favente gratia rex. Notum eſſe volumus omnibus ſanctæ Dei eccleſiæ fidelibus, noſtriſque, præſentibus ſcilicet & futuris, qualiter nos ob noſtræ mercedis augmentum, & pro merito gratæ ſervitutis cuidam fideli noſtro nomine Humboldo quasdam res proprietatis noſtræ conceſſimus, hoc eſt, in pago nuncupato *Wormazfeld*, in *comitatu* WALONIS, quicquid noſtri beneficii in *Alaheshein* habere viſus fuit, cum domibus, ædificiis, mancipiis, vineis, campis, agris, pratis, paſcuis, ſylvis, cultis & incultis, aquis, aquarumve decurſibus, viis & inviis, acceſſibus & adjacentiis, finibus, exitibus & regreſſibus, & cum omnibus appenditiis; & juſſimus ei inde fieri hoc noſtræ auctoritatis præceptum, per quod decernimus atque jubemus, ut præfatus Humboldus de his omnibus rebus, quas ei in proprietatem & donationem condonavimus, nunc & deinceps omni tempore liberam in omnibus habeat poteſtatem tenendi, donandi, poſſidendi, vendendi, commutandi, vel quicquid ſibi libuerit faciendi, absque ullius perſonæ contradicentis obſtaculo. Et ut hæc noſtræ con-
22. Sept. 882. ceſſionis aucthoritas, *ut ſupra omnia.* Data X kalendas Octobris *anno & loco, quo ſupra.* Arnolfus cancellarius ad vicem Liutberti R.

* Ded.Freh. Ludowico *rege Germaniæ, filio Ludowici, defuncto & juxta patrem apud *Lauresham* in eccleſia, quæ dicitur *Varia*, quam ipſe hujus rei gratia conſtruxerat, ſepulto, Carolus frater ejus a Joanne papa imperator ordinatus, paternæ, fraternæque pietatis erga ipſum locum imitator enituit, & exemplo anteceſſo-

rum

rum ſuorum privilegium libertatis & de electione abbatis eidem monaſterio taliter confirmavit.

XLIV.

*Praeceptum * immunitatis Caroli & de electione abbatis.* *Omis.Freh.

In nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis. Carolus divina favente clementia imperator Auguſtus. Notum quippe ſit omnibus fidelibus noſtris tam præſentibus quam & futuris, qualiter fratres ex monaſterio, quod dicitur *Laureſham*, & eſt conſtructum in honore Sti Nazarii, noſtram deprecati ſunt clementiam, ut præcepta anteceſſorum noſtrorum per noſtræ auctoritatis præceptum per omnia confirmaremus. Nos vero poſtulationibus eorum ob amorem Dei ſanctique Nazarii, ac noſtræ mercedis augmentum conſentientes, decrevimus ita fieri. Inſuper etiam propius poſtulaturi accedentes, ut licentiam eis inter ſe abbatem eligendi concederemus; quod libenti animo ita concedimus, eo ſcilicet rationis tenore, quam diu talis inter illos inveniri poſſit, qui digne & regulariter eundem locum procurare queat, & ſecundum mandata abbatis Benedicti nova & vetera proferre valeat. Et ut hæc noſtra auctoritas firmior habeatur, manu propria ſubter eam firmavimus, & anulo noſtro ſigillari juſſimus. Waldo cancellarius ad vicem Liutwardi archicapellani recognovi & ſubſcripſi. Data V Kalendas Mart. anno incarnationis Domini 25. Febr. DCCCLXXXIII, indictione I, anno imperii imperatoris Caroli 883. II. Actum ad *Ulmam* in Dei nomine feliciter amen.

Walthario * Gerhardus abbas anno Dominicæ incarnationis DCCCLXXXIII, vir nobilis & ſtrenuus, ſucceſſit, & X annis ejusdem loci regimen tenuit. Sub quo etiam idem imperator Carolus prædium ſuum in *Ded.Freh.

præfata villa *Aleſheim* Sto Nazario ſub hac auctoritate tradidit.

XLV.

*Largitio * Caroli in Aleſheim.*

* Omis. Freher.

In nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis. CAROLUS divina favente clementia imperator Auguſtus. Si locis Deo dicatis ex noſtris rebus pro Dei amore, & remedio animæ noſtræ, & parentum noſtrorum aliquid conferimus & neceſſitates ſervorum Dei aſſidue ſibi famulantium noſtro ſublevamus juvamine; id procul dubio & nobis ad æternam vitam feliciter obtinendam, & parentum noſtrorum animabus ad veniam conſequendam profuturum liquido credimus. Qua de cauſa omnium ſanctæ Dei eccleſiæ fidelium, noſtrorumque præſentium ſcilicet & futurorum comperiat magnitudo, qualiter nos ob amorem Dei & remiſſionem peccatorum noſtrorum, atque pro remedio animarum piæ recordationis genitoris noſtri Hludowici, nec non & chariſſimi fratris noſtri Hludowici, glorioſiſſimorum regum, ad monaſterium, quod vocatur *Laureſham*, ubi ſanctus Nazarius corpore requieſcit, & præfati reges humati habentur, exſpectantes diem reſurrectionis, ubi Gerhardus abbas & rector ejusdem monaſterii eſſe videtur, quasdam res juris noſtri in jus, & proprietatem perpetuo posſidendum conceſſimus, videlicet in *comitatu Wormatienſi* ad villam, quæ dicitur *Aleſheim*, curtem indominicatam, ſicut ad imperatorem pertinet, cum manſis, ædificiis, utriusque ſexus mancipiis, terris, pratis, vineis, ſylvis, cultis & incultis, paſcuis, aquis, aquarumve decurſibus, viis & inviis & adjacentibus finibus, & omnia ad ſe jure legitimo pertinentia, eo ſcilicet rationis tenore, ut perpetuo monachis ibidem Deo famulantibus in uſibus deputentur, atque indeficiens luminaria exinde in eccleſia, ubi præfati viri requieſcunt, habea-

beatur, & nulli præfatæ res in beneficium tradantur, ſed ita auxiliante Deo permaneant ad uſus fratrum, & luminariam inextinctam, veluti prælibando ſtatuimus. Unde & hoc noſtræ auctoritatis præceptum fieri juſſimus, per quod decernimus atque jubemus, ut nec noſtris, nec ſucceſſorum noſtrorum temporibus ullus habeat poteſtatem ex ſupra ſcriptis rebus aliquid minuere, ſubtrahere vel immutare, ſed ita inviolabiliter permaneant, veluti prælibavimus. Et ut hæc noſtræ conceſſionis auctoritas pleniorem in Dei nomine obtineat firmitatem, & per futura tempora verius a cunctis credatur, & diligentius obſervetur, manu propria ſubter eam firmavimus, & anulo noſtræ impreſſionis juſſimus ſigillari. Carolus imperator Auguſtus. Segoinus notarius ad vicem Liutwardi archicancellarii recognovi, & ſubſcripſi. Data III idus Junii, 3. Jun. anno ab incarnatione Domini DCCCLXXXIIII, indictione II, 884. anno vero regni domini Caroli auguſti VIII, imperii autem IIII. Actum *Wormatia* in Dei nomine feliciter amen.

Carolus* multis in imperio emergentibus malis animo & corpore deficiens, obtimatibus regni ad ſupra dictum Arnolfum, Carlomanni fratris ſui filium, ducem *Carinthiae*, certatim tranſeuntibus, regno dejicitur, & miſeranda rerum facie imperator, poſt Carolum magnum nulli poſtponendus, egenus efficitur adeo, ut deſperatis rebus non jam de regno, ſed de victu cogitans ab Arnoldo ſubſidia vitæ præſentis expoſceret; a quo aliquos in *Alemannia* fiſcos velut pro ſtipe conſecutus, non multo poſt in *Augea* inſula diem clauſit extremum. Poſt hæc ejus ditionis regna ſolvuntur a ſua compage, dum quisque de ſuis nititur regem creare, quod quodam præſagio videtur accidiſſe. Nam regum

* Ded. Freh.

 gene-

genealogia cœlitus proviſa ſecundis exuberabat ſucceſſibus, donec in Carolo magno non ſolum regnum Francorum, ſed & imperii Romani ſummum obtineret faſtigium, poſt cujus diſceſſum, eodem, quo acceſſerat, modo cœpit fortuna diffluere, donec ex defectu regiæ ſtirpis ſolus hic inveniretur regno Francorum gubernando idoneus, & regalis proſapia a beato Arnoldo duce & epiſcopo prodiens, in hoc Arnolfo duce & imperatore quaſi progreſſus ſui penultimum limitem acciperet, quod in Cronicis plenius reperitur. Hic igitur Arnolfus avitæ, patruelisque pietatis exemplo erga Laureshamenſe monaſterium munificus admodum extitit, cui initio libertatis & immunitatis privilegium dedit.

XLVI.

*Praeceptum * Arnolfi regis de immunitate & libertate hujus loci.*

* Omiſit Freher.

In nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis. ARNOLFUS divina favente gratia rex. Si erga loca divinis cultibus mancipata propter amorem Dei ejusque in eisdem locis ſibi famulantes beneficia oportuna largimur, præmium nobis apud Deum æternæ remunerationis rependi non diffidimus. Noverit interea ſagacitas ſeu utilitas omnium fidelium noſtrorum tam præſentium quam & futurorum, quia vir venerabilis Gerhart abbas monaſterii, cujus vocabulum eſt *Lauresham*, quod eſt conſtructum in honore beatorum apoſtolorum Petri & Pauli, ubi ſanctus Nazarius martyr corpore requieſcit, quod eſt ſitum in *pago Renenſe* ſuper fluvium *Wisgoz*, obtulit obtutibus noſtris auctoritatem immunitatis domini Ludowici piiſſimi regis, in qua continebatur inſertum, qualiter idem ipſe illud monaſte-

naſterium ob amorem Dei, tranquilitatemque fratrum ibidem conſiſtentium ſemper ſub pleniſſima tuitione & immunitatis defenſione ab omni inquietudine judiciariæ poteſtatis conſiſtere feciſſet; propter firmitatem tamen rei poſtulavit a nobis prædictus abbas Gerhart ipſius monaſterii, ut paternum morem ſequentes hujuſcemodi noſtræ immunitatis præceptum ob reverentiam ſancti Nazarii martyris, qui ibidem corpore requieſcit, circa ipſum monaſterium fieri cenſeremus. Cujus petitioni libenter aſſenſum præbuimus, & hoc noſtræ auctoritatis præceptum erga ipſum monaſterium & monachos ibidem Deo militantes immunitatis atque tuitionis firmitatis gratia pro divini cultus amore & animæ noſtræ remedio fieri decrevimus; per quod præcipimus atque jubemus, ut nullus judex publicus, nec quislibet ex judiciaria poteſtate, aut ullus ex fidelibus noſtris tam præſentibus, quam & futuris, in eccleſias, aut loca vel agros, ſeu reliquas poſſeſſiones prædicti monaſterii, quas moderno tempore in quibuslibet pagis vel territoriis infra ditionem regni noſtri juſte & legaliter poſſidet, vel quicquid deinceps a catholicis viris eidem collatum fuerit monaſterio, ad cauſas audiendas, vel freda aut tributa exigenda, aut manſiones vel paratas faciendas, aut fidejuſſores tollendos, aut homines ipſius monaſterii tam ingenuos, quam ſervos, ſuper terram ipſius commanentes, injuſte diſtringendos, aut ullas redibitiones, aut illicitas occaſiones requirendas, noſtris, nec futuris temporibus ingredi audeat, nec ea, quæ ſupra memorata ſunt, penitus exigere præſumat, ſed liceat memorato abbati ſuisque ſucceſſoribus res prædicti monaſterii ſub immunitatis noſtræ defenſione quieto ordine poſſidere. Quicquid etiam jus fiſci exigere poterat, in integrum eidem conceſſimus monaſterio, ſcilicet, ut in alimonia pauperum & ſtipendia monachorum ibidem Deo famulantium perennis temporibus proficiat in augmentis. Et quando quidem divina vocatione ſupradictus abbas vel ſucceſſores ejus de hac

luce

luce migraverint, quamdiu ipſi monachi inter ſe tales invenire potuerint, qui ipſam congregationem ſecundum regulam Sti Benedicti regere valeant, per hanc noſtram auctoritatem & conſenſum, ſicut & eis dominus & avus noſter per ſuam auctoritatem conceſſit, licentiam habeant eligendi abbates, quatinus ipſis ſervis Dei, qui ibidem Deo famulantur & pro eodem avo noſtro & pro nobis ac conjuge noſtra, & ſtabilitate totius regni noſtri a Deo nobis collati, & ejus clementiſſima miſeratione per inmenſum conſervandi jugiter Domini miſericordiam exorare delectet. Et ut hæc auctoritas noſtris futurisque temporibus Domino protegente valeat inconvulſa conſiſtere, manu noſtra ſubter firmavimus, & anuli noſtri impreſſione ſignari juſſimus. Eigelbero notarius ad vicem Theothmari archicapellani recognovi & ſubſcripſi. Data IIII idus
12. Maj. 888. Maji, anno Dominicæ incarnationis DCCCLXXXVIII, indictione VI, anno I regni Arnolfi piiſſimi regis. Actum civitate *Regina* in Dei nomine feliciter amen.

*Ded. Freh. contenta paucis verbis.

Eodem* tempore tradidit idem rex quasdam res proprietatis ſuæ cuidam Sigolfo, tunc temporis Laureshamenſis monaſterii præpoſito, & quibusdam aliis fidelibus ſuis, Reginberto videlicet & Sigebaldo, quæ per ipſorum donationes poſtea in dominium ejusdem monaſterii devenerunt.

XLVII.

Donatio Arnolfi Sigolfo praepoſito in Rockesheim.

In nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis. ARNOLFUS divina favente gratia rex. Notum ſit omnibus ſanctæ Dei eccleſiæ fidelibus, fideliumque noſtrorum, præſentium ſcilicet & futurorum, comperiat magnitudo, qualiter nos ob amorem Dei & remis-

remiſſionem peccatorum noſtrorum atque pro remedio animarum piæ recordationis avi, genitoriſque noſtri Carlomanni quasdam res juris noſtri cuidam fideli noſtro nomine Sigolfo in jus & proprietatem ad dies vitæ ſuæ perpetuo poſſidendum conceſſimus, videlicet in *comitatu Wormatienſe*, in *Roccheshemere* marcha, aream unam & jurnales xxv, & inſulam unam, quæ nominatur *Saigenwert*, quæ inſula jacet in ripa *Reni*, & in *comitatu Lobodonenſe*, in villa, quæ dicitur *Sunthove*, hubas jjj, cum manſis & ædificiis, mancipia tria, matrem cum duobus filiis, terris, pratis, ſylvis, cultis & incultis, paſcuis, aquis, aquarumve decurſibus, viis & inviis, & adjacentiis finibus & omnia ad ſe jure legitimo pertinentia, eo ſcilicet rationis tenore, ut ad dies vitæ ſuæ ſine alicujus contradictione habeat; poſt deceſſum quoque ſuum ad monaſterium revertantur; unde & hoc noſtræ auctoritatis præceptum fieri juſſimus, per quod decernimus atque jubemus, ut noſtris, nec ſucceſſorum noſtrorum temporibus nullus habeat poteſtatem ex ſupra ſcriptis rebus aliquid minuere, ſubtrahere vel immutare, ſed ita inviolabiliter permaneant, veluti prælibavimus. Et ut hæc noſtræ conceſſionis auctoritas pleniorem in Dei nomine obtineat firmitatem, & per futura tempora verius a cunctis credatur, & diligentius obſervetur, manu propria ſubter eam firmavimus, & anulo noſtræ impreſſionis juſſimus ſigillari. Aſpertus notarius ad vicem Theothmari archicapellani recognovi. Data II idus Junii, anno incarnationis Dominicæ DCCCLXXXVIII, indictione VI, anno I regni Arnolfi piiſſimi regis. Actum ad *Franconofurt* in Dei nomine feliciter amen. 12. Jun. 888.

XLVIII.

Donatio Arnolfi Sigebaldo inter Otinkeim & Ophouua.

In nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis. ARNOLFUS divina favente clementia rex. Quantum enim ſublimiores & di-

M tiores

tiores cæteris fidelibus noſtris ſumus, tantum condecet nos eis largiores & miſericordiores eſſe. Quam ob rem cognoſcant omnes fideles noſtri, præſentes atque futuri, quum quidam fidelis noſter, Sigebalt vocatus, per interventum Cunrati & Gaganhardi, fidelium noſtrorum, noſtram celſitudinem precatus eſt, ut ei quoddam concambium nobiſcum facere liceret; cujus petitioni ob æternæ mercedis augmentum libenter aſſenſum præbentes, decrevimus ita fieri. Tamen nobis nuntiantibus fidelibus noſtris probitatem illius ac bonitatem, illam cambitionem a nobis impetratam & donatam conceſſimus illi in proprietatem, quod antea habuit in beneficio, hoc eſt, in pago *Lobodengouue*, in *comitatu* LIUTHERII, infra terminum duarum villarum, *Otincheim* & *Hophouua* nominatarum vj hubas cum curtibus, ſepibus, ædificiis; mancipiis, terris cultis & incultis, agris, pratis, campis, paſcuis, ſylvis, aquis. aquarumve decurſibus, molendinis, piſcationibus, vineis, viis & inviis, exitibus & reditibus, quæſitis & inquirendis, mobilibus & immobilibus, omnibusque rebus ad easdem hubas rite ac legitime pertinentibus, & ſingulariter illam inſulam, quæ jacet ultra *Renum*, dividere in medium. Et juſſimus inde hoc noſtræ auctoritatis fieri præceptum, per quod volumus, firmiterque jubemus, ut liberam teneat poteſtatem habendi, donandi, vendendi, commutandi, ſeu quicquid ex his voluerit facere, nullo umquam ſucceſſore noſtro hanc donationis noſtræ auctoritatem irrumpente, ſed Deo auxiliante firma & ſtabilis permaneat. Et ut illa pleniorem in Dei nomine obtineat ſtabilitatem, manu propria eam firmavimus anuloque noſtro ſigillari juſſimus. Aſpertus cancellarius ad vicem Theotmari archicapellani recognovi. Data V nonas Julii, anno incarnationis Domini DCCCLXXXVIII, indictione VI, anno regni Arnolfi piiſſimi regis I. Actum *Franconofurt* in Dei nomine feliciter amen.

3. Jul. 888.

XLIX.

XLIX.

Donatio Arnolfi Reginberto in Hophouua.

In nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis. ARNOLFUS divina favente gratia rex. Notum eſſe volumus, omnibus ſanctæ Dei eccleſiæ fidelibus, noſtriſque, præſentibus ſcilicet & futuris, qualiter nos ob amorem Dei, noſtræque mercedis augmentum, nec non & cujusdam fidelis noſtri interventum, Heimonis videlicet, cuidam homini nomine Reginbreht, quasdam res proprietatis noſtræ in proprietatem conceſſimus, hoc eſt, in pago *Wormazueldun*, in *comitatu* WALAHONIS COMITIS noſtri, in villa nuncupata *Hoffouua*, conceſſimus ei eccleſiam cum hubis vj, & cum omnibus illuc juſte ac legitime pertinentibus, cum domibus, cæteriſque ædificiis, mancipiis utriusque ſexus, terris, agris, cultis & incultis, campis, pratis, paſcuis, ſylvis, viis & inviis, aquis, aquarumve decurſibus, molendinis, mobilibus & immobilibus, quæſitis & inquæſitis, totúm & ad integrum, quicquid illuc rationabiliter pertinere videtur, ex jure, & dominatione noſtra illi in jus & dominationem donavimus & transfundimus. Et juſſimus ei inde hos noſtræ auctoritatis apices conſcribi, per quos decernimus, atque jubemus, ut jam dictus Reginbertus præfatas res licentiam ex noſtra habeat donatione tenendi, donandi, tradendi, commutandi, vendendi, vel quicquid ſibimet placuerit faciendi, ſine ulla alicujus contradictione. Et ut hæc donationis noſtræ auctoritas noſtris & futuris temporibus firma, ſtabiliſque perpetuis perſeveret temporibus, manu propria ſubter eam firmavimus, & anulo noſtro ſigillari juſſimus. Arnolfus rex. Aſpertus cancellarius ad vicem Theothmari archicapellani recognovi. Data VI idus Novembris, anno incarnationis Domini DCCCLXXXVIII, anno I Arnolfi piiſſimi regis. Actum urbe *Reganesburg* in Dei nomine feliciter amen. 8. Nov. 888.

Hic etiam liberaliſſimus rex ſancto Nazario tradidit *Brumat* cum omni jure & tali confirmavit privilegio.

L.

Largitio Arnolfi regis in Brumat.

In nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis. ARNOLFUS divina favente gratia rex. Si loca divino cultui mancipata noſtro juvamine levamus, & de terrenis cauſis, quas Deo annuente conſecuti ſumus, augere ſatagimus, non ſolum in hoc regium morem decenter implemus, verum etiam & ad temporalem vitam feliciter deducendam, & ad æternam beatitudinem promerendam hoc nobis profuturum eſſe liquido credimus. Quapropter omnium ſanctæ Dei eccleſiæ fidelium, præſentium ſcilicet & futurorum, cognoſcat prudentia, qualiter nos pro remedio animæ beati avi noſtri Ludowici & Chriſtianiſſimi genitoris noſtri Carolomanni, fratrumque ſuorum, nec non & pro noſtra æterna remuneratione quendam fiſcum proprii juris noſtri nominatum *Bruchmagat*, in *Eliſatia*, ad ſanctum Nazarium, qui requieſcit in monaſterio nuncupato *Laureſham*, ſito ſuper fluvium *Wisgoz*, per hoc noſtræ auctoritatis præceptum tradimus atque donamus, cum eccleſiis & ædificiis, cum manſis & mancipiis omnibus utriusque ſexus, cum terris & agris, campis cultis & incultis, pratis, paſcuis, ſylvis, aquis, aquarumve decurſibus, molendinis, piſcationibus, vel cum vineis omnibus, viis & inviis, exitibus & regreſſibus, mobilibus vel immobilibus, quæſitis vel inquirendis, & cum omnibus juſte ac legitime ad ipſam præfatam curtem aſpicientibus, ea videlicet ratione, ut ipſa RODDRUDIS, dilecta conſanguinea noſtra, ea omnia, quamdiu vivat, ſecuriter in beneficium habeat, atque poſſideat, poſt ſuum vero diſceſſum ad memoratum mox remeet cœnobium, quatinus illius ſancti loci fratres pro nobis jugiter, & anteceſſoribus noſtris exorare

orare & anniverſariis diebus elemoſinam facere delectet. Et ut hæc noſtra largitio firmior habeatur, & diligentius conſervetur, manu propria noſtra ſubter eam confirmavimus, & ſigillo noſtro aſſignari juſſimus. Aſpertus cancellarius ad vicem Theothmari archicapellani recognovi. Data V kalendas Decembris, anno Dominicæ incarnationis DCCCLXXXVIIII indictione VIIII, anno vero III regni domini Arnolfi ſereniſſimi regis. Actum ad *Wezzinloch* in Chriſti nomine feliciter amen. 27. Nov. 889.

Sub eodem tempore Gerniu, matrona nobilis, res proprietatis ſuæ in *Sahſſenheim* ſancto Nazario devote contulit, videlicet duas partes eccleſiæ, hubas xjj, manſos v, nemus dimidium, molendinum j, xl jugera vinearum, xj jugera de prato, mancipia xxx, cujus tamen donationem deſcriptam nondum reperimus. Ipſa quoque res ſuas in *Hantſcuesheim* per manum Herigeri illuſtris viri pari devotione tradidit hoc modo.

LI.

Donatio Gerniwe & Grimoldi in Hantscuesheim.

Ego in Dei nomine Heriger pro remedio animæ Grimolti & Gerniuuæ, trado ad ſanctum Nazarium martyrem, qui requieſcit in corpore in *pago Renenſe*, in monaſterio, quod nuncupatur *Lauresham*, vel ad illam congregationem monachorum, quæ ibidem ſub venerabili viro Gerharto abbate deſervire videtur, donatumque in perpetuum fore volo, & promptiſſima voluntate confirmo, hoc eſt, rem, quam habuerunt in *pago Lobodonenſe*, in villa vel marca nuncupata *Hanſcuesheim*, id eſt, aream unam & molendinum & vineam, & quicquid legitime & jure ad illam videtur pertinere, ea vero ra-

 tione,

tione, ut ad baſilicæ, quæ ſtructa eſt in monte nominato *Abrahae mons*, in honore ſancti Michaelis archangeli, ſervitium conſtet. Hæc omnia ſuperius comprehenſa a die præſente de jure meo in jus & dominium ſancti Nazarii dono, trado atque transfundo in Dei nomine perpetualiter ad poſſidendum, ita, ut ab hac die jure habeatis habendi, donandi, commutandi, vel quicquid exinde facere volueritis, liberam ac firmiſſimam in omnibus habeatis poteſtatem, & hæc donatio omni tempore firma & ſtabilis permaneat, ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio *Laureſham*, ſub die VI idus Januarii, anno IIII regnante ARNOLFO rege. Signum Gerhardi abbatis & Herigeri, qui hanc traditionem fieri & firmari rogavit. Signum Huſi presbiteri & monachi. Signum Engilberti & aliorum. Ego itaque Chazo indignus ſubdiacodus & monachus hanc traditionem depinxi, diemque & tempus, ut ſupra, notavi.

8. Jan. 891.

*Ded. Freh.

Anno* Dominicæ incarnationis . . . Defuncto Gerhardo abbate, fratribus ejusdem monaſterii de quibusdam inſolentiis apud Arnolfum, jam tunc imperatorem, accuſatis, & ob hoc ab electione abbatis interim ſuſpenſis, Adelbero Auguſtenſis epiſcopus, vir magnæ in Chriſto gravitatis & reverentiæ, diſpenſatorie per imperatorem ibidem inſtituitur, qui poſt annos quinque religionis vigore dicti monaſterii curam ultro reſignavit, fratribusque eligendi abbatis priſtinam libertatem imperiali auctoritate redintegravit, quæ talis eſt.

LII.

LII.

Praeceptum ſecundum Arnolfi imperatoris de electione abbatis & libertate.

In * nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis. Arnolfus divina opitulante clementia imperator Auguſtus. Si fidelium noſtrorum petitionibus, quas pro eccleſiarum ſibimet commiſſarum utilitatibus nobis ſuggeſſerint, clementer annuimus, ac pie proſpicimus, id nobis ad ſtatum regni noſtri proſpere gubernandum, & ad æterni regni beatitudinem feliciter promerendam liquido profuturum eſſe confidimus. Quapropter generali collegio omnium fidelium noſtrorum, præſentium atque futurorum, notum fieri cupimus, qualiter ante biennium, & etiam ſæpe antea a fidelibus epiſcopis noſtris, nec non ab religioſis laicis, cæteriſque compluribus diverſi ordinis viris, auribus ſerenitatis noſtræ creberrima detractione delatum eſt, qualiter in monaſterio *Laureſham* dicto, in honore ſancti Nazarii Chriſti martyris dicato, ubi ipſe corpore quieſcit, quod bonæ memoriæ Hludowicus rex, avus videlicet noſter, multa augmentatione cumulavit, atque præ cæteris dilexit, ibidem ſibi locum ſepulturæ deligens, converſatio monachicæ vitæ ob paſtorum, qui eidem congregationi præeſſe debuerant, incuriam atque deſidiam irrita foret, regulariſque vitæ ordo, niſi noſtra providentia cito emendaretur, penitus deficeret, varias opiniones de eis proferentes, ac omnigena pravitate eos accuſantes, & inter cætera dicentes: tantum malum aliter nullatenus poſſe aboleri, niſi idem cœnobium alicui de fidelibus noſtris Deum timenti, & divina præcepta amanti, ad procurandum & regendum conſignaretur. At nos hujuſmodi crebris ſermonum verberibus attriti, omnium fidelium noſtrorum conſultu Adalberoni, venerabili ac dilectiſſimo epiſcopo noſtro, quem ad omne bonum promptum eſſe ſcimus, & cognoſcimus, idem monaſterium gubernandum delegavimus.

Poſt

* Omiſſt Freh.

Poſt hæc etiam ipſe poſtpoſito omni ſæculari honore & commodo, quod inde conſequi potuit, malens in cœleſtibus theſaurizare, precatus eſt clementiam noſtram, ne aliquis malivolorum fraude vel inſidiis ipſum locum ſubripere poſſet, ut priſtino honore eum ditaremus, & eis licentiam concederemus, juxta eorum arbitrium inter ſe eligendi abbates. Cujus piis atque paternis admonitionibus libenter aſſenſum præbuimus, præſenſque præceptum inde conſcribi juſſimus, per quod decernimus atque firmiſſime jubemus, ut ipſi fratres prælibati monaſterii ab hodierna die & deinceps ſecuram teneant poteſtatem eligendi abbates, quamdiu talem illic invenire poſſunt, qui ſcientia & morum honeſtate talis ſit, ut tantam congregationem juxta regulam ſancti Benedicti queat & ſciat regere, & regali dignitati juſta obſequia præbere. Et ut hoc præceptum ab nullo umquam ſucceſſore noſtro violetur, & diligentius incorruptum obſervetur, manu noſtra illud firmavimus, anuloque noſtro inſigniri juſſimus. Ernuſtus cancellarius ad vicem Diothmari archicapellani recognovi.
30. Jan. 896. Data III kalendas Februarii anno incarnationis Domini DCCCXCVI indictione XV, anno domini Arnolfi X, imperii autem ejus III. Actum *Radisbonae* in Dei nomine feliciter amen.

*Ded. Freh. Liutherus * itaque anno Dominicæ incarnationis DCCCXCV ſtrenuus ſanctæ religionis amator, & morum, vitæque probitate laudabilis, in abbatem eligitur, nec multo poſt in epiſcopalem gradum apud Mindonenſem eccleſiam provehitur, unaque regiminis virga utraque detinuit loca, ſub quo præfatus Adelbero epiſcopus *Gernesheim* ſancto Nazario cum omni integritate tradidit, & hujusmodi teſtamento confirmavit.

LIIII.

LIII.

*Donatio * Adalberonis epiſcopi & abbatis in Gerneſheim.* * Omiſit Freh. datis excerptis.

Omnibus orthodoxæ fidei gratiam in Chriſto habentibus notum eſſe deſidero, qualiter ego Adelbero devotiſſimus ſervorum Chriſti ſervus & Auguſtenſis eccleſiæ humillimus præſul, divinæ remunerationis ac veræ charitatis ductus amore, tractare non deſtiti de ſtabilitate eximii cœnobii, quod dicitur *Laureſham*; poſtquam venerabilis congregationis ejusdem cœnobii curam regiminis ſuſcepi a Deo, ut eandem congregationem in priſco gradu imperialis privilegii regali & auguſtali auctoritate perpetuis temporibus redintegrarem, & ut poſt vitæ meæ depoſitionem aliquid de meis propriis rebus, quas auguſtali præcepto Arnolfo glorioſo imperatore tradente acquiſivi, eidem ſanctæ congregationi in uſum aptarem; quæ etiam omnia & in omnibus Deo auxiliante fideliter complevi. Trado enim ob commemorationem & mercedis meæ augmentum, & ipſius ſenioris mei, qui mihi ipſas res condonavit, quicquid proprietatis in loco, qui dicitur *Kereneſheim*, in *pago Renenſe*, per imperialis præcepti confirmationem habere viſus ſum, ad præfatum cœnobium *Laureſham*, in pago *Rinigouue*, in *comitatu* Gebehardi, juxta fluviolum, qui dicitur *Wisgoz*, ubi corpus beatiſſimi martyris Nazarii requieſcere liquido credimus, & ubi moderno tempore venerabilis abbas Liutherus regulari diſciplina præeſſe videtur., cum omnibus juſte ac legitime illuc pertinentibus, in circumjacentiis undique villulis & locis, curtilibus, ædificiis, mancipiis utriusque ſexus, agris, terris, pratis, ſylvis, campis, paſcuis, aquis, aquarumve decurſibus, cultis locis & incultis, mobilibus rebus & immobilibus, viis & inviis, piſcationibus, molendinis, exitibus & reditibus, quæſitis & inquæſitis, nihil extra prætermittens, ſed omne, quicquid dici aut nominari poteſt, totum trado ad ſanctum Nazarium, ſicut ſupra

 dixi,

dixi, atque transfundo, ſicut ſuperiori ratione propoſui, & promptiſſima voluntate cum manu advocati mei Herigeri in perpetuum confirmo, ſtipulatione ſubnixa, ea videlicet ratione, ut easdem præſcriptas res, quas trado, quasque e contra per precariam complacitationis & cauſa familiaritatis & fraternitatis cartulam recipere videor, id eſt, eccleſiolam infra ipſum monaſterium ſitam, in qua reliquias ſanctæ Dei genitricis Mariæ & ſanctæ Affræ, beatiſſimæ martyris Chriſti, & ſancti Magni, eximii confeſſoris Chriſti, reconditas habeo, cum manſiunculis & cæteris neceſſariis hortis & pratis, cum duabus ſervilibus præbendis, & una monachica michimet ipſi præbenda, inſuper villam *Winenheim* & *Birkenouua*, & *Gunnenbach*, & *Lieberesbach*, & *Liutereshuſen* cum cæteris locis & villulis illuc reſpicientibus, *Scarram* & *Bibiloz* cum cunctis ad omnia prænotata juſte ac legaliter loca reſpicientibus & pertinentibus, cum eccleſiis, curtilibus, ædificiis, mancipiis utriusque ſexus, terris, agris, pratis, vineis, campis, ſylvis, paſcuis, aquis, aquarumve decurſibus, cultis locis & incultis, mobilibus rebus & immobilibus, piſcationibus, molendinis, viis & inviis, exitibus & reditibus, quæſitis & inquæſitis, nihil extra prætermittens, ſed omne, quicquid in ipſis præſcriptis locis dici & nominari poteſt, totum de abbate prænominati monaſterii & de fratribus cum manibus advocatorum eorum, Adaluuini & Bennilini, ita ſuſcipio & habere diſpono, ut quamdiu Deo concedente in hac mortali vita vixero, absque omni contradicentis moleſtia in proprium uſum res utrasque, quas dedi, & quas per precariam ſuſcepi, mihi poteſtative ac ſecuriter ac quiete obtinere, ordinare & frui liceat. Siquis vero, quod omnino non credo & minime deſidero, hanc complacitationem mihi confregerit, liceat meas proprias res, quas per imperiale præceptum acquiſivi, ad me retinere vel tradere quocunque voluero; poſt depoſitionem autem temporalis vitæ meæ, ſi mihi complacitatio mea ita firma

&

& inconfracta, ſicut ſupra prænotatum eſt, perſtiterit, res omnes, quas tradidi, vel quas e contra per mutuæ complacitationis precariam recepi, ad jam ſæpe dictum cœnobium cum omni integritate redeant, in jus & in perpetuum dominium, eo tamen tenore, & ex his rebus, quas per imperialis monimenti præceptum acquiſivi, & ad ſanctum Nazarium devotiſſime tradidi, quater in anno meæ depoſitionis anniverſarium diem rectores ejusdem ſacri loci plena charitate cum cunctis fratribus in cibo & potu concelebrent, meamque commemorationem in illorum ſacris orationibus in eccleſia fideliter exercere ſtudeant, id eſt, in VII idus Auguſti, miſſæ ſanctæ Affræ martyris, & in XVIII kalendas Septembris aſſumptionis ſanctæ Mariæ virginis, & in VIII idus Septembris ſolemnitatis ſancti Magni confeſſoris Chriſti, & in ipſo anniverſarii mei die, inſuper etiam uno interpoſito anno, id eſt, anno ſecundo, pellitiæ, & deinceps iterum uno anno interpoſito cappæ, cunctis fratribus ibidem Deo famulantibus, omni occaſione excuſationis poſtpoſita, ex præfato loco, qui dicitur *Kerneshеim*, usque dum præſens ſæculum de hora in horam & de nocte in noctem, & de die in diem, & de anno in annum perſtiterit, ob meam commemorationem devotiſſime præſententur, eccleſiola vero, quam in eadem complacitatione cauſa familiaritatis infra dictum locum recepi, de eodem ſupraſcripto loco, quem tradidi, cum tectura & luminariis digne procuretur. Hanc traditoriam chartam hujus complacitationis epiſcopis & multis comitibus & innumerabilibus viris ſcientibus & videntibus in perpetuum monimentum fieri juſſi, quatinus nulla umquam perſona eam præſumat infringere vel violare, ſed ut æterna ſtabilitate firmata permaneat; & ſi quis eam irrumpere temptaverit, aut his fratribus aliquid ex illis locis, quæ ſancto Nazario tradidi, ſicut ſupraſcriptione eis complacitavi, ſubtrahere conatus fuerit, vel alicui inbeneficiaverit, ante tribunal tremendi examinis terribiliter criminatus, Deo omnipo-

 tenti,

tenti, judici vivorum & mortuorum, redditurus rationem, præſentetur. Inſuper & Auguſtenſis eccleſiæ præſuli prænominatam curtem *Kerneſheim* cum omnibus juſte ac legaliter pertinentibus ad domum ſanctæ Mariæ virginis recipere & poſſidere poteſtative liceat. Conſiliatum & ordinatum publice in civitate *Wormatia.* Hathone & Ratbodone archiepiſcopis & Thietelaho epiſcopo præſentibus. Inſuper CUNRADO, WALAHONE, GEBEHARDO, RUPERTO, LIUTFRIDO, BURKARDO, DRAGEBODO comitibus, RUDHARDO domus regalis procuratori videntibus & innumerabilibus viris audientibus, cum Liuthero abbate, & cum conſenſu cunctorum fratrum Lauresham de-
20. Maj. gentium, in XIII kalendas Junii.

Tradidit nihilominus imperator Arnolfus cuidam Reginbodoni x hubas in Virnheim, quæ & ipſæ poſtmodum per commutationem dominio ſancti Nazarii ſunt adtributæ, quæ donatio talis eſt.

LIV.

*Donatio * Arnolfi Reginbodoni in Virnheim.*

* Omiſit. Freher.

In nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis. ARNOLFUS divina favente gratia imperator Auguſtus. Sciant omnes fideles noſtri tam præſentes, quam & futuri, qualiter nos ob mercedis noſtræ augmentum & per interventum LIUTBOLDI, dilecti COMITIS noſtri, cuidam vaſallo noſtro nomine Reginbodo in pago, qui dicitur *Lobotengouue*, in *comitatu* LIUTFRIDI, in villa, quæ dicitur *Virninheim*, hubas decem, quas ipſe prius in beneficium habuit, cum familiis vel mancipiis utriusque ſexus, perenni jure in proprietatem conceſſimus, cum curtilibus, ædificiis, campis, agris, pratis, paſcuis, ſylvis, aquis, aquarumve decurſibus, molinis, piſcationibus, viis & inviis, exitibus, ac redi-

reditibus, quæſitis & inquæſitis, terris cultis & incultis, mobilibus & immobilibus, & cum univerſis illuc juſte, legitimeque pertinentibus. Juſſimus quoque hoc præſens auctoritatis noſtræ præceptum inde conſcribi, per quod volumus, firmiterque jubemus, ut memoratus Reginbodo de his omnibus firmiſſimam habeat poteſtatem tenendi, donandi, vendendi, commutandi, vel quicquid ſibi exinde placuerit faciendi, absque ullius contradicentis impedimento. Et ut hæc donationis noſtræ auctoritas firmiorem in Dei nomine obtineat ſtabilitatem, manu propria noſtra ſubtus eam firmavimus, anuloque noſtro ſigillari juſſimus. Engilpero notarius ad vicem Diothmari archicapellani recognovi. Data XV kalendas Novembris, anno Domini DCCCXCVIII, indictione II, anno XI 18. Oct.
Arnolſi regis, imperii autem ejus III. Actum ad *Ragenesburch* in Dei nomine feliciter amen. 898.

Arnolfo * imperatori ſucceſſit filius Ludovicus, Zundeboldo fratre ejus apud Moſam interfecto ab hoſtibus; Adalberone ſupradicto Auguſtenſi epiſcopo adhuc vivente, & Liuthero in abbatem nondum electo, ſed Hattone, Magontinæ ſedis archiepiſcopo, Laureshamenſis cœnobii curam per regiam inſtitutionem gubernante. Siquidem inter Gerhardum & Liutherum abbates, Adalbero epiſcopus annis V, Hatto archiepiſcopus annis XIII, ordine diſpenſatorio eidem loco præfuerunt. (a) donec ipſis fratribus ſub Cunrado rege plenaria electionis libertas reſtituta eſt, a quo etiam Liutherus ex fratrum electione abbatia inveſtitus eſt. Iſte itaque rex Ludowicus ex petitione ejusdem Adalbero-

* Ded. Freh.

(a) Adverſantur hæc omnino iis, quæ de Liuthero abbate, Adelberonis ſucceſſore, ſupra ſcripſerat anonymus noſter Lauriſham. p. 96.

beronis epiſcopi quasdam res proprietatis ſuæ Sigolfo, tunc ipſius monaſterii præpoſito, & per ipſum ſancto Nazario tradidit hoc modo.

LV.

* Omiſit Freherus

*Donatio * Ludowici quarti in Sunthoven & Scarra.*

In nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis. HLUDOWICUS divina favente providentia rex. Cunctorum orthodoxorum inſtantis temporis & futuri manifeſtur collegio, qualiter reverendiſſimus Dei cultor, Auguſtenſis videlicet honorabilis præſul nomine ADALBERO, noſter admodum fidelis nutritor, per interventum fidelium noſtrorum, CUNRADI ſcilicet COMITIS & Huggi abbatis, ſerenitatis noſtræ eminentiam imploravit, deprecans, ut cuidam monaſterii *Lauresham* cœnobitæ nomine Sigolfo quasdam res juris noſtri in pago *Lobotingouue, in comitatu* LIUTFRIDI conſtitutas, diebus vitæ ſuæ proprietario jure poſſidendas donaremus. Cujus itaque petitioni non immerito gratuita mente annuentes, decrevimus ita fieri; dedimus quidem præfato monacho ſancti Nazarii Sigolfo, prout idem intentiſſimus nutritius noſter petivit, in jam dicto pago vel comitatu, quicquid quidam homines, Helmerich videlicet faber & Engilbreht foreſtarius in locis, *Sunthove & Scarra* nuncupatis ex parte juris noſtri hactenus poſſidere viſi ſunt, cunctis vitæ ſuæ diebus more proprietatis quieto ordine fruendum, cum curtibus & caſis, aliisque ædificiis, mancipiis, campis, agris, pratis, paſcuis, ſylvis, aquis, aquarumve decurſibus, molendinis, piſcationibus, viis & inviis, exitibus & reditibus, quæſitis vel inquæſitis, terris cultis & incultis, mobilibus & immobilibus, univerſisque appenditiis & adjacentiis illuc rite pertinentibus. Juſſimus quoque hoc præſens munificentiæ noſtræ conſcriptum inde fieri, per quod omnino ſancimus, quatinus memoratus Sigolfus easdem res integriter

ter omni tempore vitæ ſuæ proprietatis jure habeat, teneat atque poſſideat, absque alicujus impedimento. Poſt ejus vero deceſſum in jus monaſterii, cujus extiterat monachus, pro commemoratione duorum parentum etiam noſtrorum, animæque noſtræ æterna liberatione in honorem ſancti Nazarii ſalva integritate redigantur. Hoc autem ut verius credatur, diligentiusque conſervetur per ævum, manu noſtra ſubtus illud roborantes anulo noſtro juſſimus inſigniri. Engilbero notarius ad vicem Diothmari archicapellani recognovi. Data IIII kalendas Maji, anno Dominicæ incarnationis DCCCC, indictione III, anno primo regni domini Hludouuici regis. Actum *Francónofurt* curte regia, in Deï nomine feliciter amen. 28. Apr. 900.

Per * idem ferme tempus Hatto Magontinæ ſedis archiepiſcopus, jam tunc Laureshamenſi cenobio vice abbatis præſidens, commutationem prædiorum cum præfato Reginbodone fecit, quam ita deſignavit. * Dedit Freherus.

LVI.

*Commutatio * Hattonis archiepiſcopi & abbatis in Virnheim.*

* Omiſit datis excerptis.

Ego in Dei nomine Hatto Magontienſis eccleſiæ etſi indignus præſul & Laureshamenſis monaſterii dictus abbas, notum facio univerſis Chriſti fidelibus, qualiter convenit inter me & Reginbodonem, ingenuum virum, ut ex conſilio fratrum noſtrorum aliquas res inter nos pro oportunitate locorum, ac commoditate ſibimet competentium commutare deberemus; quod ita pari conſilio ac communi voluntate rationabiliter coram multis perfecimus. Dedimus igitur jam nominato Reginbodoni de partibus ſancti Nazarii in pago *Glemisgouue*, in villa vel marcha *Hirslanda*, & in *Dicingaom* & in

Gerin-

Geringon, quæ loca jacent in *comitatu* GOZBERTI COMITIS, & in pago *Encichgouue*, in villa vel marcha *Audinesheim*, & in *Rutgeſingon*, & jacent in *comitatu* WALAHI COMITIS. Hæc omnia prædicta de rebus ſancti Nazarii in his locis conſtitutis, cum omnibus ad ſe legitime pertinentibus, a die præſente de jure noſtro in jus & dominium memorati Reginbodonis donavimus, ut deinceps exinde firmiſſimam habeat poteſtatem vendendi, commutandi, vel quicquid libuerit faciendi. Econtra dedit idem Reginbodo nobis & fratribus noſtris indominicatam curtem, quam propter ſuum ſervitium & interventum aliorum fidelium a rege in proprietatem acquiſivit, ſitam in *pago Lobodenenſe*, in *comitatu* LIUTFRIDI COMITIS, nuncupatam *Virnunheim*, cum mancipiis & ſylvis, & cum omnibus utilitatibus, quæ ad illam curtem legitime pertinere videntur, in proprietatem ſancto Nazario, nobisque in jus & poteſtatem, ac ſucceſſoribus noſtris abbatibus & fratribus per traditionem coram multorum præſentia confirmavit, quatinus exinde omnimodam habeamus poteſtatem, vendendi, commutandi vel qualemcunque monaſterii utilitatem eliciendi, & hæc commutationis conventio & carta omni tempore firma & ſtabilis permaneat, ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio Lauresham VIII kalendas Februarii, anno ab incarnatione Domini DCCCCII, *indictione* V, regnante rege Ludovico anno II. Signum HATTONIS archiepiſcopi & abbatis. Signum LIUTFRIDI COMITIS. Signum Adeluuini, Beruuini, Franconis, advocatorum & aliorum.

Hanc traditionem & commutationem Hludouuicus rex rogatu ejusdem archiepiſcopi & abbatis tali auctoritatis præcepto roboravit.

LVII.

LVII.

Praeceptum Ludouuici ſuper eadem commutatione.

In nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis. Hludouuicus divina favente gratia rex. Notum fieri cupimus omnibus fidelibus noſtris, præſentibus & futuris, qualiter Reginbodo fidelis noſter curtem *Firnunheim* dictam, in pago, qui dicitur *Lobodengouue*, ſitam, quam bonæ memoriæ pius genitor noſter Arnulfus imperator Auguſtus ei cum ſuæ auctoritatis præcepto in proprium donavit, ad cœnobium ſancti Nazarii *Laureſham* dictum, ubi Hatto Mogontienſis eccleſiæ venerabilis archiepiſcopus præſenti tempore abba eſſe dinoſcitur, cum omnibus rebus ad eandem curtem rite pertinentibus tradidit in perpetuam proprietatem, & in recompenſationem illius traditionis accepit alia loca ſibi inde in proprium, quæ in quibus pagis ſita, vel qualiter ſint nominata vel a quo advocato commutata ſive accepta, in præcepto ejusdem Reginbodonis, quod ad confirmandum hujusmodi concambium ſibi conſcribi juſſimus, inſertum continetur. Hoc ita peracto precatus eſt prælibatus epiſcopus & abbas ſupradicti cœnobii clementiam noſtram, hanc commutationem & traditionem noſtræ auctoritatis præcepto roborari. Quapropter hoc præceptum inde conſcribi juſſimus, per quod volumus atque regia poteſtate jubemus, ut, quod pars parti contulit, firmum ac ſtabile perpetualiter conſiſtat, resque monaſterio in hunc modum collatæ, hoc eſt, prædicta curtis cum mancipiis, ſylvis & omnibus appenditiis ſuis illuc per omnia ſæcula pertineant. Et ut hoc confirmationis noſtræ præceptum firmum atque ſtabile conſiſtat, manu noſtra illud firmavimus, & ſigillo noſtro conſignari juſſimus. Ernuſtus cancellarius ad vicem Theothmari archicapellani recognovi. Data . . . anno incarnationis Domini DCCCCVI, indictione VIIII, anno autem regni domni Hludovici VII. 906.

* Ded.Freh. Præterea * matrona quædam illuſtris, CUNIGUNT nomine, res proprietatis ſuæ in *Niuuenheim*, *Strazheim* atque in *Weſtheim* ſancto Nazario tradidit, quas a præfato archiepiſcopo & abbate cum aliis rebus ſancti Nazarii in precariam hoc modo accepit.

LVIII.

* Omiſit *Donatio * Cunigundae in Niwenheim, Strazheim & Weſtheim.*

Diligendæ in Chriſto filiæ ſanctæ Dei eccleſiæ CUNIGUNDÆ, venerandæ matronæ, HATTO gratia Dei humilis archiepiſcopus & abbas. Venerandæ atque honorabili petitioni tuæ cum conſenſu fratrum fideliumque noſtrorum ac benivolentia libenter annuimus, atque res proprietatis tuæ in villis ſeu terminis *Niwenheim*, *Strazheim* atque in *Weſtheim*, a te ſancto Nazario cum omni integritate traditas, & inſuper ex parte ſancti Nazarii monaſterium ſanctimonialium cognominato *Rothaha*, cum omnibus ad ſe legitime pertinentibus, ad dies vitæ tuæ tibi in beneficium concedimus, quatinus utrasque res absque omni præjudicio & inquietudine teneas & excolas, & in cenſum ſingulis annis in feſto ſancti Nazarii ob recordationem ſolidos x exinde ſolvere non neglegas; poſt obitum vero tuum utræque res bene melioratæ & auctæ ad ſanctum Nazarium revertantur, & tam tua quam ſenioris tui RUTBERTI memoria apud nos perpetim ex hoc habeatur. Actum in monaſterio *Lauresham* anno Dominicæ incarnati-
21. Nov. 903. onis DCCCCIII, indictione VI, anno IIII Hludouuici regis, filii Arnolfi imperatoris auguſti, ſub die XI kalend. Decembris. Signum HATTONIS archiepiſcopi & abbatis. Signum CUNIGUNDÆ. Signum Huſi & Heimonis monachorum & aliorum. Ego itaque Kazo indignus monachus & diaconus hanc

hanc preſtariam ex juſſu domini Hattonis archiepiſcopi & abbatis depinxi, diemque & tempus, ut ſupra, titulavi.

Idem quoque archiepiſcopus Hatto prædium Riamnis Sto Nazario hoc modo tradidit.

LIX.

Commutatio Hattonis archiepiſcopi & abbatis de Riamnis.

In nomine Dei ſummi ego RUTPERTUS notum fieri cupio omnibus ſanctæ Dei eccleſiæ fidelibus, præſentibus ſcilicet & futuris, qualiter me convenit cum Hattone venerabili epiſcopo & abbate cœnobii *Laureſham* dicti, quasdam res ipſius cœnobii, in quo ſanctus Nazarius martyr corpore quieſcit, meis rebus contiguas cauſa compendii cum proprio meo, quod bonæ memoriæ Arnolfus imperator auguſtus mihi in *Raetia Curienſe* cum ſuæ auctoritatis præcepto donavit, concambire; quod & hoc modo feci. Dedi namque quicquid prælibatus dominus imperator auguſtus in ſupradicto pago in loco, *Riamnas* dicto, vel aliis quibuſcunque locis, in ejusdem pagi finibus conſtitutis, cum curtilibus, ædificiis, mancipiis, eccleſia baptiſmali, decimis, omnibusque rebus illuc juſte pertinentibus ad prænominatum monaſterium in manum ſupra ſcripti abbatis ſuique advocati, BURKARDI videlicet COMITIS, & in recompenſationem ejusdem proprii accepi ab hisdem manibus, quicquid in locis *Wilheim*, *Piſinga* & *Voſinga* dictis ad ipſum monaſterium hactenus pertinuit, jure perenni in proprium, cum curtilibus, ædificiis, mancipiis & omnibus rebus ad eadem loca rite pertinentibus. Actum *Inglinheim* coram Ludouuico rege & populi frequentia, teſtibusque probatis. ADELBERTUS COMES, ARNOLFUS COMES, CUNRADUS COMES, ERINFRIDUS COMES, LIUTFRIDUS COMES, & alii multi. Anno incarnationis Dominicæ DCCCCIIII, re-

14. Jun. 904. gni domini Ludovici V, ſub die XVIII kalend. Julii. Ego Ernuſtus cancellarius ſcripſi, diemque & tempus deſignavi.

Hujus etiam archiepiſcopi rogatu præfatus rex Ludouuicus ſupra memorato Sigolfo præpoſito hubam in *Dinenheim* per hoc præceptum tradidit.

LX.

Donatio Ludouuici Sigolfo in Dinenheim.

In nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis. Hludouuicus Dei gratia rex, ad omnium fidelium noſtrorum præſentium ſcilicet & futurorum, cupimus venire notitiam; quia nos rogatu Hattonis venerabilis archiepiſcopi Sigolfo noſtro dilecto monacho in pago *Wormatienſe*, in *comitatu* Cunradi, in villa, quæ dicitur *Dinenheim*, hobam unam cum curtilibus ædificiis, mancipiis, terris cultis & incultis, agris, pratis, campis, vineis, paſcuis, ſylvis, aquis, aquarumve decurſibus, viis & inviis, exitibus & reditibus, omnibusque rebus ad ipſam hubam rite pertinentibus, perenniter in proprium donavimus. Juſſimus quoque hoc præceptum inde conſcribi, per quod volumus, firmiterque jubemus, quatinus ille memoratus monachus Sigolf de ipſa proprietate ab hodierna die & deinceps liberam atque ſecuram teneat poteſtatem. Poſt diſceſſum quoque illius in eleemoſinam Gerhardi abbatis ad ſervitium fratrum revertatur, ad provendam illorum. Et ut hoc præceptum largitionis noſtræ firmum ſtabileque conſiſtat, manu noſtra illud firmavimus, & ſigillo noſtro conſignari juſſimus. Chriſte protege Hludouuicum regem. Ernuſtus cancellarius ad vicem Piligrini archicapellani recognoſeci. Data XI kalendas No-
22. Oct. 907. vemb. anno incarnationis Domini DCCCCVII, indictione X, anno vero regni pii regis Hludouuici VIIII. Actum *Triburia* in Dei nomine feliciter amen.

Poſt

Poſt * Ludouuicum Carolus occidentale regnum adeptus eſt. Nam antea Galliarum populus cum conſenſu Arnolfi imperatoris, incurſu crebro Northmannorum compulſus, Udonem ducem regem elegit, qui eis contra Northmannos propugnator indefeſſus extitit, atque ita deinceps ab hoc regno Galliarum facta diſceſſio eſt. Udone mortuo ſucceſſit Carolus. In horum Carolorum deceſſu in utriusque regni faſtigio Carolorum illa celſa progenies facta eſt de medio; quæ a primo anno Pippini regis Francorum usque ad obitum iſtorum in regia dignitate claruit annis centum ſeptuaginta tribus. Cunradus vero, frater Eberhardi Marchionis, orientalis regni partem circa Renum tenuit, qui etiam Laureshamenſi monaſterio libertatis & immunitatis privilegium contulit.

* Dedit Freher.

LXI.

*Praeceptum * libertatis & immunitatis Laureshamenſis coenobii a Cunrado rege datum.*

* Omiſit

In nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis. Cunradus divina annuente clementia rex invictus. Si erga loca divinis cultibus mancipata, & fratres in eisdem locis Deo famulantes propter Dei amorem beneficia oportuna largimur, præmium nobis apud Dominum æternæ remunerationis rependi non diffidimus. Quapropter omnium fidelium noſtrorum, præſentium ſcilicet & futurorum, ſagacitas pro certo comperiat, quatenus nos Dei ſemper timorem præ oculis habentes & cogitantes, quomodo Dei ſervitium more anteceſſorum noſtrorum, regum videlicet & imperatorum, in omnibus locupletaremus, unde imperii noſtri ſtabilitas ad præſens firmaretur,

& æternæ beatitudinis gaudium nobis tribueretur, monaſterium *Laureſham*, quod eſt conſtructum in honore beatorum apoſtolorum Petri & Pauli, ubi & ſanctus Nazarius corporaliter requieſcit, quod eſt ſitum in *pago Renenſe*, ſuper fluvium Wisgoz, a jugo alienæ poteſtatis, quo multo tempore obpreſſum injuſte videbatur, abſolvimus, & eidem cœnobio more prædeceſſorum noſtrorum immunitatis atque tuitionis dona pro divini cultus amore, & animæ noſtræ remedio conceſſimus, ea videlicet ratione, ut monachi inibi commorantes, Chriſtoque digne deſervientes, nunc & in perpetuum liberam & ſecuram habeant poteſtatem, abbatem inter ſe regulariter eligendi, qui ad Dei ſervitium, noſtrumque idoneus appareat. Juſſimus ergo hoc privilegium inde conſcribi, per quod volumus, firmiterque decernimus, ut ab hodierna die hæc noſtræ auctoritatis conceſſio ſtabilem & inconvulſum teneat vigorem, & ne ab aliquo ſucceſſorum noſtrorum turbetur, manu noſtra ſubter notavimus, & ſigillo noſtro conſignari præcepimus. Salemon cancellarius ad vicem Piligrini archicapellani recognofeci. Data X kalendas Julii, anno Do-
23. Jun. minicæ incarnationis DCCCCXIII, indictione I, anno vero piiſ-
913. ſimi regis Cunradi II. Actum apud *Laureſham* in Dei nomine feliciter amen.

Ab hoc itendidem rege Cunrado libertas eligendi abbatis fratribus Laureshamenſis cœnobii redintegrata eſt, & ex eorum delectione Liutherus abbatia hoc modo inveſtitus eſt.

LXII.

LXII.

Praeceptum ſecundum Cunradi de libertate & electione abbatis.

In nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis. Cunradus divina præordinante clementia rex. Noverit omnium fidelium noſtrorum, præſentium ſcilicet & futurorum, induſtria, qualiter ad noſtram venerint præſentiam monachi de cœnobio ſancti Nazarii martyris, gratias nobis multimodas de Deo & Sto Nazario, ſuarumque frequentium ſtudia precum devotiſſime referentes, pro eo, quod nos tali electionis honore prædictum cœnobium ſublimare decrevimus; quali in anteceſſorum noſtrorum, regum videlicet & imperatorum, temporibus habere videbantur, qui ſummo ſtudio, Dei inſtigante gratia loca ſancta magnis ditaverunt honoribus; inſuper etiam flagitantes, ut propter honorem Dei & præfati ſancti, nec non & interventum dilectæ conjugis noſtræ, Cunigundæ reginæ, atque Herigeri archiepiſcopi, ac Eberhardi marchionis, fratris videlicet noſtri, atque Wolvini capellani noſtri, id ipſum Laureshamenſe monaſterium Liuthario fideli noſtro abbati, ejuſdemque cœnobii monacho & confratri ad dies vitæ ſuæ concederemus. Nos vero eorum ſupplicationi ea ratione annuentes, ut idem cœnobium & monachos in eo degentes ſolerti ſtudio, prout poterit, regulariter procurando cuſtodiat, atque noſtrum regale ſervitium, ſicut antiquitus conſtitutum eſt, inde peragat, juxta illorum petitionem, totiusque conſenſu ejuſdem cœnobii familiæ, illam abbatiam *Lauresham* dictam, cum omnibus appenditiis illuc rite pertinentibus, Liuthario prædicto abbati in dies vitæ ſuæ in proprium poteſtative donavimus. Poſt ejus igitur ab hac luce diſceſſum ejuſdem cœnobii fratres privilegium a regibus vel imperatoribus ac de noſtra regali potentia conſtitutum ſine ullius perſonæ contradictione firmiter atque inviolabiliter teneant. Juſſimus

ſimus quoque hoc præceptum inde conſcribi, per quod volumus, firmiterque jubemus, quatinus prænotatus abbas ad dies vitæ ſuæ ſecuram habeat poteſtatem. Et ut hoc præceptum firmum permaneat, manu noſtra ſubtus illud firmavimus, anuloque noſtro illud ſigillari juſſimus. Salemon cancellarius ad vicem Piligrini archicapellani recognovi. Data
7. Jun. 914. VII idus Junii anno incarnationis Domini DCCCCXIIII, indictione II, anno vero regni glorioſiſſimi regis Cunradi III. Actum apud *Franchonofurt* in Dei nomine feliciter amen.

* Ded. Freh. Hujus * regis uxor Cunigund *Gingen* cum omni jure regalique præcepto ſancto Nazario tradidit, atque ibidem in eccleſia, quæ dicitur Varia, ſe tumulari præcepit.

LXIII.

* Omiſit. *Donatio * Cunigundae reginae in Gingen.*

In nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis. CUNRADUS divina favente clementia rex. Noverit omnium fidelium noſtrorum, præſentium ſcilicet & futurorum, induſtria, qualiter dilecta, nobiliſque conjux noſtra CUNIGUND nuncupata, una cum noſtræ auctoritatis manu quendam proprietatis ſuæ locum, *Ginga* appellatum, cum omnibus rebus illuc juſte, legitimeque pertinentibus, pro æternæ remunerationis augmento, nec non & corporis ejus ſepultura ad monaſterium, quod eſt in loco *Lauresham* dicto, ſub honore ſancti ac venerabilis martyris Chriſti Nazarii conſtructum, tradendo conceſſit, ea videlicet ratione, ut ejusdem cœnobii fratres eundem locum ad alimentum ſuumque peculiare ævis temporibus teneant atque poſſideant. Hoc ita peracto petiit ipſa ſerenitatis noſtræ clementiam, quo eandem proprietatis illius traditionem noſtro firmaremus præcepto. Nos vero ſalubri ejus petitioni libenti animo, & ſereno vultu conſentientes, juſſimus

mus hoc noſtræ auctoritatis præceptum inde conſcribi, per quod volumus, firmiterque jubemus, quatinus ſupradicti cœnobis fratres ab hodierna die & deinceps talem inde habeant poteſtatem, ſicut & de aliis rebus, quæ antiquis temporibus ad prælibatum cœnobium eodem tenore pertinere videbantur. Et ut hoc auctoritatis, noſtræque confirmationis præceptum firmum & ſtabile per ſuccedentium temporum curricula conſiſtat, manu noſtra propria ſubtus illud roborantes confirmavimus, anulique noſtri impreſſione inſigniri præcepimus. Salomon cancellarius ad vicem Piligrini archicapellani recognovi. Data VI idus Februarii, anno incarnationis Domini DCCCCXV, 8. Febr.
indictione III, regnante piiſſimo rege Cunrado anno IIII. Actum 915.
in villa regia *Franconofurt* nomine, in Dei nomine feliciter. Amen.

Idem * quoque rex prædium ſuum in *Wattenheim* & *Virnheim* ſancto Nazario cum hujusmodi præcepto tradidit. * Ded. Freh.

LXIV.

*Largitio * Cunradi in Virnenheim.* * Omiſit.

In nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis. Chunradus divina favente clementia rex. Noverit omnium fidelium noſtrorum, præſentium ſcilicet & futurorum, induſtria, qualiter nos cuidam venerabili presbytero noſtro, ſcilicet fideli & dilecto capellano Werinolf nuncupato, in pago *Rinicgouue*, in *comitatu* Utonis, quicquid nos in locis *Watenheim* & *Virnunheim* noſtri juris hactenus habere videbamur, & ei prius in beneficium conceſſum tenuimus, cum curtilibus ædificiis, familiis, & mancipiis utriusque ſexus, & eccleſia in *Virnunheim* conſtructa, terris cultis & incultis, agris, pratis, campis, paſcuis, ſylvis, aquis, aquarumve decurſibus, viis & inviis, exitibus & reditibus, quæſitis & inquirendis, omnibusque

 rebus

rebus ad illud beneficium rite pertinentibus, ad dies vitæ ſuæ in proprium donavimus. Juſſimus quoque hoc præceptum inde conſcribi, per quod volumus, firmiterque jubemus, quatinus præfatus Werinolf ſupra nominatas res, quam diu vivat, ſub uſu fructuario teneat atque poſſideat. Poſt obitum vero illius ad monaſterium, quod eſt in loco, *Lauresham* dicto, ſub honore ſancti Nazarii martyris Chriſti conſtructum, æternaliter easdem res poſſidendas conceſſimus, ea videlicet ratione, ut ſupradictus Werinolf ſuusque ſuffraganeus Thiotrich presbyter talem inde victum & veſtitum, omniaque neceſſaria intus & foris illis profutura teneant, ſicut olim nos cum Liuthario abbate, cæterisque fratribus ibidem Domino famulantibus communi conſilio coadunavimus. De vino dentur ei ſingulis annis tres carradæ; ſi aliquid vero ei de prædictis rebus deficiendo ac retrahendo defecerit, memoratam eccleſiam in *Virnunheim* ædificatam, in perpetuam ſibi proprietatem recipiat, eamque poteſtativa manu teneat atque poſſideat, faciatque inde, quicquid ſibi libuerit faciendum. Et ut hoc præceptum firmum, ſtabileque permaneat, manu noſtra ſubtus illud firmavimus, & ſigillo noſtro ſigillari præcepimus. Chunradus rex. Salomon cancellarius ad vicem Piligrini archicapellani recognovi. Data III nonas Novembris, anno
3. Nov. 916. incarnationis domini DCCCCXVI, indictione VI, regnante glorioſiſſimo rege Chunrado, anno VI. Actum *Franconofurt* in Dei nomine feliciter amen.

LXV.

Conſcriptio ſylvæ in Virnheim.

Conſcriptio marchæ & ſylvæ, quæ pertinet ad *Virnunheim*, ſicut eam Chunradus rex ad manum ſuam habuit, & per LIUTFRIDUM ipſius COMITEM, cæterosque ſuos fideles limitibus, collibus, vallibus, lapidibus, tumulis, viis interdiſtinguere juſſit, ſicut infra habetur. *Ter-*

Termini & Limites.

Ab oriente incipit a petra, quæ ſtat in *Aldaha*, & ſic vadit ad vallum, ubi confinium eſt *Liuthereshuſon* & *Heteneshein*. Deinde ad furnum calcis. Deinde per medium *Michilinrieth*. Deinde per medium *Rincwiſon*. Deinde ad ſol, quod eſt in confinio *Strazheim* & *Virnunheim*. Deinde ad agrum regis. Deinde ad *Stochuuege*. Deinde ad lapidem, qui ſtat in vico, qui dicitur *Gerberti*. Deinde ad tumulum. Deinde ad publicam ſtratam. Deinde ad lapidem, qui eſt in *Muſahe*. Deinde ad alium lapidem, qui dividit piceum nemus ab altero. Deinde ad *Hohenwarta*. Deinde ad lapidem, qui ſtat in via, quæ pergit ad *Lorſam*, *Aldaha*, ut ſupradictum eſt.

Poſt * Cunradum regem generali principum habito conventu Heinricus cognomento Saxo, filius Ottonis ducis Saxonici, in regnum ſublimatur, ex quo diva Ottonum genealogia proceſſit. Hic contra Rutpertum regem Gallicanæ Franciæ præliis multis terminos regni Lotharici, ſicut hactenus conſervantur, obtinuit, & tam Ungariorum quam Sclavorum, Burgundionumque, cum quibus ſæpe conflixit & ſemper vicit, bellicis impeditus tumultibus, imperator non eſt ordinatus. Reliquit autem hæredem regni Ottonem primum, qui nulli poſt Carolum magnum ſecundus victricibus ſemper armis regni ſui terminos dilatavit, unde cognomen, ut vocaretur *Magnus*, promeruit. Iſte anno Dominicæ incarnationis DCCCCXXI Ebergiſum, in Laureshamenſi monaſterio a puero educatum, & poſt Liutherum nepotem ſuum Mindonenſi eccleſiæ ſubrogatum[1], ejusdem etiam abbatiæ honore XVII annis ſublimavit, ipſique loco privilegia libertatis quater innovavit. *Ded. Freh.*

LXVI.

* Omiſit

*Praeceptum * primum Ottonis de immunitate Laureshamenſis coenobii.*

In nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis. OTTO divina favente clementia rex. Si liberalitatis noſtræ munere loca Deo dicata noſtro relevamus juvamine atque tuemur, id nobis ad temporalem vitam feliciter deducendam & æternæ felicitatis præmia capeſſenda liquido profuturum eſſe credimus. Quapropter noverit omnium fidelium noſtrorum induſtria, qualiter Eberiſus venerabilis epiſcopus, noſterque fidelis compater, ſerenitatis noſtræ clementiam adiens poſtulavit, ut monaſterio, quod *Lauresham* dicitur, & in honore ſancti Nazarii martyris conſtructum eſſe dinoſcitur, deique famulis, ibidem Deo & ſancto Nazario ſervientibus, noſtræ liberalitatis & immunitatis præceptum fieri decreviſſemus, per quod prænotati monaſterii Deique ſervitores, res & poteſtates, quas per totam abbatiam jure debent habere, firmius ac plenius per noſtram auctoritatem habere valuiſſent; cujus petitioni ob amorem Dei omniumque ſanctorum & ob remedium animæ patris noſtri, noſtræque animæ & pro incolomitate noſtra, conjugisque noſtræ ac prolis aſſenſum præbentes, ita fieri decrevimus, ita ut prænominatus venerabilis *Eberiſus* epiſcopus, quem prænuncupati monaſterii catervula cum noſtra licentia, noſtrorumque fidelium conſultu in paternum abbatem elegit, eandem abbatiam, quam diu ex Dei miſericordia ei ſpatium vivendi conceditur, ſine ullius hominis contradictione obtineat atque regat. Poſt ejus vero diſceſſum, ut regularis fraternitas poſtulat, liberam habeat poteſtatem, inter ſe eligendi abbatem, & ut ita liceat prædictæ congregationi, ejusque ſucceſſoribus res cum omnibus, quæ nunc poſſidet, vel deinceps acquiſierit, quieto ordine absque ulla contradictione poſſidere, ſicuti prius videbatur, dum ab anteceſſorum noſtrorum

rum

rum rectiſſima tranquilitate cernebatur tueri. Et ut hoc a fidelibus noſtris verius credatur, ac per ſuccedentium temporum curricula diligentius obſervetur, manu noſtra ſubtus illud firmavimus, & anuli noſtri impreſſione ſigillari juſſimus. Poppo cancellarius ad vicem Friderici archicapellani ſubnotavi. Data XVII kalendas Octobris, anno incarnationis Domini DCCCCXL, indictione XIII, anno autem regni Ottonis piiſſimi regis V. Actum in *Bullinga* in Dei nomine feliciter amen. Otto Dei gratia rex. 15. Sept. 940.

Hic idem invictiſſimus rex quarundam rerum ſancti Nazarii commutationem, cum Liuthero clerico ſuo factam, præcepto ſuo ſtabilivit, quas tamen res utrasque poſt obitum ejusdem Liutheri Laureshamenſe monaſterium poſſedit.

LXVII.

Commutatio Ottonis cum Liuthero clerico in Hemmingesbach.

In nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis. Otto divina auxiliante clementia rex. Noverint omnes fideles noſtri, præſentes ſcilicet & futuri, qualiter nos cuidam clerico Liuthere vocato, ac noſtro fideli, quasdam res proprietatis ad eccleſiam ſancti Nazarii, quæ eſt in loco, *Laureſham* nuncupato, conſtructa pertinentes, ubi venerabilis epiſcopus atque abbas Evergiſus nomine præeſſe dinoſcitur, in legitimum concambium hoc noſtræ auctoritatis præcepto usque ad finem ſuæ vitæ firmiter conceſſimus, id eſt, quicquid in villa *Hemmingesbach* nominata, in pago *Rineegouue*, in *comitatu* Udonis comitis, habere videbamur, cum omnibus appenditiis & adjacentiis ſuis juſte, legitimeque illuc pertinentibus. Econtra

 vero

vero recepimus ab eodem Liuthario, quicquid in villa *Wide-reſtat* habuit, atque poſſedit, & in *Hirezbach*, & in illa marcha quæ eſt in pago *Lobotengouue*, in *comitatu* CUNRADI COMITIS, in villa *Suuabenheim* & *Eppilenheim*, & in *Granineskeim*, cum omnibus appenditiis illuc legaliter ad præſcripta loca pertinentibus. Juſſimus quoque inde hoc præſens præceptum conſcribi, per quod volumus, firmiterque jubemus, ut memoratus Liuthere de his omnibus, noſtro dono ſibi in legitimum concambium conceſſis, ſecuriter perfruatur, quam diu vivat, manu propria noſtra firmatum, anuloque noſtro ſigillatum. Brun cancellarius ad vicem archicapellani Friderici recognovi. Data
27. Febr. III kalendas Martii, anno incarnationis Domini DCCCCXLVIII,
948. indictione VI, regnante pio rege Ottone anno XIII. Actum *Salcae*.

Iſte quoque Liutherus poſtea quædam prædia ſua prædicto concambio ſuperaddidit, & tali teſtamento confirmavit.

LXVIII.

Donatio & praeſtaria ejusdem Liutheri.

Noverit benignitas tam præſentium quam futurorum fidelium, qualiter ego Liutherus humilis diaconus annuente Ottonis ſereniſſimi ac glorioſiſſimi regis clementia, data etiam commutationis carta, ipſius anuli impreſſione ſignata, quoddam olim feci concambium, de rebus proprietatis ad monaſterium ſancti Nazarii, in loco, *Lauresham* dicto, ſitum, pertinentibus tantum accipiens, & de meis tantum tribuens, talique rationis tenore, quemadmodum in præfata carta ſcriptum habetur. Sed quum ipſius concambii ſanctionem quidam deſtruere conati ſunt, eo quod de meæ proprietatis rebus minus æquo viderer contuliſſe monaſterio, addendo legitima donatione

tione ad ipſum tradidi monaſterium, quicquid habui in prædiis & mancipiis in duabus villis, ſcilicet in *Phungeſtat* & *Heberſtat*, in pago *Rinechgouue*, in *comitatu* Cunradi comitis, id eſt, manſos vjjjj, cum omnibus legitimis appenditiis ſuis, & accepi in eodem pago & comitatu in marcha, ad villam *Seheim* dictam pertinente, ad augmentationem prædicti concambii manſos jjjj, ſimiliter cum omnibus legitimis appenditiis ſuis. Præterea quoque legitima traditione ad prædictum tradidi monaſterium, quicquid usquam proprietatis habui in prædiis & mancipiis illa die & deinceps usque ad terminum vitæ meæ acquirere potero, omnemque poſſeſſionem, quæ in poteſtate & domo mea, vel in alio quocunque loco in omni ſupellectili & ſubſtantia reperta fuerit vitæ meæ ultimo die. Hanc autem traditionem maxime pro remedio animæ meæ præſentibus cunctis ſæpe dicti monaſterii monachis, cæterisque fidelibus clericis & laicis, conſilio & verbo ſanctæ memoriæ ſenioris mei Brunonis feci, & ut prædictum concambium, ſicut eſt regia auctoritate firmatum, cum illa augmentatione manſorum quatuor jugiter mihi maneat inconvulſum ac ſtabile. Teſtes hujus rei fuerunt Gerbodo tunc præpoſitus, poſt abbas, Suitgerus, Otbertus & alii multi tam monachi quam laici.

Anno * Domini DCCCCXLIIII. Poſt Ebergiſum Otto ſereniſſimus rex germanum ſuum Brunonem, Colonienſis ſedis archiepiſcopum & omnium virtutum floribus adornatum, eidem monaſterio præfecit. Hic inter cætera pietatis opera, quæ non ſolum in eccleſia ſibi commiſſa, ſed etiam per totum fratris regnum fideliter & feliciter geſſit, apud ſedis ſuæ metropolim tria monaſteria conſtruxit, unum apud ſanctum Pantaleonem, ubi creditus requieſcit, aliud ad ſanctum Andream

* Ded. Freh.

dream apoſtolum, tertium ad ſanctum Martinum. Laureshamenſi quoque monaſterio inter plurima liberalitatis ſuæ dona thuribulum argenteum magnum, & duos nolarum circulos argenteos contulit, & xxx hubas in *Brumat* a fratre ſuo Ottone ſancto Nazario dari expetivit. Præfuit eidem cœnobio annis IIII.

LXIX.

* Omiſit. *Donatio * Ottonis primi in Brumat XXX hubarum.*

In nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis. OTTO divina annuente clementia rex. Noverint omnes fideles noſtri, præſentes ſcilicet & futuri, qualiter nos per interventum dilecti fratris noſtri Brunonis, fratribus Deo, ſanctoque Nazario ſervientibus in *Lauresham*, ad uſum illorum in proprium donavimus, quicquid hæreditarii juris Guntrammus habuit in *pago Eliſaza* ſitum, & in *comitatu* BERNHARDI COMITIS, noſtræ vero poteſtati ut ſubjaceret fiſcatum, id eſt, in villis *Brumagad*, & in *Mumenheim*, & in *Grioz*, & in *Walahon*, & in *Bernesheim*, & in *Moresheim* XXX hubas cum omnibus illuc aſpicientibus manſis, mancipiis, pratis, paſcuis, ſylvis, aquarumve decurſibus, molendinis. Et ut hujus cartæ corroboratio omni tempore firma, ſtabiliſque permaneat, hoc præſens juſſimus præceptum conſcribi, & anuli noſtri impreſſione ſubtus inſigniri. Liudolfus cancellarius ad vicem Brunonis archicapellani recognovi. Data III idus Auguſti, anno incarnationis Domini DCCCCLIII, anno regni Ottonis piiſſimi regis XVII. Actum publice in civitate *Mogontia*.

11. Aug. 953.

* Ded.Freh. Anno * Dominicæ incarnationis DCCCXLVIII. Dehinc Gerbodo, vir omni vitæ morumque ingenuitate ſpectabilis, ejuſdem monaſterii regimini ſuccedit,

&

& XX duos annos in commiſſa ſibi diſpenſatione fideliter explevit. Hic eccleſiam ſatis decoram in ſupradicto loco *Brumat*, aliamque in *Wibelingen* exſtruxit, pavimentum ante altare ſanctæ crucis usque in medium marmore ſtravit, calicem aureum ſine patena, lampades argenteas quatuor fieri juſſit; apparatus divinis officiis aptos plurima ex parte eccleſiæ contulit, paradiſum totum plumbo operuit, pulpita ante portas ejusdem paradiſi fabricavit, refectorium augmentavit, dormitorium renovavit, ædificium neceſſariorum prominens aptavit, domum lapideam in caſtello *Michlenſtat* ædificavit, curtem *Gingen* nuncupatam reacquiſivit, privilegium quoque libertatis a rege Ottone impetravit.

LXX.

*Praeceptum * ſecundum Ottonis de libertate ejusdem monaſterii.*

* Omiſit Freh.

In nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis. Otto Dei gratia rex. Notum ſit omnibus noſtris, fidelibus præſentibus ſcilicet & futuris, qualiter nos amore Dei, in cujus manu corda regum ſunt, interveniente dilecta conjuge noſtra, Adelheide, abbatiam ſancti Nazarii martyris, cœnobio *Laureſham* appendentem, multis ante nos temporibus usque ad hæc noſtra tempora per varia diſperſam atque diviſam, in unum recollegimus, & ſuæ eam poteſtati, quam injuſte viſa eſt amiſiſſe, reſtituimus, & venerabili ejusdem loci abbati Gerbodoni cum omni integritate commiſimus atque tradidimus, & ut idem ipſe abbas ſuique ſucceſſores æque abbates plena & integra poteſtate prædicto loco, cunctisque ad idem cœnobium pertinentibus præſint & dominentur, ne monachi ibidem congregati vel congregandi ab ullo inquietentur, ſed tranquilla pace Deo

parochia ſitum eſt monaſterium, ex qualibet occaſione ibi irrumpere, ſeu monachos irrationabiliter inquietare non debere, nec ex rebus monaſterii in omni imperii noſtri ditione thelonei exactionem fieri, nec publicum judicem ſeu quemlibet ex judiciaria poteſtate, vel aliquam aliam perſonam quicquam poteſtatis aut negotii ſine voluntate aut permiſſu abbatis in omnibus ſæpe dicti monaſterii rebus habere vel exercere. Quicquid jus fiſci exinde exigere potuerat, ex integro in uſus monaſterii cedere præcipimus. Homines quoque ingenuos ſeu ſervos in poſſeſſionibus monaſterii commanentes diſtringere, ſive ipſas poſſeſſiones contra abbatis decretum intrare, ſeu ad cauſas audiendas, ſeu manſiones faciendas, aut freda vel tributa exigenda, vel ullam in aliquo violentiam faciendam, omnibus omnino hominibus per hanc noſtræ immunitatis conſcriptionem præſentem interdicimus, atque ab hujusmodi vel ſimili præſumptione cunctos per omnia tempora inhibemus, quatinus abbas & monachi omnia illuc aſpicientia ſub noſtra tuitione, quo ordine quietiore poſſederint, eo liberius pro ſtatu imperii, noſtraque ſalute Deo vacent. Et ut hoc auctoritatis noſtræ præceptum firmum & ſtabile permaneat, anuli noſtri impreſſione ſignari juſſimus, & manu propria ſubtus firmavimus. Liutolfus cancellarius ad vicem Brunonis archicapellani recognovi. Data VII kalendas Februarii, anno in-
26. Jan. 963. carnationis Domini noſtri Jeſu Chriſti DCCCCLXIII, regnante pio imperatore Ottone anno XXVIII. Actum *Papiae* feliciter amen.

*Ded. Freb. Hujus * imperatoriæ majeſtatis præceptum Sylveſter Romanæ ſedis pontifex, mediante Gerbodonis abbatis induſtria, apoſtolica auctoritate confirmavit, qui de libertate ejusdem monaſterii tale decretum promulgavit.

LXXIIII.

LXXIII.

Privilegium Sylveſtri papae de libertate Laureshamenſis coenobii.

Sylvester epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, univerſis ſanctæ Dei eccleſiæ filiis. Notum fieri volumus, univerſis tam præſentibus quam futuris, abbatiam, quæ vocatur *Laureſham*, dominio regum ſive paparum ſolummodo ſubjectam antiquitus fuiſſe; poſt vero tam immutatione rerum, quam peccatis increſcentibus a priori ſtatu degeneraſſe, nunc autem a dilecto filio noſtro, Ottone cæſare auguſto, moniti per interventum Willigiſi Magontini archiepiſcopi, ac Franconis Wormacienſis epiſcopi, ſuorumque fidelium atque omnium ejusdem provinciæ epiſcoporum, ſimulque Berneharii Verdenſis epiſcopi, prædictam abbatiam ad priorem ſtatum noſtra auctoritate redire jubemus, atque frui libertate, quam antea habuiſſe manifeſtum eſt, hoc eſt, ut regum atque paparum tantum dominio ſubdatur, alienæ vero poteſtatis penitus fiat extorris. Cujus loci abbas ſive monachi, quam diu religioſe atque beate vixerint, cum quiete & pace, & absque contradictione cujuslibet perſonæ maneant. Si vero religionem reliquerint, ac negotiis illicitis ſæcularibusque operam dederint, a papa Romano monendos decernimus & corrigendos. A quo moniti ſi non emendantur, regiæ poteſtati deputamus. Hoc ergo noſtræ conſtitutionis privilegium ratum & inviolabile eſſe per omnia tempora volumus. Quod ſi quis irritum facere præſumpſerit, inprimis iram Dei incurrat, ſitque anathema maranatha. Scriptum per manus Petri notarii ac ſcrinarii ſanctæ Romanæ eccleſiæ, in menſe Octobri, indictione XIII. (a) Bene valete. Octob. 1000.

(a) Auctor chronici hujus Laurish. ad Ottonis I ætatem retulit bullam Silveſtri, qui imperante Ottone III eccleſiæ Rom. demum præfuit, ab an. 999 ad 1003. Convenit cum hoc tempore Willigiſi & Franconis epiſcopatus, non cum Ottonis I imperio.

Addidit quoque idem imperator præfato monaſterio mercatum & theloneum in *Wezenloch* hoc modo.

LXXIV.

* Omiſit Freherus

*Praeceptum * Ottonis de mercato in Wezenloch.*

In nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis. OTTO divina auxiliante clementia imperator Auguſtus. Noverit omnium fidelium noſtrorum, tam præſentium quam futurorum, induſtria, qualiter nos ob mercedem retributionis divinæ interventu dilectæ conjugis noſtræ ADELHEIDÆ venerabili abbati Gerbodoni fideli noſtro, qui cœnobio ſancti Nazarii in *Laureſham* præeſſe videtur, in quadam ejusdem cœnobii villa *Wezinloch* nominata, in *comitatu* CUNRADI COMITIS, mercatum publicum fieri conceſſimus, & quicquid in thelonei lucris, vel alia aliqua utilitate exinde proventurum eſſe videtur, ad ſervitium Sti Michaelis in *Abramesberg* ſeu ſancti Nazarii in *Laureſham* imperatoriæ noſtræ largitatis munificentia donavimus. Et ut hoc auctoritatis noſtræ donum ſive præceptum ſtabile & inconcuſſum permaneat, hanc chartam conſcribi, & anuli noſtri impreſſione ſignari juſſimus. Liudolfus cancellarius ad vicem Brunonis archicapellani recognovi. Data II nonas
6. Maj. 965. Maji, anno incarnationis Dominicæ DCCCCLXV, indictione VIII, anno regni domini Ottonis XXX, imperii vero IIII. Actum *Hereſtein* palatio in Dei nomine feliciter amen. Otto Dei gratia imperator auguſtus.

De ſtatu eccleſiae in Empele.

*Ded. Freh. His * & hujusmodi imperialis munificentiæ privilegiis reverendus abbas Gerbodo per interventum venerabilis ac Deo amabilis Adelheidæ imperatricis auguſtæ Laureshammenſe monaſterium priſtinæ libertati refor-

reformavit, & res ejusdem tam inteſtinis, quam extraneis cladibus quacunque diſperſas & profligatas recolligens redintegravit.

LXXV.

Unde & in pago *Dehſendron*, in *praeſidatu* Ansfridi comitis, in villa vocabulo *Empele*, eccleſiam quondam fundatam, ſed alluvione aquarum collapſam reædificavit, ſuper qua Eberkarus, Leodienſis eccleſiæ epiſcopus, facta ſynodali inquiſitione, quo loco fundata, qualiter dotata, quando diruta fuiſſet, ſi veſtitura ejus Laureshamenſi monaſterio cum decimis ſuis juſte ac legitime adtineret, canonico judicio ac ſeptem illuſtrium ex eodem comitatu virorum juramento diligenter inveſtigavit, eamque reædificatam in honore ſancti Nazarii & ſancti Lamberti martyrum kalendis Octobris conſecrans dedicavit, & decimas epiſcopali juſtitiæ tum adiucatas ſub teſtimonio totius ſynodalis conventus Laureshamenſis cœnobii juri & dominio ad ejusdem eccleſiæ titulum perpetuo impendendas reſignavit. Teſtes Adelbertus corepiſcopus, Bubo Leodicenſis præpoſitus, Irimbolt, Wodilbalt Laureshamenſis præpoſitus, & alii multi. Actum *Leodii*, anno ab incarnatione Domini noſtri Jeſu Chriſti DCCCCLXVIIII, indictione XII, anno vero regni Ottonis sereniſſimi regis XXXIIII, imperii autem ipſius VIII. * Ego itaque Berchthath dei vocatione monachus atque indignus diaconus hanc chartam actionis deſcripſi, diemque & tempus, ut ſupra, notavi.

969.

* Omis. ſeqq. Freherus.

Eodem tempore quidam Ratherus & uxor ejus Eggeburg res proprietatis ſuæ in *Hantscuesheim* ſancto Nazario tradiderunt, & res ejusdem cœnobii ſubternotatas ad dies vitæ in beneficium receperunt.

LXXVI.

Donatio Ratheri & Eggeburgae in Hantscuesheim.

Ego in Dei nomine Rathere & uxor mea nomine Eggeburg donamus ad ſanctum Dei martyrem Nazarium, qui requieſcit in corpore in *pago Renenſe*, in monaſterio *Laureſham*, ſuper fluvium *Wisgoz*, ubi venerabilis abbas *Gerbodo* regulariter præeſſe videtur, quicquid in *Hautscuesheimero* marcha viſi ſumus habere, cum omnibus juſte ac legitime illuc pertinentibus, terris & locis, curtilibus, agris, pratis, ſylvis, campis, paſcuis, aquis, aquarumve decurſibus, cultis locis & incultis, mobilibus rebus & immobilibus, viis & inviis, exitibus & reditibus, nihil extra prætermittentes, ſed omne, quicquid dici aut nominari poteſt, de proprio jure in jus & dominium præfati martyris, rectorumque ipſius monaſterii transfundimus perpetualiter poſſidendum, ea ſcilicet ratione, ut a die præſente poſſideant & excolant, & liberam ac firmam in omnibus poteſtatem habeant, absque præjudicio & inquietudine alicujus, commutandi, diſtrahendi, vel quicquid ſibi libuerit inde faciendi. Econtra vero ex præfati abbatis & fratrum ſuorum benevolentia & conſenſu in beneficio recepimus, in *Liuthereshuſen* jjj hobas, & dominicalem decimationem, & in *Niwenheim* jjj hubas & dimidiam & decimationem ad eandem eccleſiam pertinentem, hoc videlicet pacto, ut deinceps nihil omnino prænominatarum rerum nobis vendicemus, ſed in uſus monaſterii ſtatim conferamus, illas vero res, quas in beneficium accepimus, ad dies vitæ noſtræ, ſine impedimento & contradictione habeamus & poſſideamus & nihil inde minuere aut deteriorare aliquem permittamus, ſed augere & meliorare in omnibus ſtudeamus. Poſt deceſſum vero utriusque noſtrum memoratæ res cum omni integritate ad prædictum revertantur monaſterium. Actum publice in
2. Dec. 968. *Liuthereshuſen* IIII nonas Decembris, anno ab incarnatione Do-

Domini DCCCCLXVIII, indictione XI, regnante Ottone imperatore auguſto anno XXXIII, imperii autem ejus VI. Signum Ratheri & uxoris ejus Egginburgæ. Signum Gerbodonis abbatis. Signum advocati Liutheri & advocati Burchardi & aliorum. Ego Salemannus indignus monachus & diaconus ſcripſi, diemque & tempus, ut ſupra, notavi.

LXXVII.

Donatio, quam fecit Adalhoch in Scarra.

Notum ſit omnibus, præſentibus ſcilicet & futuris, qualiter ego Adalhoch pro amore Dei & ſancti Nazarii martyris Chriſti, ſeu etiam pro remedio animæ meæ rem proprietatis meæ in *pago Lobodonenſe*, in *comitatu* Cunradi, in loco nuncupato *Scarra*, quicquid in eodem loco proprietatis habere viſus ſum, in terra culta & inculta, in pratis, ſylvis atque mancipiis duodecim ad prædicti martyris locum tradidi integre & inconvulſe. Poſtea vero ex venerabilis Gerbodonis abbatis omniumque fratrum ac fidelium ejusdem monaſterii benivolentia & conſenſu ipſas res a me traditas, & inſuper, quicquid juris ſancti Nazarii fuit, in *Suenheim* & *Rod*, ad dies vitæ meæ in beneficium accepi, quatinus utrasque res absque præjudicio & inquietudine poſſideam & excolam, & nihil inde minuere aut deteriorare permittam, ſed augere & meliorare ſtudeam. Poſt diſceſſum vero meum utræque res melioratæ & auctæ ad ſanctum Nazarium revertantur. Actum in *Laureſham*, anno incarnationis Dominicæ DCCCCLXIIII, Ottone regnante XXVII, ſub die II nonas Februarii. Signum 4. Febr. 964.
Gerbodonis abbatis. Signum Volradi & aliorum. Ego indignus monachus Thancradus hanc preſtariam ſcripſi, diemque & tempus, ut ſupra, titulavi.

*Ded. Freh. Anno * Dominicæ incarnationis DCCCCLXX. Gerbodone palmam ſupernæ vocationis adepto, Salemannus, vir Deo dignus, divina, humanaque ſapientia plenus, ac omni bonitate conſpicuus, ex aſſenſu ſereniſſimorum imperatorum OTTONIS & filii ejus, omniumque fratrum ac familiæ conniventia paſtor & rector eidem loco præficitur; qui inter multa ac magnifica pietatis opera, quæ per ſingula longum eſt enarrare, juſſit tabulam ad altare principale auro, gemmisque pretioſiſſimis adornari, & crucem magnam ſimili operis ſcemate parari, frontem quoque ciborii ſuper requiem martyris verſus altare reſpicientem auro puriſſimo veſtiri, & tres libros ex ebore & argento mirifice venuſtari, moralia in tribus voluminibus complevit, duos nolarum circulos argenteos eccleſiaſtico ornatui adjecit, ſtrata pavimenti finetenus perfecit. Poſtremo jam ſenio confectus, juvenilem tertii OTTONIS imperatoris offenſam, qua eum fruſtra impetebat, non ſuſtinens, monaſterii curam reſignavit, & quod reliquum in carne vixit temporis, habitavit ſecum. Rexit hunc locum annis XXVII. Hic in principio *introitus* ſui quartum cœnobii ejusdem libertatis & immunitatis privilegium a divo imperatore Ottone impetravit.

LXXVIII.

* Omiſit Freher. *Praeceptum * quartum Ottonis de immunitate ejusdem coenobii.*

In nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis. OTTO Dei gratia rex Francorum & Longobardorum ac patritius Romano-

rum.

rum. Notum ſit omnibus tam præſentibus quam & futuris fidelibus; qualiter ob amorem Dei & animæ noſtræ remedium abbatiam cœnobio *Lauresham* appendentem in unum deinceps eſſe collectam, & ipſum cœnobium regulari ordine, & abbate ſolide & inconvulſe per omnia ſemper vigere decrevimus; quapropter obſecrante venerabili abbate Salemanno, eidem monaſterio noſtra electione inthronizato, hoc noſtræ auctoritatis præceptum fieri voluimus, quo præcedentium auguſtorum, ſcilicet illuſtris & magni Caroli piique Hludovici benignitatem imitando, regularem monachis illius monaſterii de abbate electionem indulgemus, & ipſam abbatiam ex integro poteſtati abbatum ad communem utilitatem monachorum Deo ibi famulantium ſubdimus. Statuimus etiam epiſcopum, in cujus parochia ſitum eſt ipſum monaſterium, ex qualibet occaſione ibi irrumpere ſeu monachos irrationabiliter inquietare non debere, nec ex rebus monaſterii in omni imperii noſtri ditione thelonei exactionem fieri, nec publicum judicem ſeu quemlibet ex judiciaria poteſtate vel aliam aliquam perſonam quicquam poteſtatis aut negotii ſine voluntate aut permiſſu abbatis in omnibus ſæpedicti monaſterii rebus habere vel exercere. Quicquid jus fiſci inde exigere potuerat, ex integro in uſus monaſterii cedere præcipimus, homines quoque ingenuos ſeu ſervos, in poſſeſſionibus monaſterii commanentes, diſtringere, ſive ipſas poſſeſſiones contra abbatis decretum intrare, ſeu ad cauſas audiendas, ſeu manſiones faciendas, aut freda vel tributa exigenda, vel ullam in aliquo violentiam faciendam, omnibus omnino hominibus per hanc noſtræ immunitatis conſcriptionem prorſus interdicimus, atque ab hujusmodi vel ſimili præſumptione cunctos per omnia tempora inhibemus, quatinus abbas & monachi omnia illuc aſpicientia ſub noſtra tuitione, quo quietiori ordine poſſederint, eo liberius pro ſtatu imperii, noſtraque ſalute Deo vacent. Et ut hoc auctoritatis noſtræ præceptum firmum & ſtabile permaneat,

maneat, anuli noſtri impreſſione ſignari juſſimus, & manu propria ſubtus firmavimus. Willigiſus cancellarius ad vicem Rutberti archicapellani recognovi. Data VI kalendas Januarias, anno ab incarnatione Domini noſtri Jeſu Chriſti
27. Dec. 972. DCCCCLXXII, indictione XV, regnante pio imperatore Ottone anno XXXVII. Actum *Franconfurt* feliciter amen.

* Ded.Freh. Ottoni * magno imperatori auguſto ſucceſſit filius ejus Otto ſecundus, vivente adhuc patre Romæ Cæſar appellatus, & ob inſignia, quæ cum Sarracenis geſſit, prælia *pallida mors Sarracenorum* cognominatus. Hic etiam patris exemplo privilegium libertatis Laureshamenſi monaſterio rogatu præfati Salemanni abbatis tradidit.

LXXIX.

* Omiſit. *Praeceptum * Ottonis ſecundi de immunitate Laureshamenſi.*

In nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis. OTTO divina ordinante clementia imperator auguſtus. Notum ſit omnibus tam præſentibus quam & futuris fidelibus, qualiter ob amorem Dei & animæ noſtræ remedium abbatiam cœnobio Lauresham appendentem in unum deinceps eſſe collectam, & ipſum cœnobium regulari ordine & abbate ſolide & inconvulſe per omnia ſemper vigere decrevimus. Quapropter ob interventum dilectiſſimæ genitricis noſtræ ADELHEIDÆ venerabili abbati Salemanno, eidem monaſterio noſtra electione inthronizato, hoc noſtræ auctoritatis præceptum fieri voluimus, quo præcedentium auguſtorum, ſcilicet illuſtris & magni CAROLI, piique genitoris noſtri benignitatem imitando, regularem monachis illius monaſterii de abbate electionem indulgemus, &

ipſam

ipſam abbatiam ex integro poteſtati abbatum ad communem monachorum utilitatem Deo ibi famulantium ſubdimus. Statuimus etiam epiſcopum, in cujus parochia ſitum eſt monaſterium, ex qualibet occaſione ibi irrumpere ſeu monachos irrationabiliter inquietare non debere, nec ex rebus monaſterii in omni imperii noſtri ditione thelonei exactionem fieri, nec publicum judicem, ſeu quemlibet ex judiciaria poteſtate, vel aliquam aliam perſonam quicquam poteſtatis aut negotii ſine voluntate ac permiſſu abbatis in omnibus ſæpedicti monaſterii rebus habere vel exercere. Quicquid vero jus fiſci exinde exigere potuerat, ex integro in uſus monaſterii cedere præcipimus, homines quoque ingenuos ſeu ſervos, in poſſeſſionibus monaſterii commanentes, diſtringere, ſive ipſas poſſeſſiones contra abbatis decretum intrare, ſeu ad cauſas audiendas, ſeu manſiones faciendas, aut freda vel tributa exigenda, vel ullam in aliquo violentiam faciendam, omnibus omnino hominibus per hanc noſtræ immunitatis conſcriptionem prorſus interdicimus, atque ab hujuſmodi vel ſimili præſumptione cunctos per omnia tempora inhibemus, quatinus abbas & monachi omnia illuc aſpicientia ſub noſtra tuitione, quo ordine quietiore poſſederint, eo liberius pro ſtatu imperii, noſtraque ſalute Deo vacent. Et ut hoc auctoritatis noſtra praeceptum firmum & ſtabile permaneat, anuli noſtri impreſſione ſignari juſſimus, & manu propria ſubtus firmavimus. Willigiſus cancellarius ad vicem Rutperti archicapellani recognovi. Data XV kalendas Julii, anno Dominicæ incarnationis DCCCCLXXV, 17. Jun. 975.
anno vero regni Ottonis XIII, imperii autem ejus V. Actum *Wormatiae* feliciter amen.

Hoc * quoque imperatoriæ majeſtatis præceptum Benedictus papa apoſtolica auctoritate commendavit & roboravit. * Ded. Freh.

LXXX.

* Omiſit.

*Benedicti * papae de libertate Laureshamenſis eccleſiae.*

BENEDICTUS epiſcopus ſervus ſervorum Dei dilectiſſimo in Domino filio, Salemanno religioſo abbati venerabilis Laurehamenſis eccleſiæ, & per te in eodem venerabili monaſterio, tuisque ſucceſſoribus in perpetuum. Quoniam concedenda ſunt, quæ rationabilibus deſideriis pertinere noſcuntur, noſtri apoſtolatus auctoritas, ad corroborandam piam devotionem ſancta loca conſtruentium, in præſtandis privilegiis debet minime abnegari. Igitur quia excellentia ſpiritualis filii noſtri domini OTTONIS piiſſimi imperatoris auguſti poſtulavit a nobis, quatinus monaſterium Laureſham, quod conſtructum eſſe certum eſt a piiſſimis imperatoribus CAROLO magno, filioque ejus LUDOVICO, eorundemque ſucceſſoribus, ubi modo venerabilis abbas Salemannus regulari inſtitutione præeſſe videtur, privilegiis ſanctæ Romanæ & apoſtolicæ ſedis modis omnibus decoretur. Scilicet, ut nullius juri & dictioni ſubmittatur, & ideo piis deſideriis ſpiritualis filii noſtri faventes, hac noſtra apoſtolica auctoritate decernimus, id ipſum præfatum monaſterium a modo & usque in finem ſæculi ſub patrocinio ſanctæ Romanæ & apoſtolicæ matris eccleſiæ cum omnibus, quæ ad illud pertinent, permanendum. Decernimus namque ſub divini judicii obteſtatione, & beati Petri, apoſtolorum principis, noſtræque auctoritatis interdictione, ut nullus in aliquo gradu conſtitutus, vel in quolibet ordine aut miniſterio audeat moleſte cauſis ejusdem monaſterii incumbere, aut de rebus & poſſeſſionibus quoquo modo auferre, aut alienare, ſeu ipſos monachos inibi Deo ſervientes inquietare præſumat, nec quamlibet malitiam & jacturæ moleſtiam ibidem inferre conetur, dum profecto illud, ut ſæpe prædictum eſt, firma ſtabilitate ſub patrocinio & juris ditione ſanctæ noſtræ Romanæ matris eccleſiæ permanendum ſancimus. Addimus inſuper

poſt

poſt obitum abbatis, ut nemo ibidem abbatem conſtituat, niſi quem conſenſus & communis voluntas ibidem regulariter viventium ex ipſa congregatione elegerit, nullumque præmium ſive donum pro conſecratione illius abbatis, qui tunc temporis fuerit præſul, accipere contendat, & ſi eum gratis ordinare noluerit, vel a noſtra Romana matre eccleſia, vel a quolibet venerabili epiſcopo per noſtram auctoritatem libere ordinetur; promulgantes nempe & hoc auctoritate beatiſſimi Petri principis apoſtolorum coram Deo, & terribili ejus futuro examine per hujus noſtri epoſtolici privilegii conſtitutionem ſancimus, ut univerſa, quæ ab anteceſſoribus ſucceſſoribusque noſtris in rebus mobilibus & immobilibus conceſſa ſunt, nec non & poſſeſſiones, quæ a regibus & principibus, ſeu a quibuslibet Chriſti fidelibus collata ſunt, fuerintve in poſterum, inconcuſſa ſtabilitate ad jus & domininm Sti Nazarii martyris perpetuis temporibus perſeverent, nec licentia ſit, ut dictum eſt, ex omnibus eidem ſancto monaſterio pertinentibus, cuique magnæ, parvæque perſonæ diripere quicquam & auferre, ut profecto ad Dei laudem ſecurum & tranquillum juſte id, quod ſubjectum juri & patrocinio ſanctæ ſedis apoſtolicæ fore decrevimus, bene dotatum & in melius dotandum permaneat. Si quis autem, quod non optamus, nefario auſu præſumpſerit, hæc, quæ a nobis ad honorificentiam Domini Dei & Salvatoris noſtri pro ſtabilitate ipſius monaſterii & quiete monachorum ſtatuta ſunt, transgredi, ſciat ſe anathematis vinculo innodatum. & cum diabolo & omnibus impiis æterni incendii atrociſſimo ſupplitio deputatum. At vero, qui pio intuitu cuſtos & obſervator eorum extiterit, omnimodæ benedictionis gratiam, omniumque peccatorum ſuorum abſolutionem & indulgentiam & cœleſtis vitæ beatitudinem cum ſanctis & electis omnibus a miſericordiſſimo Domino Deo noſtro conſequi mereatur in ſæcula ſæculorum amen. Scriptum per manum Stephani notarii & regionarii & ſcriniarii ſanctæ

Ro-

Romanæ eccleſiæ in menſe Januario & indictione undecima, bene valete. Data III kalendas Januarii per manum Stephani Dei providentia primicerii ſanctæ ſedis apoſtolicæ, anno pontificatus domini noſtri Benedicti ſanctiſſimi ſeptimi papæ nono, imperatore domino noſtro OTTONE & pacificio imperatore, anno quinto decimo, in menſe Januario & indictione ſupra ſcripta undecima.

30. Dec. 982.

*Ded.Freh. OTTO * ſecundus hujus nominis imperator, Romæ mortuus, in paradiſo ſancti Petri condigno honore ſepelitur. Hujus filio patris æquivoco admodum parvulo, & necdum pargi gubernaculis apto, reſpublica per venerabilem Adelheidem, aviam ſuam, & imperatricem Theophaniam, matrem ſuam, nobiliter amminiſtrata eſt, quouſque puer ipſe, litteris divinis & humanis adprime inſtructus, ad tantæ virtutis inſigne emicuit, ut *mirabilia mundi* appellaretur. Hic patris avique proſequens veſtigia, libertatem Laureshamenſis monaſterii interventu Salemanni abbatis ſua quoque auctoritate roboravit.

LXXXI.

*Omiſit. *Ottonis * tertii de immunitate Laureshammenſis eccleſiae.*

In nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis. OTTO divina favente clementia rex. Si erga loca divinis cultibus mancipata, propter amorem Dei, ejuſque in eiſdem locis ſibi famulantes beneficia oportuna largimur, præmium nobis apud Dominum æternae remunerationis rependi non diffidimus. Quapropter noverit inſerta ſagacitas ſeu utilitas omnium fidelium noſtrorum, tam praeſentium quam & futurorum, quia vir venerabilis Salemannns abba ex monaſterio Laureshammo, quod

quod eſt conſtructum in honore beatorum apoſtolorum Petri, & Pauli, ubi & ſanctus Nazarius martyr corpore requieſcit, quod eſt ſitum in *pago Reninſe*, ſuper fluvium *Wisgoz*, obtulit obtutibus noſtris auctoritatem immunitatis domni & genitoris noſtri bonae memoriae Ottonis, imperatoris auguſti, qualiter idem genitor noſter ipſum monaſterium ob amorem Dei, tranquilitatemque fratrum ibidem conſiſtentium, ſemper ſub pleniſſima tuitione & immunitatis defenſione ab omni inquietudine judiciariae poteſtatis conſiſtere feciſſet, propter ſirmitatem tamen rei poſtulavit nos praedictus Salemannus abba, ut paternum morem ſequentes hujuſcemodi noſtrae immunitatis praeceptum ob reverentiam ſancti Nazarii martyris, qui ibidem corpore requieſcit, circa ipſum monaſterium fieri cenſeremus. Cujus petitioni ob conſilium & interventionem dilectae aviae noſtrae Adelheidis ac chariſſimae genitricis noſtrae Theophanu, imperatricum videlicet auguſtarum, nec non & fidelium noſtrorum Willigiſi Mogontinae ſedis venerabilis archiepiſcopi, atque Hildibaldi Wormatienſis cleri honorandi praeſulis, libenter aſſenſum praebuimus, & hoc noſtrae auctoritatis praeceptum erga ipſum monaſterium & monachos ibidem Deo militantes, immunitatis atque tuitionis ac firmitatis gratia, pro divini cultus amore & animae noſtrae remedio, fieri decrevimus, per quod praecipimus atque jubemus, ut nullus judex publicus vel quislibet ex judiciaria poteſtate, aut ullus ex fidelibus noſtris tam praeſentibus quam & futuris in eccleſias aut loca vel agros ſeu reliquas poſſeſſiones praedicti monaſterii, quas moderno tempore in quibuslibet pagis vel territoriis infra ditionem regni noſtri juſte & legaliter poſſidet, vel quae deinceps a catholicis viris eidem collatae fuerint monaſterio, ad cauſas audiendas, vel freda aut tributa exigenda, aut manſiones vel paratas faciendas, aut fidejuſſores tollendos, aut homines ipſius monaſterii, tam ingenuos quam ſervos, ſuper terram ipſius com-

S manen-

manentes, injuſte diſtringendos, nec ullas redibitiones, aut illicitas occaſiones requirendas, noſtris nec futuris temporibus ingredi audeat, nec ea, quae ſupra memorata ſunt, penitus exigere praeſumat, ſed liceat memorato abbati, ſuisque ſucceſſoribus res praedicti monaſterii ſub immunitatis noſtrae defenſione quieto ordine poſſidere. Quicquid etiam exinde jus fiſci exigere poterat, in integrum eidem conceſſimus monaſterio, ſcilicet, ut in alimoniam pauperum & ſtipendia monachorum ibidem Deo famulantium, perennibus temporibus proficiat in augmentis. Et quandoquidem divina vocatione ſupra dictus abba vel ſucceſſores ejus de hac luce migraverint, quamdiu ipſi monachi inter ſe tales invenire potuerint, qui ipſam congregationem ſecundum regulam ſancti Benedicti regere valeant, per hanc noſtram auctoritatem & conſenſum, ſicut & eis dominus & genitor noſter per ſuam auctoritatem conceſſit. licentiam habeant eligendi abbates, quatinus ipſis ſervis Dei, qui ibidem Deo famulantur, pro eodem genitore noſtro, & pro nobis & ſtabilitate totius regni noſtri a Deo nobis collati, & ejus clementiſſima miſeratione per immenſum conſervandi, jugiter Domini miſericordiam exorare delectet. Et ut hæc auctoritas noſtris futuriſque temporibus Domino protegente valeat inconvulſa conſiſtere, manu noſtra ſubter firmavimus, & anuli noſtri impreſſione ſignari juſſimus. Hildibaldus epiſcopus & cancellarius vice Willigiſi archiepiſcopi & capellani
28. Nov. recognovi. Data IIII kalendas Decembris, anno Dominicæ
984. incarnationis DCCCCLXXXIIII, indictione XIII, anno vero regni tertii Ottonis *quarto.* (a) Actum in *Ingilenheim* in Dei nomine feliciter amen.

Ro-

(a) Non convenit annus quartus regni Ottonis III cum anno Chr. 984, quo datum hoc diploma legitur. Succeſſerat enim patri ſuo anno ſuperiore 983. Convenit autem appoſita indictio XIII, unde in an. regni vitium irrepſiſſe conjicimus.

Rogatu * quoque memorati abbatis Salemanni idem rex publicum mercatum in villa *Wezzenloch* conceſſit, & tali præcepto confirmavit. * Dedit Freherus.

LXXXII.

*Ottonis * de mercato in Wezzenloch.*

In nomine ſanctae & individuae Trinitatis. OTTO divina favente clementia rex. Notum ſit omnibus fidelibus noſtris tam praeſentibus, quam & futuris, qualiter nos ob mercedem retributionis æternæ, volente & conſentiente domina & matre noſtra imperatrice THEOPHANU, interventuque fidelis noſtri ſanctæ Wormatienſis ſedis Hildibaldi epiſcopi & cancellarii, venerabili abbati Salemanno, qui cœnobio ſancti Nazarii in Lauresham præeſſe videtur, in quadam villa ejusdem cœnobii, *Wezinloch* dicta, in *comitatu* MEGINGAUDI, *filii Cunonis comitis*, mercatum publicum fieri conceſſimus, & quicquid exinde in thelonei lucris vel alia aliqua utilitate proventurum videtur, ad ſervitium ſancti Nazarii in Lauresham regalis noſtrae largitatis munificentia, ſicut divae memoriae dominus & avus noſter hoc ipſum promiſit & conceſſit, ita & nos in ejus nominis memoriam, noſtramque, ut diximus, retributionem damus & concedimus, nullumque id mutare, aut in aliquo vendicare permittimus. Et ut hoc noſtrae auctoritatis donum ſive praeceptum ſtabile & inconcuſſum permaneat, hanc chartam conſcribi & anuli noſtri impreſſione ſignari juſſimus, manuque propria ſubtus roboravimus. Hildibaldus cancellarius & epiſcopus vice Willigiſi archicapellani notavi. Data XVIIII kalendas Februarii, anno Dominicae incarnationis DCCCCLXXXVII, indictione XV, anno autem tertii Ottonis regnantis IIII. Actum *Ingiliuheim* in Chriſto feliciter. Amen.

* Omiſit ſeqq.

14. Jan. 987.

Sub eodem fere tempore Geriniu, matrona nobilis, res proprietatis in *Sahſſenheim* ſancto Nazario tradidit, & hujusmodi ſtabilivit teſtamento.

LXXXIII.

Donatio dominae Gerniu in Sahſſenheim.

Dominus ac redemptor noſter mortalitatis noſtrae particeps fieri dignatus, ſummae ſalutis viam nobis oſtendit, dicens: date elemoſinam & omnia munda ſunt vobis. Cujus ſponſionis ſpem ego ancilla Dei nomine Geriniv laeto corde ſuscipiens, res proprietatis meae pro Dei timore pariter & amore trado ad ſanctum ejus martyrem Nazarium, qui requieſcit corpore in *pago Rinenſe*, in monaſterio *Laureſham* dicto, ſuper fluvium *Wisgoz* ſito, in quo venerabilis Salemannus abbas cum devota monachorum caterva ſub regula ſancti Benedicti ſemper in Dei ſervitute ſtudere dinoſcitur; hoc eſt, quicquid in *pago Lobodinenſe* & in *comitatu* Megingaudi, in *Sahſſenheimeromarcun*, poſſidere videor, duas ſcilicet partes baſilicae, hubas dominicales iiij, ſerviles vjjj, manſos v, nemus dimidium, molendinum unum, xl jugera vinearum, xj, jugera pratorum, cum omnibus, quæ ad ipſas hubas pertinent, domibus videlicet, cæteriſque ædificiis, terris, pratis, vineis paſcuis, campis, ſylvis, aquis aquarumve decurſibus, exitibus & reditibus, cultis locis & incultis, mobilibus rebus & immobilibus, aut quicquid in eis nominari poteſt, aut non poteſt, una cum mancipiis xxx, cunctaque eorum poſteritate diverſi ſexus & ætatis. Haec omnia praenominata in jus ac dominium ſancti Nazarii, rectorumque ipſius monaſterii perpetualiter poſſidenda dono ac promptiſſima voluntate confirmo, res autem praefatas mihi in beneficium praeſtari, resque praedicti monaſterii cum piiſſimi abbatis, totiusque fratrum congre-

gre-

gregationis aſſenſu id placitum, quamdiu in hac vita vixero, concedi deſiderans, meae voluntati per omnia eſſe ſatisfactum publice affirmo. Nam in memorato pago & in villa *Liutershuſon* baſilica cum curte dominicali, hubae jjjj dominicales, xvjjjj, ſerviles, manſi x, nemus unum, tria molendina, unacum mancipiis LXXX, mihi ad dies vitae meae beneficiantur, eo tamen pacto, ut ſingulis annis de his, quae ipſa tradideram, duos denarios in cenſum reddere debeam & poſt obitum meum utraeque res integre ſine ullius perſonae contradictione ad praedictum locum recipiantur. Actum in monaſterio *Laureſham*, anno Dominicae incarnationis DCCCCLXXXVIIII, 28. Sept. die IIII kalendarum Octobrium, regnante tertio Ottone rege 989. anno VI, ipſo praeſente & ad verba Wiligiſi archiepiſcopi, & domini Ottonis, filiorumque ejus Heinrici & Cunradi, nec non & Heremanni palatini comitis, eandem traditionem comprobante, coram teſtibus ſubnotatis. Signum Salemanni abbatis, qui hanc chartulam ſcribi praecepit. Signum domnae Geriniv, quae fieri rogavit. Ego Hetti presbiter & monachus vidi & ſubſcripſi, & alii multi. Ego Egizo indignus ſubdiaconus & monachus juſſu venerandi abbatis Salemanni hanc precariam ſcripſi, diemque & tempus, ut ſupra, notavi.

Item præceptum ejusdem Ottonis de mercato in *Steine*.

LXXXIV.

Ottonis de mercato in Steine.

In nomine ſanctae & individuae Trinitatis. Otto divina favente clementia rex. Noverit omnium fidelium noſtrorum tam praeſentium quam & futurorum induſtria, quomodo nos per interventum & petitionem Salemanni, Laureshammenſis monaſterii venerabilis abbatis, in quodam loco *Steine* dicto

juxta Rheni fluvium ſito, in pago *Rinichgowe* vocato, & in *comitatu* CUNRADI DUCIS, mercatum eſſe conceſſimus, atque id ipſum mercatum cum omnibus utenſilibus ſuis ſancto Nazario pro remedio animæ noſtræ, parentumque noſtrorum in proprium tradidimus, ea videlicet ratione, ut præfatus abbas Salemannus, ejusque ſucceſſores jam dicti mercati utilitatem absque omni contradictione ad opus fratrum inibi Deo ſervientium accipiant. Et ut hæc noſtræ donationis auctoritas nunc & in futuro tempore firma conſiſtat, hoc præceptum inde conſcriptum ſigilli noſtri impreſſione inſigniri juſſimus, manuque propria, ut infra videtur, corroboravimus. Hildibaldus Epiſcopus & cancellarius vice Wiligiſi archiepiſcopi recognovi. Data in feſto ſancti Nazarii, anno Dominicæ incarnationis
28. Jul. 995. DCCCCXCV, indictione VIII, anno autem tertii Ottonis regnantis XII. Actum *Franconofurt* feliciter.

Talibus ac tantis, imperialibus videlicet & apoſtolicis, privilegiis Salemannus abbas eccleſiæ ſuæ & libertati conſulens, & uſui aliorum etiam per id temporis Romanorum pontificum, Johannis & Gregorii, privilegia expetiit, hunc modum continentia.

LXXXV.

Johannis (XV) papae de libertate Laureshammenſis eccleſiae.

JOHANNES epiſcopus ſervus ſervorum Dei, dilectiſſimo in Domino filio Salemanno, religioſo abbati venerabilis monaſterii, ubi ſancti Nazarii pretioſi martyris corpus requieſcit, in loco, qui dicitur *Laureſham*, qui eſt dedicatus in honore ſanctorum apoſtolorum Petri & Pauli & Sti Nazarii martyris ſimiliter conſecratus, ſucceſſoribusque tuis in perpetuum.

Con-

Convenit apoſtolico moderamini, pia religione pollentibus benivola charitate ſuccurrere & petentium animis alacri devotione impertiri aſſenſum. Ex hoc enim lucri potiſſimum præmium a conditore omnium reponitur Deo, quando venerabilia loca oportune ordinata ad meliorem fuerint ſine dubio ſtatum noſtra apoſtolica auctoritate perducta. Igitur, quia excellentiæ veſtræ laudabilis manſuetudo poſtulavit a nobis, quatinus pro amore dilecti filii noſtri domini Ottonis tertii imperatoris, & dilectæ matris ſuæ Theophanv, & dominæ Adelheidæ, aviæ ſuæ, ſpiritalium filiarum noſtrarum, concederemus, & confirmaremus, vobis veſtriſque ſucceſſoribus & poſteris, ut ſupra dictum eſt, præfatum monaſterium cum omnibus rebus mobilibus & immobilibus illuc pertinentibus, quæ dici & nominari poſſunt, a præſenti tertia indictione id ipſum ſacratiſſimum monaſterium permanendum ſtatuimus, & ſtatuendo confirmamus, ita, ut cuncta loca, urbana vel ruſtica, id eſt, fundis & caſalibus, caſis & villis, vinetis & terris, ſeu caſtellis, campis, pratis, paſcuis, ſylvis, ſaltibus, arboribus, pomiferis, fructiferis vel infructiferis, diverſi generis, puteis, fontibus, rivis, aquis, molendinis, piſcationibus, prædia culta & inculta, una cum colonis & famulis ſuis, cum decimis & ſolitis donationibus & univerſis rebus, quæ aliquo modo ad ipſum locum pertinent vel pertinere debent, a modo & uſque in finem ſæculi, ſicuti ab anteceſſore noſtro, domino Benedicto ſanctiſſimo ſeptimo Papa, per præcepti paginam vobis conceſſum eſt, ita & nos omnia in integrum per hoc noſtrum apoſtolicum privilegium, ex auctoritate beati Petri apoſtoli, cum omni ſecuritate & tranquilitate vobis & poſteris veſtris concedimus & confirmamus donandum perpetualiter. Poſt obitum vero abbatis nemo ibidem abbatem conſtituat, niſi quem conſenſus & communis voluntas fratrum ex ipſa congregatione elegerit. Statuimus etiam apoſtolica cenſura ſub divini judicii obteſtatione, & anathematis interdictu, ut nullus dux, nullus

lus comes, nullus archiepiſcopus vel epiſcopus, vel etiam quorumlibet hominum magna, parvaque pars præſumat eidem venerabili monaſterio damnum ſive moleſtiam inferre, ſive de rebus & poſſeſſionibus ipſius auferre vel alienare, ſed ſicut a nobis & confirmatum eſt, ita perennibus & perpetuis temporibus ſine aliqua imminutione liceat finetenus permanere. Si quis autem, quod non optamus, temerario auſu extiterit, qui contra hoc noſtrum apoſtolicæ confirmationis privilegium venire, aut in quoquam disrumpere præſumſerit, & ſicut ſupra a nobis confirmatum eſt, ita permanere non dimiſerit, ſciat ſe, niſi reſipiſcat, auctoritate Dei omnipotentis & beati Petri apoſtolorum principis, atque noſtra, qui ejus fungimur vicariatione, anathematis vinculo eſſe innodandum, atque cum Juda traditore Domini noſtri Jeſu Chriſti, & cum omnibus impiis in æterno incendio concremandum; qui vero pio intuitu cuſtos & obſervator extiterit, hujus noſtri apoſtolici confirmationis privilegii benedictionis gratiam a juſto judice Domino Deo noſtro conſequi mereatur in ſæcula ſæculorum amen. Scriptum per manum Stephani ſcriniarii ſacri palatii, in menſe Octobre & indictione III. Bene valete. Datum XIIII kalen-
19. Oct. 990. das Novemb. per manum Johannis epiſcopi ſanctæ Nepeſinæ eccleſiæ, & bibliotecarii ſanctæ ſedis apoſtolicæ, anno pontificatus domini noſtri Johannis ſanctiſſimi Papæ V, in menſe Octobre & indictione ſupra ſcripta III, imperante domino noſtro Ottone tertio imperatore.

LXXXVI.

Item Gregorii (V) papae de libertate Laureshamenſis eccleſiae.

GREGORIUS epiſcopus ſervus ſervorum Dei dilectiſſimo in domino filio Salemanno, religioſo abbati venerabilis Laureshamenſis eccleſiæ, & per te in eodem venerabili monaſterio

tuis-

tuisque ſucceſſoribus in perpetuum. Quoniam concedenda ſunt, quæ rationabilibus deſideriis pertinere noſcuntur, noſtri apoſtolatus auctoritas ad roborandam piam devotionem ſancta loca conſtruentium, in præſtandis privilegiis debet minime abnegari. Igitur quia excellentia ſpiritalis filii noſtri domini tertii Ottonis, piiſſimi imperatoris auguſti, poſtulavit a nobis, quatenus monaſterium Lauresham, quod conſtructum eſſe certum eſt a piiſſimis imperatoribus Carolo magno, filioque ejus Ludovvico, eorundemque ſucceſſoribus, ubi modo venerabilis abbas Salemannus regulari inſtitutione præeſſe videtur, privilegiis ſanctæ Romanæ & apoſtolicæ ſedis modis omnibus decoretur, ſcilicet, ut nullius juri & ditioni ſubmittatur; & ideo piis deſideriis ſpiritalis filii noſtri Ottonis faventes, hac noſtra apoſtolica auctoritate decernimus, id ipſum præfatum monaſterium a modo usque in finem ſæculi ſub patrocinio ſanctæ Romanæ & apoſtolicæ matris eccleſiæ cum omnibus, quæ ad illud pertinent, permanendum. Decernimus namqne ſub divini judicii obteſtatione, & beati Petri apoſtolorum principis, noſtræque humilitatis interdictione, ut nullus in aliquo gradu conſtitutus, vel in quolibet ordine & miniſterio audeat moleſte cauſis ejusdem monaſterii incumbere, aut de rebus & poſſeſſionibus quoquo modo auferre, aut alienare, ſeu monachos inibi Deo ſervientes inquietare præſumat, nec quamlibet malitiam, aut jacturæ moleſtiam ibidem inferre conetur, dum profecto illud, ut ſæpe dictum eſt, firma ſtabilitate ſub patrocinio ac jurisdictione ſanctæ Romanæ matris eccleſiæ permanendum ſancimus. Addimus inſuper poſt obitum abbatis, ut nemo ibidem abbatem conſtituat, niſi quem conſenſus & communis voluntas fratrum ibidem regulariter viventium ex ipſa congregatione elegerit, nullumque præmium ſive donum pro conſecratione illius abbatis, qui tunc temporis fuerit, præſul accipere contendat: & ſi eum gratis ordinare noluerit, vel a noſtra Romana matre eccleſia, vel a quolibet vene-

rabili epiſcopo, per noſtram auctoritatem libere ordinetur; promulgantes nempe, & hoc auctoritate beatiſſimi Petri apoſtolorum principis coram Deo ac terribili futuro ejus examine, & per hujus noſtri apoſtolici privilegii conſtitutionem ſancimus, ut univerſa, quæ ab anteceſſoribus, ſucceſſoribusque noſtris in rebus mobilibus & immobilibus conceſſa ſunt, nec non & poſſeſſiones, quæ a regibus & principibus, ſeu a quibuslibet Chriſti fidelibus collata ſunt, fuerintve impoſterum, inconcuſſa ſtabilitate ad jus & dominium ſancti Nazarii martyris perpetuis temporibus perſeverent, nec licentia ſit, ut dictum eſt, ex omnibus eidem ſancto monaſterio pertinentibus, cuique magnæ parvæque perſonæ diripere quicquam vel auferre, ut profecto ad Dei laudem ſecurum & tranquillum juſte id, quod ſubjectum juri & patrocinio ſanctæ ſedis apoſtolicæ fore decrevimus, bene dotatum & in melius dotandum permaneat. Si quis autem, quod non optamus, nefario auſu præſumſerit hæc, quæ a nobis ad honorificentiam Domini Dei ac ſalvatoris noſtri pro ſtabilitate ipſius monaſterii & quiete monachorum ſtatuta ſunt, transgredi, ſciat ſe anathematis vinculo innodatum, & cum diabolo & omnibus impiis æterni incendii atrociſſimo ſupplitio deputatum; at vero, qui pio intuitu cuſtos & obſervator eorum extiterit, omnimodæ benedictionis gratiam, omniumque ſuorum peccatorum abſolutionem & indulgentiam, & cœleſtis vitæ beatitudinem cum ſanctis & electis a miſericordiſſimo Domino Deo noſtro conſequi mereatur in ſæcula ſæculorum amen. Bene valete. Scriptum per ma-
Apr. 998. nus Anacleti notarii ac ſcriniarii ſanctæ Romanæ eccleſiæ, in menſe Aprili, indictione XI regnante Domino noſtro Ottone tertio imperatore.

*Ded. Freh. ANno * Dominicæ incarnationis DCCCCLXXXXVII. Salemannus igitur abbas, vir eximii meriti, ſoli Deo placere deſiderans, relicta monaſterii cura, in qua &

& pro qua jugiter ſollicitus turbabatur erga plurima, theoricam quietem amplexus optimam partem elegit, nec multo poſt carne ſolutus migravit ad Dominum; cui Werinherus, cognomento pius, ex ipſa congregatione ſubſtituitur, omnibus quidem meritorum præconiis dignus, ſed nulli pietate ſecundus, expletisque duorum annorum curriculis, diem clauſit extremum. Hic a prædicto tertio Ottone imperatore præcepta de mercato in *Winenheim*, & moneta in *Brumat* impetravit.

LXXXVII.

*Ottonis * tertii de mercato in Winenheim.*

* Omiſit.

In nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis. OTTO ſuperna favente clementia Romanorum imperator auguſtus. Notum ſit omnibus fidelibus noſtris præſentibus atque futuris, quod nos interventu Werinherii venerabilis abbatis monaſterio, in quo ipſe venerabiliter præeſſe dinoſcitur, conceſſimus, perdonavimus, & ſtatuimus imperiali potentia, ut in quodam ſuæ eccleſiæ loco *Winenheim* publicum ſit mercatum, ita ut omnes negotiatores id ipſum mercatum ineuntes, negotiantes, ineundo & redeundo pacem obtineant, atque ut id ipſum mercatum ſemper in omni quarta feria frequentetur cum omni theloneo & banno, ſicut publicum mercatum in cæteris civitatibus & villis colitur, firma præcipimus auctoritate. Si quis igitur id ipſum mercatum frangere temptaverit, aut in aliqua re violaverit, ſciat ſe compoſiturum noſtrum imperialem bannum. Quod ut verius credatur ab omnibus, hanc paginam manu propria corroborantes ſigillari præcepimus. Heribertus vice Wiligiſi archiepiſcopi recognovi. Data III idus Junii, anno Dominicæ incarnationis M, indictione XIII, anno tertii Ottonis regnantis XVI, imperii quinto. Actum *Duelli*. 11. Jun. 1000.

LXXXVIII.

Ottonis tertii de moneta in Brumat.

In nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis. OTTO ſuperna ſavente gratia Romanorum imperator auguſtus. Notum ſit omnibus fidelibus noſtris, præſentibus atque futuris, qualiter nos interventu domini Werinherii, venerabilis abbatis, cœnobio Laureshamenſi, in quo ipſum præeſſe conſtituimus, imperiali auctoritate conceſſimus, atque ſtatuimus, ut publica fiat moneta, cum omni utilitate ſua, in loco *Brumagad* dicto, in *comitatu* EBERHARDI COMITIS, & in *pago Heliſaze*, eo tenore, ut probabiles denarii ibi fiant, & moneta ſemper in eodem loco habeatur ad uſum ſanctæ Laureshamenſis eccleſiæ ejusque rectoris. Et ut hæc traditionis perdonatio firmior permaneat, hanc paginam manu propria corroborantes ſigillari juſſimus. Heribertus cancellarius vice Willigiſi archiepiſcopi recognovi. Data III idus Junii, anno Dominicæ incar-
11. Jun. 1000. nationis M, indictione XIII, anno tertii OTTONIS regnantis XVI, imperii quinto. Actum in caſtro, quod dicitur *Duellum.*

* Ded.Freh. Anno * Dominicæ incarnationis DCCCCXCIX. Werinherus, ejusdem quidem nominis, ſed non ejusdem meriti, neque natalium ſuorum profeſſionisve dignitati religione reſpondens aut moribus, qui & dictante juſtitia & regia præſcribente cenſura infra annum dimidium, ſicut inconſiderate invectus, ita præcipitanter dejectus eſt, anno Dominicæ incarnationis M. Poſt quem ſubrogatur Geroldus, vir pietatis præcipuæ & magnæ in Chriſto reverentiæ, quique anteceſſorum ſuorum inſecutus veſtigia familiam ſibi creditam fideliter ac prudenter tribus annis & ſex menſibus guber-

bernavit, unde & ab Heinrico ſecundo privilegium libertatis eccleſiæ ſuæ impetravit.

Ottone tertio imperatore Roma defuncto, & per Heribertum Colonienſem archiepiſcopum atque Godefridum ducem Aquisgrani ſepulto, Heinricus dux Bawariorum, imperii faſcibus arreptis, Rex eligitur & Magontiæ ſolemniter ordinatur, cujus quanta fuerint juſtitiæ & pietatis inſignia, teſtatur illa nobilis, quam condidit, & in qua conditus eſt, Babenbergenſis eccleſia, ſiquidem tanto religionis amore ducebatur, ut *monachorum pater* appellaretur. Hic, ut prædictum eſt, rogatu Geroldi abbatis libertatem Laureshammenſis monaſterii ſuo quoque præcepto roboravit.

LXXXIX.

*Heinrici *ſecundi de immunitate Laureshammenſis eccleſiae.*

* Omiſit Freh.

In nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis. HEINRICUS divina favente clementia rex. Si erga loca divinis cultibus mancipata, ibique Deo ſervientibus aliqua pietatis opera impendimus, non ſolum ad regni noſtri ſtabiliorem, feliciorem-que ſtatum nobis prodeſſe ſapimus, verum etiam ad æternæ vitæ gaudia acquirenda nos inde juvari minime dubitamus. Quapropter noverit univerſitas fidelium noſtrorum, tam præſentium quam & futurorum, qualiter venerabilis abbas Geroldus, quem primo noſtræ ordinationis die per electionem fratrum monaſterio *Lauresham* dicto, quod eſt conſtructum in honore beatorum apoſtolorum Petri & Pauli, & ubi Stus Nazarius corporaliter jacet, pro ejusdem bona converſatione abbatem præeſſe fecimus, obtulit obtutibus noſtris confirmationem immunitatis dilectiſſimi ſenioris ac anteceſſoris noſtri,

bonæ memoriæ OTTONIS imperatoris auguſti, in qua continebatur, qualiter idem ſenior noſter ipſum monaſterium, ob amorem Dei devotionemque fratrum ibidem Deo ſervientium, ſemper ſub firmiſſima tuitione & immunitatis defenſione ab omni inquietudine judiciariæ poteſtatis conſiſtere feciſſet. Inſuper etiam rogavit nos idem prædictus abbas Geroldus, ut morem ſenioris noſtri ſequentes præceptum hujuſcemodi immunitatis ob reverentiam ſancti martyris Nazarii circa ipſum monaſterium fieri cenſeremus; cujus petitioni per interventum dilectæ conjugis noſtræ, videlicet Reginæ CUNEGUNDÆ, ac Willigiſi, Mogontinæ ſedis venerabilis archiepiſcopi, aſſenſum præbuimus, & hoc noſtræ auctoritatis præceptum erga ipſum monaſterium & monachos ibidem Deo militantes, immunitatis atque tuitionis gratia, pro divini cultus amore & animæ noſtræ remedio, fieri decrevimus, per quod præcipimus atque jubemus, ut nullus judex publicus, vel quislibet ex judiciaria poteſtate, aut ullus ex fidelibus noſtris, tam præſentibus quam & futuris, in eccleſias aut loca vel agros ſeu reliquas poſſeſſiones prædicti monaſterii, quas moderno tempore in quibuslibet pagis, vel territoriis infra ditionem regni noſtri juſte & legaliter poſſidet, vel quæ deinceps a catholicis viris eidem collatæ fuerint monaſterio, ad cauſas audiendas, vel freda aut tributa exigenda, aut manſiones vel paratas faciendas, aut fidejuſſores tollendos, aut homines ipſius monaſterii tam ingenuos, quam ſervos ſuper terram ipſius commanentes, injuſte diſtringendos, nec ullas redibitiones aut illicitas occaſiones requirendas, noſtris nec futuris temporibus ingredi audeat, nec ea, quæ ſupra memorata ſunt, penitus exigere præſumat. Liceat etiam memorato abbati, ſuisque ſucceſſoribus, res prædicti monaſterii ſub defenſione immunitatis noſtræ quieto ordine poſſidere. Quicquid etiam jus fiſci exinde exigere usque hac poterat, in integrum eidem conceſſimus monaſterio, ſcilicet, ut in alimoniam pauperum

rum & ſtipendia monachorum ibidem Deo famulantium perennibus temporibus proficiat in augmentis. Et quandoquidem divina vocatione ſupradictus abbas vel ſucceſſores ejus de hac luce migraverint, quam diu ipſi monachi inter ſe tales invenire potuerint, qui ipſam congregationem ſecundum regulam ſancti Benedicti regere valeant, per hanc auctoritatem noſtræ confirmationis, ſicut prius habebant ex conſenſu Ottonis imperatoris auguſti, licentiam habeant eligendi abbatem, quatinus ipſi ſervi Dei, qui ibidem Deo famulantur, pro nobis, dilectaque conjuge noſtra Cunigunda, ad Deum devotas preces effundant. Et ut hæc auctoritas noſtræ confirmationis hinc & in perpetuum firma permaneat, manu propria firmantes, ſigilli noſtri impreſſione ſignari juſſimus. Eigilbertus cancellarius vice Wiligiſi archicapellani recognovi. Data III kalendas Octobris, anno Dominicæ incarnationis MII, indictione I, anno vero domini Heinrici regis, primo. Actum in *Bruchſole*. 29. Sept. 1002.

Idem quoque rex quendam ſervum ſuum Benzonem cum poſteritate ſua ſancto Nazario tradidit hoc modo.

LXXXX.

Donatio Heinrici de quodam ſervo.

In nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis. Heinricus divina favente clementia rex. Omnibus Stæ Dei eccleſiæ fidelibus, præſentibus ſcilicet & futuris, notum fieri volumus, qualiter nos venerabilis Geroldi abbatis pio interventu quendam noſtri juris ſervum, nomine Benzo, una cum filiis ſuis, nec non & omni acquiſitione vel inquiſitione ſua Laureshammenſi eccleſiæ, ſub honore Sti Nazarii dedicatæ, æterna traditione accomodantes proprietavimus. Proinde per noſtram regalem jubemus potentiam, quatinus Laureshammenſis abbas

præ-

præſens ſive ſuccedens liberam dehinc habeat poteſtatem tenendi inveſtituram monaſterii, accipiendi, ſeu quicquid ſibi libeat de eodem ſervo, ejusque filiis, eorumque acquiſitione vel inquiſitione omnibus modis faciendi. Et ut hæc noſtræ traditionis auctoritas ſtabilis & inconvulſa permaneat, hanc chartam inde conſcriptam manu propria roborantes, ſigillo quoque noſtro inſigniri juſſimus. Eberhardus cancellarius vice
28. Jul. 1005. Wiligiſi archicapellani recognovi. Data V kalendas Auguſti, indictione III, anno Dominicæ incarnationis MV, anno vero domini Heinrici ſecundi regnantis V. Actum in *Pinga* feliciter amen.

* Ded. Freh. Anno * Dominicæ incarnationis... Poſt Geroldum Bobbo illuſtri natalium exortus proſapia, relicto ſæcularis militiæ baltheo, ad ipſius loci regimen provectus eſt, qui, quo magis fugiebat gloriam, eo magis aſſequebatur, affluentibus ſibi cum eccleſiaſticæ dignitatis incrementis, terrenarum facultatum ampliſſimis ſucceſſibus. Hic inter cætera memorabilia calicem aureum magni ponderis & pretii cum patena ſimul aurea, ſtolam quoque egregii operis auro contextam ad ornatum eccleſiæ contulit, ac præcepta complura de ſtatu & honore Laureshammenſis cœnobii ab Heinrico ſecundo rege, de quo ſupra diximus, accipere elaboravit. Præfuit eidem loco annis XIIII, ibidem quoque ſepultus.

LXXXXI.

* Omiſit. *Heinrici * de mercato in Oppenheim.*

In nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis. HEINRICUS divina favente clementia rex. Notum ſit omnibus noſtris fide-

fidelibus, præſentibus ſcilicet ac futuris, qualiter nos interventu atque petitione Bobbonis, Loresheimenſis abbatis, in quodam loco monaſterii ſive abbatiæ ſuæ, in honore ſancti Nazarii martyris conſtructæ, *Oppenheim* dicto, & in pago *Wormesveld*, in *comitatu* vero ZEIZOLFI COMITIS ſito, ſibi, ſuisque ſucceſſoribus, qui ibi pro tempore ordinati fuerint, licentiam mercatum conſtruendi, & mercimonia exercendi in omni ſabbatorum die, cum banno & theloneo, ſive cuncta publica functione, ejusque utilitate per hanc noſtram præceptalem paginam perpetuo jure concedimus atque largimur, ac de noſtro dominio in eorum dominium & poteſtatem omnino transfundimus, ea videlicet ratione, ut prædictus Bobbo abbas, ejusque ſucceſſores, præſcriptæ ſcilicet abbatiæ proviſores, de prænominato mercato, banno, theloneo, ſeu ejus utilitatibus dehinc liberam habeant poteſtatem, quicquid eis placuerit, faciendi, omnium hominum contradictione remota. Et ut hæc noſtræ donationis auctoritas ſtabilis & inconvulſa omni permaneat tempore, hoc præceptum inde conſcriptum manu propria corroborantes, ſigillo noſtro inſigniri juſſimus. Eberhardus cancellarius vice Wiligiſi archicapellani recognovi. Data pridie nonas Novembris, indictione VI, anno Dominicæ 4. Nov.
incarnationis MVIII, anno vero domini Heinrici ſecundi re- 1008.
gnantis VII. Actum *Treviris* feliciter amen.

LXXXXII.

Heinrici de banno foraſtis in Otenewalt.

In nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis. HEINRICUS divina favente clementia rex. Si noſtræ pietatis aurem, maxime in eccleſiaſticis rebus augendis, præbemus petitionibus noſtrorum fidelium, divinæ pietatis ſuper nos reſpectum magis inde credimus affuturum, eosque circa nos ſagaciores ſerviendo efficimus ac devotiores. Quapropter omnium tam præſentium

quam futurorum noſcat induſtria, quod Bobbo, ſancti Laureshamenſis cœnobii venerabilis abbas, noſtræ celſitudinis adiit culmen, ſibi ſuæque eccleſiæ, in honore ſanctorum martyrum conſecratæ, Naboris & Nazarii, exorans foreſtem bannumque ſylvarum concedi; cui pium præbentes aſſenſum foreſtem cum banno conceſſimus, ab aquilone in *Cunthichun* tendentem, & inde ſurſum in longitudine in orientalem ſcilicet plagam per medium ſaltum, *Nobbenhuſon* dictum, & inde ſe habentem ad rivum, qui dicitur *Branbach*, usque ad arborem *Lachbuocha* dictam, inde vero in meridianam plagam ad *Lutram*, atque inde deorſum usque in fluvium *Nekar* dictum, inde autem usque ad villam *Niwenheim*, hinc vero deorſum ad villam *Bikinbach* dictam, iſtinc autem ad aliam villam *Richinbach* vocatam, & ſic quidem per deorſum usque ad locum *Cunthichun* primitus dictum, eo rationis tenore, ut ipſe prædictus abbas ſibique ſuccedentes in perpetuum habeant atque poſſideant, nullusque in ea ſine ipſius licentia venandi aut capiendi aliquid poteſtatem habeat. Hæc ergo quo firmius atque inconvulſius per futura tempora poſſint perſiſtere, propria manu firmantes, inſigniri juſſimus ſigilli noſtri impreſſione. Guntherius cancellarius vice Erchambaldi archicapellani recognovi.
12. Maj. 1012. Data IIII idus Maji, indictione X, anno Dominicæ incarnationis MXII, anno vero domini ſecundi Heinrici regnantis X. Actum *Babenberg* feliciter amen.

LXXXXIII.

Item de terminis ejusdem foraſtis.

Siquis vero ſcire deſiderat evidentius, quorſum tendat foreſtis bannus in ſylva *Ottenewalt*, Laureshammenſi eccleſiæ regia auctoritate conceſſus, ſubdeterminata loca vallium, montium, ſaltuum, rivulorum, fluminum, arborum diligenter conſideret. Tenet namque bannum in loco, qui dicitur *Get-*

winc

winc, inde ad montem *Malſcum*, inde extenditur ad *Velisberg*, deinde ad *Betenkiricha*, poſtea ad *Luddera*, deinde in *Wintercaſto*, dehinc in *Lutenhaha*, inde in *Eberbach*, poſt in *Gaſpenza*, inde in *Abbatisbach*, deinde ultra *Cuningesbach*, poſt in *Birkunhart*, tunc in *Kineicha*, deinde ultra fluvium *Miningaha*, poſt in *Widelebach*, deinde in *Branbach*; tunc *Maranbach*, inde in *Wallendenbrunno*, deinde ad magnam quercum, deinde per deſcenſum *Bramaha*, per *Vullonobach* aſcenſum, & per deſtructam *Vullonoburg*, inde in fluvium *Euteraha*, tunc per ejus deſcenſum in flumen *Nekar*, inde per deſcenſum *Nekar* usque *Niunheim*, inde in *plateam montium*, & per hanc usque ad ſupradictum locum *Getwinc*. Quisquis igitur in his locis vel infra hos terminos quippiam venationis ſeu piſcationis absque licentia Laureshammenſis abbatis exercere præſumpſerit, ſciat ſe ipſi abbati compoſiturum imperialem bannum.

LXXXXIV.

Concambium Heinrici in Ditenesheim & Tittingesheim pro Honoldesbach.

In nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis. HEINRICUS divina favente clementia rex. Si loca divinis obſequiis deputata debita devotione ſublimare ſtuduerimus, ad utriusque vitæ profectum nobis prodeſſe non ambigimus. Ideo univerſitati fidelium noſtrorum, præſentium ac futurorum, patere volumus, qualiter nos interventu & petitione Bobbonis, venerabilis abbatis ſanctæ Laureshammenſis eccleſiæ, cui ipſe loco abbatis præſidet, prædium quoddam noſtri juris ſtabili traditione pro concambio in proprium conceſſimus. Quicquid enim in his locis usque modo proprietatis obtinuimus, id eſt, in villa *Ditinisheim*, in pago *Moinekgouue*, in *comitatu* GERLAHI COMITIS ſita, & in reliqua villa *Tittingesheim* dicta, quæ

V 2 in

in pago *Nitigovve*, in *comitatu* RICBERTI COMITIS jacet, cum omnibus appertinentiis, mancipiis utriusque ſexus, terris cultis & incultis, paſcuis, pratis, omnibusque acquiſitis vel acquirendis, Deo, ſanctæque prædictæ Dei eccleſiæ devotione gratuita obtulimus, ea quidem ratione, quatinus prædictus abbas ejusdem loci, & reliqui ſui ſucceſſores idem prædium eccleſiaſtico jure obtineant, & quod inde placuerit, ad uſus eccleſiæ rationabiliter vertendi, noſtro conceſſu libera facultate potiantur, & per hoc quoddam ejusdem eccleſiæ prædium nomine *Honoldesbach* nobis mutuo concambivimus. Et ut hæc noſtræ commutationis auctoritas ſtabilis & inconvulſa permaneat, hanc regalis præcepti paginam inde conſcribi ac manu propria confirmantes ſigillo noſtro præcepimus inſigniri. Guntherius cancellarius vice Ercambaldi archicapellani recognovi.
2. Oct. 1013. Data VI nonas Octobris, indictione XI, anno Dominicæ incarnationis MXIII, anno vero domini Heinrici ſecundi regnantis XII. Actum *Babenberc* feliciter amen.

LXXXXV.

* Ded. Freh. inferius.

*Edictum * Heinrici inter Wormatienſem & Laureshamenſem familiam.*

In nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis. Ego HEINRICUS divina favente clementia Romanorum imperator auguſtus, notum facio omnibus ſanctæ Dei eccleſiæ fidelibus, tam præſentibus quam & futuris, qualiter aſſidua proclamatio noſtras aures inquietabat, ob inveteratas & frequentes contentiones, & ob inmarcidas inimicitias, quæ ſemper erant inter Wormatienſem epiſcopum & Laureshammenſem abbatem, & inter familias utrarumque eccleſiarum, quæ jam in tantum convaluerunt, ut etiam innumerabilia inter ſe fierent homicidia, & in hoc maximum detrimentum utraque pateretur eccleſia. Qua-

Quapropter cum conſilio meorum fidelium id ordinare diſpoſui, quomodo tantæ diſcordiæ temerariam præſumptionem inter utramque eccleſiam & earum familias nunc & impoſterum aut omnino diſſolverem, aut impunitam non relinquerem; inprimis præcepi, & ad hoc peragendum meos nuncios miſi, ut omnis injuſtitia, quæ jam per multa tempora ex utraque parte incorrecta remanſerat, ab advocatis illorum utrimque pleniter corrigeretur, & dehinc prævideant, ne talia apud illos ſic inveteraſcant; & ſi aliqua nova contentio inter illos exorta fuerit, volo, ut conveniant, & quam citiſſime poſſint, corrigant. Et ne talis ac tantæ ſeditionis audacia ſine digna ultione inter utrasque familias poſt remaneret; per hujus cartulæ præceptum iſtud conſtitui decretum. Si quis ex familia ſancti Petri Wormatienſis aliquem ex familia ſancti Nazarii, vel econtrario aliquis ex familia ſancti Nazarii quemquam ſervorum ſancti Petri inſequitur, & auſu temerario, & armata manu aliquem ad occidendum vel ad deprædandum ejus curtem ſive ejus domum infregerit, & eum impugnaverit, & ſi ille aut aufugerit, vel quoquo modo ab ejus poteſtate ſive impugnatione ſe liberaverit, aut ſi forte domi non fuerit, illi, qui hujus audaciæ & invaſionis dux & princeps fuerit, tollantur capilli & corium, & inſuper in utraque maxilla ferro ad hoc facto etiam candenti bene gretetur (cratetur) (a) & comburatur, reliqui ejus ſequaces cute & capillis priventur. Si autem ibi occiditur, omnes, qui hujus homicidii vel invaſionis participes ſunt, cute & capillis perditis ſupradicta combuſtione ſignentur, ac werigeldum occiſi domino ſuo auctor homicidii perſolvat, & cum proximis ejusdem interfecti reconciliationem faciat, & in quocunque loco aliquis ex utraque familia

 milia

(a) Utrumque habet codex, alterum in textu, alterum ſupra textum. Freherus dedit *caraxetur*, quod non in codice. Mediæ Latinitatis verbum eſt *cratare*, vel a Gallico *grater*, vel a Germ. *Grazzen.* Vid. *Cangii Gloſſar. med. Latin.* voce *cratare.*

milia ab utrisque innocens occiditur, homicida ſupradictæ ſententiæ ſubjaceat. Hanc vindictam, & iſtud meum conſtitutum advocatus, in cujus advocatione hoc evenerit, cum ſcientia epiſcopi & abbatis in præſentia nunciorum utrorumque fideliter adimpleat. Si vero advocatus aut mercede conductus, aut gratia commotus aliqua calliditate hæc decreta avertere voluerit, gratia noſtra & advocatione carebit, niſi ſuper ſacras reliquias hoc jurare audebit, quod eum, qui homicidii ſeu invaſionis illius reus eſt, nusquam acquirere poſſit, tamen, quam citiſſime poterit, acquirat, & ſi homicida ex familia epiſcopi eſt, & advocatus eum acquirere non potuerit vel noluerit, fideles abbatis, ſi poſſint, illum acquirant, & ad prædictam pœnam præſentibus nunciis utrorumque repræſentent; ſimiliter fiat ex parte epiſcopi. Et de ſervientibus epiſcopi & abbatis illud conſtituimus, ut ſi quis illorum tale aliquid fecerit, prædictæ pœnæ ſubjaceat, vel decem libris denariorum redimatur. Unum autem eſt, quod volo, jubeo & firmiter præcipio, ut rem ſemel bene ac recte definitam, nullus iterare vel renovare audeat. Si autem prædictus epiſcopus aut abbas hoc decretum annullare cupiat, mihi vel meo ſucceſſori duas libras auri perſolvat, conatum tamen ſuum nequaquam perficiat. Et ut hæc conſtitutio ſtabilis inconvulſaque permaneat, ſigilli noſtri impreſſione hanc chartam inſigniri juſſimus. Guntherius cancellarius vice Aribonis archi-
2. Dec. capellani recognovi. Data IIII nonas Decembris, indictione
1023. VI, anno Dominicæ incarnationis MXXIII, anno domini Heinrici ſecundi regnantis anno XXIII, imperii autem X. Actum in *Triburia* regia villa amen.

*Ded. Freh. Anno * Dominicæ incarnationis... Bobbone palmam ſupernæ vocationis aſſecuto Reginbaldus, vir juxta cor Domini electus, ſubrogatur, in ſpiritalis militiæ

ſtudiis

ſtudiis a puero educatus, & anteceſſorum exempla facile exequans, poſterorum forma ſpeculumque futurus. Qui adepto dignitatis gradu, inter cætera pietatis opera miſericordiæ, compaſſionisque viſceribus totus affluebat, adeo, ut inter beatos pauperes regnum cœlorum poſſidens, juſtitia ejus maneat in ſæculum ſæculi, & elemoſinas ejus enarret omnis eccleſia ſanctorum. Ad hoc etiam templi faciem coronis decoravit, chorum altius exſtructum deſuper arcubus fabrefactis augmentavit, altare ad crucem auro argentoque cinxit, inſuper theſaurum eccleſiæ in pluribus ampliavit. Monaſterium in *Abrinsberg*, in honore ſancti Michaelis archangeli a fundamentis incœptum, ædificavit, & monaſticis manſionibus congrue circumaptatis, fratribus ibidem Deo militantibus neceſſaria affatim procuravit, ipſamque eccleſiam crucibus & tabulis fabrefactis alio quam plurimo ornatu magnifice venuſtavit. Poſtea divina diſpenſante gratia, quæ glorificantes ſe glorificat, ob inſignem famæ meritorumque prærogativam a Cunrado rege ſecundo, de quo poſt dicturi ſumus, in cathedram Spirenſis eccleſiæ provectus eſt, dignus fungi ſacerdotio Domini, & habere laudem in nomine ipſius. Præſedit Laureshammenſi monaſterio annis. . .

Heinrico divæ memoriæ imperatore ſecundo de medio facto, deficiente regia prole, quæ regno ſuccederet, orta eſt inter principes non modica contentio, qua divinitus ſedata in Cunradum regem, quem dicunt de Weibelingen, convenit regni univerſalis electio,

ctio, a quo, ut ajunt, proceſſit adhuc permanens imperialis proſapia. Nam Cunradus genuit Heinricum III, Heinricus item Heinricum IIII, Heinricus quoque Heinricum V imperatores (a) Spiræ ſepultos; Fridericus dux ex ſorore Heinrici V Cunradum regem & Fridericum II ducem, Fridericus II dux Fridericum imperatorem. Inter hos omnes tantum medius erat Lotharius imperator, non hujus, ſed Saxonici generis. Hic itaque Cunradus ſecundus rex rogatu præfati Reginbaldi abbatis tradidit ſancto Nazario omne ſuum regale jus in mancipiis in *Gannita*.

LXXXXVI.

* Omiſit Freher.

Cunradi regis ſecundi de mancipiis ſui juris in Gannita.*

In nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis. CUNRADUS divina favente clementia rex. Si jura nobis regali potentia collata eccleſiis Dei benivola devotione concedimus, nobis hoc maxime ad ſtatum regni & ad remedium animæ noſtræ profuturum confidimus. Quapropter noverit omnium Chriſti, noſtrique fidelium tam præſens ætas, quam & ſucceſſura poſteritas, qualiter nos interventu ac petitione GISELÆ, conjugis noſtræ dilectiſſimæ videlicet reginæ, nec non ob aſſiduum, fideleque ſervitium Reginbaldi abbatis omne jus, quod ad noſtram regalem reſpicit manum in mancipiis, ad curtem *Gannita* pertinentibus, Lauriſhammenſi monaſterio, in honore ſancti Nazarii martyris conſtructo, cui idem venerabilis abbas præſidet, larga donatione conceſſimus; ea ſcilicet ratione, ut nullus comes, vicecomes, aut alia quælibet judicum

(a) Numeri hi Henricorum & Friderici ducis ſupra eorum nomina ſcripti ſunt, extra contextum ab alia quadam manu.

ciaria perſona in eisdem mancipiis aliquam deinceps habeat ſui juris exercendi poteſtatem, ſive ad placitum ſuum conſtringendi, ſeu bannum perſolvendi, niſi prædictus abbas, ſuique ſucceſſores, & quem ipſi advocatum elegerint. Et ut hæc noſtræ conceſſionis aucthoritas ſtabilis & inconvulſa omni permaneat ævo, hanc paginam inde conſcriptam manu propria roborantes, ſigilli noſtri impreſſione juſſimus inſigniri. Udalricus cancellarius vice Aribonis archicapellani recognovi. Data XVIII kalendas Decembris anno Dominicæ incarnationis 14. Nov.
MXXIIII, indictione VII, anno vero domini Cuonradi ſecundi 1024.
regnantis primo. Actum *Nivhſſe.*

De Gannita.

Locus exigit, ut debitum promiſſi noſtri exſolventes, donationes in *Gannita* cum ſuis appenditiis deſcribamus, & ſicut a diverſis Dei fidelibus ſub diverſis regibus collata ſunt, ſervato rerum & temporum diſponamus ordine. Hæc igitur eſt conſcriptio rerum, quæ traditæ ſunt Sto Nazario, qui requieſcit in monaſterio, quod dicitur *Laureſham*, ſuper fluvium *Wisgoz*, in Friſia, in Batuua & in Hattuaria, & in aliis locis inferius ſubnotatis.

LXXXXVII.

Donatio Godeberti.

Anno VIII glorioſi regis Caroli, ſub Gundelando abbate, tradidit Godebertus in lacu villa *Maudaco*, inter *Scald* & *Sunnonmeri* & *Guſaha* manſum unum, & illam baſilicam & caſam, quæ deſuper poſita eſt; & terram, quæ adtingit ad manſum, & ſervum unum cum uxore & filio, & xvjj culmas ad ſal faciendum. 776.

LXXXXVIII.

Gerrichi & Rutwari.

Eodem anno Gerrich & Rutwar tradiderunt, quicquid habuerunt in loco, qui dicitur *Foriſmariſche inthesla*, & in *Leunſpih*, & in loco, qui vocatur *Elisholz*, inter Renum & Maſa, & ad *Maſamuda*, & mancipia ſex.

LXXXXIX.

Donatio Waltheri & Richlindae.

793. Anno quoque XXV ejusdem Caroli regis, tempore autem Richbodonis abbatis, Waltheri & Richlint tradiderunt in pago *Batawe*, in villa *Falburcmarca*, hubam unam cum ædificio ſuperpoſito, & in *Gannitae* marca hubam, cum omni ædificio circumpoſito, & in pago *Dubla*, in villa vel marca *Millinga*, hobam & ædificium ſuum, & in *Felaouua*, in villa vel marca *Uttiloch*, hubam cum ædificio, & in villa vel marca *Apoldro* duas partes de una huba cum ædificio, & in *Zegoltmarca* tertiam partem de una huba cum ædificio, & in *Nortgouue* in *Rotherimarca* tertiam partem de ipſa villa vel marca, & quicquid in jam dictis locis habuerunt, & mancipia LVjjjj. Actum *Lauresham*.

C.

Concambium Ruthardi.

800. Anno XXXII præfati regis idem Richbodo epiſcopus & abbas concambivit cum Ruthardo illuſtri viro manſum unum in pago *Batawa*, in *Gannitae* marca, juxta eccleſiam, quæ ibidem eſt, & dedit ei manſum unum in *Adelrichheim*. Actum *Lauresham*.

CI.

CI.

Gerwardi.

Anno primo Ludovici regis ſub Adalungo abbate tradidit Gerwardus clericus in pago *Batauua*, in villa *Gannita*, hubas v, & in *Theſta* hubas jj, cum omni ædificio & collaborato, & portionem de ſylva in *Suornom* & in *Dubridun*, & in *Burlohe*, & ſylvam in *Hosle*, & portionem de illa vinna in *Salahom*, ubi *Hisla* flumen confluit in mare, & ipſam inſulam, in qua eccleſia eſt conſtructa, cum omnibus appenditiis, quæ ſita eſt inter fluvium *Wal* & *Gannita*, & mancipia xxx. Actum *Aquisgrani* palatio, tempore, quo ſupra. 814.

CII.

Adalwardi.

Eodem anno Adalwardus tradidit in pago jam dicto, in villa *Ganneta*, manſos v, & inter *Hukilheim* & *Carradesheim* manſum unum cum ſuis adjacentiis, & portionem ſuam de ſylva in prædictis locis, & mancipia xxx. Actum *Gannitae*.

CIII.

Lantwardi.

Ipſo quoque tradidit Lantwardus in eodem pago, in *Gannita*, manſos jjjj, & manentes ſupra ipſos. Item in villa *Bechi* manſum unum & hominem ſuper ipſum, & in *Hauinum* ſimiliter, & in *Meginhardeswich* manſum j, & in *Hoſenheim* quartam partem unius hubæ cum ſuis appenditiis, & mancipia xljjjj. Actum *Gannitae*.

CIV.

Waldonis donatio.

Eodem anno tradidit Waldo in eodem pago, in loco nuncupato *Stillinhahagamundi* hubas jjjj, cum ſervis & uxoribus & filiis.

CV.

815. Anno vero II ejusdem regis Ludowici tradidit Alſger in pago *Texandria* ſive *Teſtarbanto*, in villa *Empele*, eccleſiam & manſum unum & prata, & in *Hunſete* manſos jjj, & in *Hatalle* manſum dimidium & in *Ortinon* terram ad modia x ſementis, & prata, & in illam ſylvam porcos duos, & in *Rosmalla* manſum plenum cum pratis, & in ſylvam porcos vj, & in *Herpina* manſum plenum cum pratis, & in *Angriſa* manſum dimidium, & in *Oſterol* terram ad modia x, & in ſylvam porcos duos & prata, & mancipia xxv, in ea ratione, ut ſibi ad dies vitæ ſuæ præſtaret abbas eccleſiam in *Marvilde*, & ad ipſam pertinentes manſos jj, & inſuper manſos xj, cum pleno ſervitio, & in *Palethe* manſum indominicatum & manſos ſerviles v, & mancipia LVJ, & poſt obitum ejus utræque res ad ſanctum Nazarium reverterentur.

CVI.

Donationes hominum Francorum.

Hæc ſunt etiam res, quas tradiderunt Franci homines ad jus Sti Nazarii, in pago *Teſtarbant*, in villa *Empele*. Lantfridus dedit in eodem loco eccleſiam & manſum unum. Hov dedit manſum unum ſuper fluvium *Moſa*, in villa *Hunſate*. Ansfrid manſum unum; Wolfhart & Ansbolt manſum unum, & in tertio loco in villa, quæ dicitur *Martras*, dedit Geravan terram ad ſeminandum modios x, & ſylvæ communionem, & prata duo. Item in villa *Hortina* dedit Runfridus terram ad ſeminandum modios x, & manſos cum pratis, paſcuis, ſylva, piſcatoriis & omnibus adjacentiis. Item in villa *Rosmella* dedit Wigbaldus manſum j, & ſylvæ communionem, & quicquid ad ipſum manſum pertinuit. Item in villa *Herpina* dederunt Walefrid & Wido manſum j, cum omni integritate & piſcatoria, cum omnibus adjacentiis. Item in *Angriſe* dedit Alb-

Albger manſum j, cum omni integritate. Item Hildirat manſum dimidium in *Hamaritda.* Item Selirat manſum dimidium in *Hedilla*, & Ansbold manſum unum in *Driela.*

CVII.

Donatio Balderici.

Baldericus dedit in villa *Hoſenheim* manſos duos, cum hubis & jurnalibus, & quicquid ibidem aſpicit; in villa *Wethlara* manſum j, cum huba, & jurnalibus; in villa *Barla* manſum unum cum huba; in villa *Caſtra* manſum j, cum huba; in villa *Vurde* manſum j, cum huba; in villa *Hamerethe* manſos tres cum hubis duabus & jurnalibus; in villa *Haloſta* manſum j cum huba; in villa *Podarwic* manſum j cum huba; in villa *Analo* manſum cum huba, & quicquid ad hæc omnia prænominata pertinet.

CVIII.

R. ſupra (pag. 127)

Qualiter vero eccleſia in *Empele*, aquarum proluvio diruta, per Eberkarum Leodicenſem epiſcopum Gerbodoni abbati cum omni jure & decimatione reſtituta ſit, ſupra perſtrinximus, anno videlicet Ottonis imperatoris primi XXXIIII.

CIX

Lotharii regis R. ſupra (pag. 53.)

Donatio quoque Lotharii regis, anno regni ſui V, quam fecit in *Gannita* cum privilegio ſuo, in loco ſuo aſſcripta eſt.

CX.

Donatio Wicswindae.

Anno XV Ludouuici ſecundi, ſub Samuele abbate, tradi- 854.
dit Wicswint in pago *Batuua*, in villa *Gannita*, unam

curtem dominicalem cum ſua huba legitima, & alteram ſervilem cum ſua huba, & in *Huaſenheim* duas curtes ſerviles cum ſuis hubis legitimis, & mancipia xxj. Actum *Gannitae*.

CXI.

Helmgeri & Witswindae.

864. Anno ejusdem regis XXV, ſub eodem abbate, Helmger & Witswind filia ejus tradiderunt in eodem pago, in *Gannita*, hubam j, & in *Husnin* hubam j, & inter *Dioli* & *Maandra* hubas duas & mancipia xx. Actum *Gannitae*.

CXII.

Donatio Itdae.

891. Anno Arnulfi regis V, ſub Gerhardo abbate, tradidit Itda in pago *Batauua*, in *Watlarero* marca & in *Waganleiſero* marca hubas jjj, & in *Duuelero* marca in *Lotde* hubas jjj, & ſylvam dimidiam, & in *Cachritheim* & *Spelthorf* hubas jjj, & in *Binbinna* hubam indominicatam unam, & in *Niol* ſeminare modios xxx, & in *Babinheim* manſum j, & quicquid in illis locis proprietatis habuit, & mancipia xxxjjj. Actum in villa *Gannita*.

CXIII.

Megingeri & Irinfridi.

Meginger & uxor ejus Irinfrid dederunt eccleſiam in *Gannita*, conſtructam in honore ſancti Martini, & de terra indominicata ad c modios ſementis, & in pago *Nortgouue*, in *Hatheim* hubas duas.

CXIV.

Donatio Brunhildae.

Brunhild dedit in eadem villa *Hatteim* hubam unam, & in villa *Faſna* eccleſiam, & hubam j.

CXV.

CXV.

Donatio Waldonis.

Walto dedit in pago *Hamalando*, in villa *Angrina*, hubas jj, eccleſiam unam, & in villa *Waganloſe* manſum dimidium, & in villa *Doronbure* manſum dimidium, & in villa *Leſna* manſum dimidium, & in villa *Pheleppe* tertiam partem de huba, & mancipia xj.

CXVI.

Landwardi.

Landwardus comparavit a quadam fœmina nomine Abarhild in villa *Ganneta* tertiam partem de manſo, ubi ipſa eccleſia ædificata eſt, & xv jurnales, & quicquid ipſa habuit in eadem marca, & dedit ſancto Nazario.

CXVII.

Magofridi.

Magofrid dedit in pago *Felaouua* hubam dimidiam in *Selebach*. Actum in *Gannita* anno xxvj Ludouuici imperatoris. 839.

CXVIII.

Ansfridi R. ſupra (pag. 68)

Donatio etiam Ansfridi, Palatini comitis, in pago *Hattuaria*, in *Odeheimere* marca, in villa *Geizefurt*, & in pago *Darnau*, in villa *Sodoja*, item quæ præſtaria ejus, juxta privilegia Ludovvici regis tertii deſcripta eſt, cujus etiam tempore facta eſt.

CXIX.

CXIX.

Cartula mancipiorum de Frumenſtetin in Thuringia.

Notum ſit omnibus tam præſentis ævi, quam & futuris fidelibus, qualiter quidam de *Fruminſtetin*, nomine Heinricus, tres annos lepra fatigatus & ex revelatione Dei & ſancti martyris ejus Nazarii feliciter ammonitus, ſe ejusque mancipia, ſuamque poſteritatem ad altare ſancti Nazarii libera manu tradiderit, & unius denarii eandem poſteritatem, & mancipia ejus duorum denariorum cenſus in ejusdem ſancti natalitio perenniter debitores eſſe conſtituerit. Advocatum autem & magiſtrum nullum alium, niſi quem ipſi & ſui poſteri elegerint; ſibi præeſſe ſtatuit, nec ullius placiti cogendos, niſi unius, firmiter ſtabilivit, in qua etiam de nulla re reddant rationem, exceptis jjjj cauſis, ſcilicet vitæ, de furto, de præda, & ſi quid de rebus eccleſiæ ſupradictæ agendum fuerit. Poſt mortem vero alicujus illorum, ſi absque liberis fuerit, omnis poſſeſſio, quæ apud illum inveniatur, cuſtodi eccleſiæ ad *Lauresham* deferatur. Hæc autem cartula renovata eſt in Lauresham, tempore Heinrici imperatoris tertii, Winthero abbate, Sigelao præpoſito & cuſtode, præſentia teſtium, quorum nomina ſubſcripta ſunt. Arnold, Hezzel, Herbertus, Godebertus, Merbodo, Diegoz, Berolf. Item Berolf, Hildebraht, Walpraht & multi alii.

* Ded. Freh. Anno * Dominicæ incarnationis. . . reverendo patre Reginbaldo Spirenſis eccleſiæ, ut diximus, infulis decorato, Hubertus violenter intruditur, nulla quidem fratrum aut militum electione aut canonica inſtitutione, ſed aulicorum, quorum favorem ſibi multa peccunia, utpote præpoſitus & eccleſiæ pſeudoiiconomus, diu conciliaverat, ſtudiis & patrociniis fultus,

nec

nec per oſtium intrans, ſed aliunde aſcendens, qui ſtatim in ipſo introitu nefariæ cupiditatis totas laxavit habenas, notamque ambitionis velut ſub honeſtatis prætextu colorabat, mirum in modum diſcordantibus vitiis, idem & avarus & prodigus. Primus ſiquidem & utinam ſolus, alter poſt Ezechiam Manaſſes, Laureshamenſem eccleſiam, illam inquam, filiam Sion, inclitam & amictam auro, primo profanavit, expilavit, profligavit, atque illo nobili & auguſto ornatu & theſauro, regum, imperatorum, Dei fidelium & anteceſſorum ſuorum ferventibus ſtudiis ampliſſime collato, ſubrepto per hunc, imo prorſus direpto, manum quoque ſuam miſit foris ad omnia deſiderabilia ejus. Nam cognatis ſuis, quos ſibi potius ſæcularis faſtus, quam naturæ germanitas devinxerat, & quorum ambitu ad hanc dignitatem aſpiraverat, expoſuit res eccleſiæ diſtrahendas atque proſtituit, & quæ ipſi monaſterio fratrumque uſui ſtipendiisque ſerviebant, ſub beneficii nomine diſtribuit, videlicet *Hagenheim*, *Cruſtillam*, *Grunouua*, *Ludenbach*, *Sahſſenheim*, *Burriſelden*, *Heidebach*, vineas quoque in *Dohſſenheim* uberes & perquam optimas, ſacroſancto altaris miniſterio antiquitus dedicatas. Ad extremum purpuram pretioſiſſimam auro per totum contextam, capacitate longitudinis totius ſanctuarii ambitum cingentem, profanis ignibus injecit, & aurum, quod plurimum inerat, eliquari fecit, aurum ſcilicet ſitiens, & aurum bibere geſtiens; cujus non modica particula a quodam fratre, qui zelo Finees ductus præceps irruit, ex incendiis erepta, usque ad tempora noſtra hic duravit. Poſtremo & ipſa

cum reliquiis vaſorum domus Dei per Nabuzardan in Babilonem abducta. Verum qualiter divina ultione in auctorem tantæ præſumptionis animadverſum ſit, prout a majoribus noſtris accepimus, non ab re viſum eſt hic inſerere, ut diſcant eccleſiarum prælati, quorum exempla imitantur, eorum exitum pertimeſcere. Nam protinus inter ipſius purpuræ incendia cepit acerrimo vitalium ac totius corporis dolore, æſtuque diſcrutiari, nocteque inſecuta cubiculariis non tam ſomno, quam divino nutu profundiſſime conſopitis, graviſſimis morbi & ſitis ardoribus exæſtuans usque ad mortem anguſtiari. Cum etiam ſubita luce coruſcante cubiculo aſpicit perſonam reverendi admodum vultus, vultu flammeo, oculis ardentibus, corrugata paulum fronte, clamide purpurea auro intermicante, ſed plurimum ſciſſa, corona gemmis ſtellantibus inſignem, barba aurea ſed ſemiuſta pateram vino plenam manu præferentem; interrogatus an ſiti afficeretur, graviſſime, ait. Quæſitus, an ſe recognoſceret? metu conſcientiæ dejectis in terram oculis obmutuit. Ego ſum, inquit, Nazarius hujus domus, hujus familiæ dominus & patronus, quam pretio ſanguinis ſui redemptam Chriſtus Jeſus, in pretium ſanguinis pro ipſo fuſi, mihi contulit, reſtituens & hic centuplum, & in cœlis vitam æternam. Hanc domum, hanc familiam mei juris, meæ providentiæ deterior crucifixoribus Chriſti invaſiſti, ſcidiſti, diviſiſti, militibus tuis tunicam inconſutilem deſuper contextam ſorte diſtribuiſti, ad extremum in ipſam faciem & os meum impias faces ingerens, huic barbæ turpes notas inuſſiſti; quapropter dabis pœnas dignas me-

meritas Chriſto judice, Chriſto vindice, neque bibes a modo de hoc germine vitis terrenæ, ſed accipies hac die hora nona calicem iræ de manu Domini, de quo bibent omnes peccatores terræ. Quo dicto & viſio finem, & mors ſubſecuta viſioni fecit fidem. Hæc ex ſeniorum noſtrorum relatu, ſalva penes ipſos rerum fide, non otioſe perſtrinximus, quatinus noſtri temporis eccleſiarum non tam prælatos, quam elatos, dominos non patres, exactores non paſtores, quos non terret Balthaſar, Antiochus aut Heliodorus, terreat ſaltim vel noſter Humbertus.

Anno Dominicæ incarnationis . . . Poſt Humbertum Bruningus ex Fuldenſi cœnobio ſubrogatur, morum laudabilium & bonorum actuum ſectator, qui quamvis crebris viſcerum doloribus cruciaretur, tamen inſtantia ejus cottidiana fuit, jugis ſollicitudo & provida diſpenſatio rerum eccleſiaſticarum, tandem velut aurum in fornace probatum longa excoctus moleſtia, ſeptimo miniſterii ſui anno tranſivit ad Dominum. Hic ornatum eccleſiæ, ab Humberto direptum, in cappis reparans augmentavit. *Beddenkircha* villam acquiſivit, familiæ ſuæ veteres inſolentias dictante juſtitia compeſcuit, & in prævaricatores hujusmodi ſententiam promulgavit.

CXX.

Conſtitutio Bruningi abbatis contra ſeditiones familiae ſuae.

Notum ſit omnibus eccleſiæ Dei fidelibus, qualiter ego Bruningus, Dei gratia Laureshammenſis abbas, ob repri-

mendam familiæ noſtræ temeritatem, per quam ſervi in conſervos usque ad mea tempora mutua cæde conſurgebant, cum conſilio advocatorum meorum & militum iſtud decretum fieri ſtatui, & ut ad poſteros perveniret, ſcribere juſſi. Si quis ex familia ſancti Nazarii curtem conſervi ſui auſu temerario & armata manu ad occidendum eum infregerit, vel in via obvium eum habens impugnaverit, ſeu ille, qui impugnatur, occumbat ſeu evadat, auctor facti cute & capillis privetur, & inſuper candenti ferro in utraque maxilla comburatur; ſequacibus ejus idem fiat. Si vero advocatus, aut pretio conductus, aut miſericordia motus, conſtitutum hoc adnullare cupiat, gratia mea & advocatione careat, donec mihi vel meo ſucceſſori prædio, pecunia, reliquisque rebus, quæ ad reconciliationem ſpectant, digne ſatisfaciat. (a)

* Ded. Freh. Anno * Dominicæ incarnationis. . . Bruningo venerabilis pater Hugo ſucceſſit, in quo divina pietas, quicquid vel natura vel gratia homini confert, ad unguem expolivit. Nam ut cætera in eo prædicanda taceamus, ob eminentem juſtitiæ & eloquentiæ gratiam, miræ venerationis ab omnibus habebatur, & lingua ejus inter principes loquebatur ſapientiam. Qua de re licet monaſterio ſæpius abeſſe cogeretur, animus tamen ejus & indefeſſa ſollicitudo circa religionis vigorem & fratrum providentiam verſabatur, ſubditosque ſuos, quaſi nutrix filios ſuos, fovens, verus pater monachorum & dici & eſſe curavit. Hic in regali palatio acceptiſſimus ab HENRICO tertio rege, qui patri ſuo, videlicet Cunrado imperatori, Spiræ ſepulto, jam tum ſucces-

(a) Inſeruit hic Freherus Heinrici II imp. diploma, quod ſuperius legitur pag. 156.

ſucceſſerat, paternæ donationis de mancipiis in *Gannita* confirmativum accepit præceptum.

CXXI.

*Confirmatio * Heinrici tertii de mancipiis in Gannita.*

In nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis. HEINRICUS divina favente clementia rex. Si jura, nobis regali potentia collata, eccleſiis Dei benivola devotione concedimus, nobis hoc maxime ad ſtatum regni, & ad remedium animæ noſtræ profuturum confidimus. Quapropter noverit omnium Chriſti, noſtrique fidelium tam præſens ætas, quam & ſucceſſura poſteritas, qualiter nos interventu ac petitione AGNETIS, contectalis noſtræ dilectiſſimæ, videlicet reginæ, nec non ob aſſiduum fideleque ſervitium Ugonis abbatis, omne jus, quod ad noſtram regalem reſpicit manum, in mancipiis ad curtem, *Gannitam* nominatam, pertinentibus Laureshammenſi monaſterio in honore ſancti Nazarii martyris conſtructo, cui idem venerabilis abbas præſidet, larga donatione conceſſimus & concedendo confirmavimus; ea ſcilicet ratione, ut nullus comes, vicecomes, aut alia quælibet judiciaria perſona in eisdem mancipiis aliquam deinceps habeat ſui juris exercendi poteſtatem, ſive ad placitum ſuum conſtringendi, ſeu bannum perſolvendi, niſi prædictus abbas ſuique ſucceſſores, & quem ipſi advocatum elegerint. Et ut hæc noſtræ conceſſionis auctoritas ſtabilis & inconvulſa omni permaneat ævo, hanc paginam inde conſcriptam manu propria corroborantes, ſigilli noſtri impreſſione juſſimus inſigniri. Theodericus cancellarius vice Bardonis archicancellarii recognovi. Data V kalend. Septembris, anno Dominicæ incarnationis MXLVI, indictione XIIII, anno verò domini Heinrici tertii ordinationis ejus XVIII, regni vero VIII. Actum *Winterbach* feliciter amen.

* Omiſit Freherus

28. Aug. 1046.

* Dedit Freherus.

Privilegium * quoque libertatis a venerabili papa Leone nono, qui & Bruno primo Tullenſis pontifex, Laurehammenſi monaſterio expetivit.

CXXII.

* Omiſit.

*Privilegium * Leonis papae de libertate Laureshammenſis eccleſiae.*

Leo epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, dilectiſſimo in Domino filio Ugoni, religioſo abbati venerabilis Laureshammenſis eccleſiæ, & per te in eodem venerabili monaſterio, tuisque ſucceſſoribus in perpetuum. Quoniam concedenda ſunt, quæ rationabilibus deſideriis pertinere noſcuntur, noſtri apoſtolatus auctoritas, ad roborandam piam devotionem ſancta loco conſtruentium, in præſtandis privilegiis debet minime abnegari. Igitur, quia excellentia ſpiritualis filii noſtri domini Heinrici, piiſſimi imperatoris auguſti, poſtulavit a nobis, quatenus monaſterium *Lauresham*, quod conſtructum eſt a piiſſimis imperatoribus, Carolo magno, filioque ejus Ludowico, eorundemque ſucceſſoribus, ubi modo venerabilis abbas Ugo regulari inſtitutione præeſſe videtur, privilegiis ſanctæ Romanæ & apoſtolicæ ſedis modis omnibus decoretur, ſcilicet nullius juri & ditioni ſubmittatur; & ideo piis deſideriis ſpiritualis filii noſtri faventes, hac noſtra apoſtolica auctoritate decernimus, id ipſum præfatum monaſterium a modo & usque in finem ſæculi ſub patrocinio ſanctæ Romanæ & apoſtolicæ matris eccleſiæ cum omnibus, quæ ad illud pertinent, permanendum. Decernimus namque ſub divini judicii obteſtatione, & beati Petri apoſtolorum principis, noſtræque humilitatis interdictione, ut nullus in aliquo gradu conſtitutus, vel in quolibet ordine & miniſterio audeat moleſte cauſis ejusdem monaſterii incumbere, aut de rebus & poſſeſſionibus quoquo modo auferre, aut alienare, ſeu ipſos monachos inibi

Deo

Deo ſervientes inquietare præſumat, nec quamlibet malitiam & jacturæ moleſtiam ibidem inferre conetur, dum profecto illud, ut ſæpe prædictum eſt, firma ſtabilitate ſub patrocinio & jurisdictione ſanctæ noſtræ Romanæ matris eccleſiæ permanendum ſancimus. Addimus inſuper poſt obitum abbatis, ut nemo ibidem abbatem conſtituat, niſi quem conſenſus & communis voluntas fratrum ibidem regulariter viventium ex ipſa congregatione elegerint, nullumque præmium ſive donum pro conſecratione illius abbatis, qui tunc tempore fuerit, præſul accipere contendat; & ſi eum gratis ordinare noluerit, vel a noſtra Romana matre eccleſia, vel a quolibet venerabili epiſcopo per noſtram auctoritatem libere ordinetur; promulgantes nempe & hoc auctoritate beatiſſimi Petri, apoſtolorum principis, coram Deo & terribili futuro ejus examine, per hujus noſtri apoſtolici privilegii conſtitutionem ſancimus, ut univerſa quæ ab anteceſſoribus, ſucceſſoribusque noſtris in rebus mobilibus & immobilibus conceſſa ſunt, nec non & poſſeſſiones, quæ a regibus & principibus, ſeu quibuslibet Chriſti fidelibus collata ſunt, fuerintve in poſterum, inconcuſſa ſtabilitate ad jus & dominium ſancti Nazarii martyris perpetuis temporibus perſeverent. Nec licentia ſit, ut dictum eſt, ex omnibus eidem ſancto monaſterio pertinentibus, cuique magnæ parvæque perſonæ diripere quicquam & auferre, ut profecto ad Dei laudem ſecurum & tranquillum juſte id, quod ſubjectum juri & patrocinio ſanctæ ſedis apoſtolicæ fore decrevimus, bene dotatum & in melius dotandum permaneat. Si quis autem, quod non optamus, nefario auſu præſumpſerit hæc, quæ a nobis ad honorificentiam Domini Dei & ſalvatoris noſtri Jeſu Chriſti, pro ſtabilitate ipſius monaſterii & quiete monachorum, ſtatuta ſunt, transgredi, ſciat ſe anathematis vinculo innodatum, & cum diabolo & omnibus impiis æterni incendii atrociſſimo ſupplitio deputatum. At vero, qui pio intuitu cuſtos & obſervator eorum extiterit, omnimodæ

bene-

benedictionis gratiam, omniumque peccatorum ſuorum abſolutionem & indulgentiam, & cœleſtis vitæ beatitudinem cum ſanctis & electis a miſericordiſſimo Domino Deo noſtro conſequi mereatur in ſæcula ſæculorum amen. Bene valete. Data X kalendas Novembris, per manum Petri diaconi, bibliothe-
23. Oct. 1049. carii & cancellarii ſanctæ apoſtolicæ ſedis, anno domini Leonis noni papæ I, indictione III.

* Ded.Freh. Anno * Dominicæ incarnationis... Poſt exceſſum venerandi & Deo digni patris Ugonis Arnoldus ſubrogatur; qui a primis, ut ita dicam, infantiæ cunabulis in ipſo monaſterio ſpiritualibus rudimentis educatus, bonæ ſpei juvenis, in virilis animi robur evaſit, ac per omnes dignitatum gradus ſenſim aſcendens plantatus in domo Domini, in atriis domus Dei noſtri floruit. Nam primum a præpoſituræ miniſterio Wizenburgenſis eccleſiæ regimini prælatus, poſtea Limburgenſis monaſterii curam, ac ſubinde novæ Corbejæ dignitatem loco pariter & officio abbatis ſortitus eſt; nec multo poſt in Laureshammenſi monaſterio filius a matre in dominum & patrem ſublimatur, & ad extremum in Spirenſi eccleſia pontificale culmen aſcendens, ſicut *cedrus* Libani multiplicatur; nimirum a tot dignitatum titulis non tantum accipiens honorem præmii, quantum illis decoris addens ſui. Hic eccleſiam, quæ dicitur *Varia*, per Leonem papam ſupradictum, qui per id temporis Magontiæ, ſynodo habita, multa ibidem de eccleſiaſticis ſanctionibus diſpoſuit, in honore ſancti Dei genitricis Mariæ, omniumque apoſtolorum, atque omnium ſimul ſanctorum conſecrari impetravit, VIII kalend.

lend. Novembris, anno Dominicæ incarnationis MLIII. Caſulam quoque candidam cum cappa & uno dorſali eccleſiæ contulit, & eccleſiam in *Hantscuhesheim* conſtruxit. Præfuit annis quatuor.

Anno Dominicæ incarnationis... Poſt hunc quoque Udalricus una omnium voce pari voto eligitur, ipſo videlicet anno, quo Heinricus imperator Saxoniæ decedens Spiræ appoſitus eſt ad patres ſuos. Qui poſitus ſuper candelabrum, ut luceret omnibus in domo Dei, exemplo anteceſſoris ſui, piæ memoriæ Reginbaldi, ſtudio divinæ religionis animum intendens, eccleſiam monaſterii in *Abrinsberk* libris, tabulis, crucibus, auro, argento atque ebore redimitis, venuſtiſſime decoravit; inſulam quoque proximam, quæ dicitur *Altenmunſter*, ex diutino ſitu vaſtitatis erutam, ædificiisque opportunis quaqua verſum extructis innovatam, divinis obſequiis mancipavit, atque fratribus ibidem Deo famulantibus neceſſaria tam animæ quam corporis accuratiſſime providit; divino, ut credimus, inſtinctu, ut viam dominicis equis in luto aquarum multarum faciens feras harundinis increparet, & juſti fulgentes tamquam ſcintillæ in harundineto diſcurrerent; qui licet ex paluſtri exhalatione quatuor Aegypti plagas, ranas, ſcinifes, muſcas & nebulas crebro patiantur; pluribus tamen contra hæc divinæ gratiæ remediis muniantur, procurante eis patre Udalrico butirum de armento & lac de ovibus, cum adipe pinguium, medullam quoque tritici, & ſanguinem uvæ meraciſſimum; ubi etiam, ſi eis in mentem veniunt, cucume-

res, pepones, porri, cepæ & allia abunde ſuppetunt, & pro ollis carnium gratuita copia piſcium. Cellam nichilominus in *Michlinſtat*, CCLIII annis deſolatam, reſtauravit, & neceſſariis vitæ ſubſidiis impenſe collatis, religioſos inibi fratres adunavit. Hic pater, cum per continuos novem annos in ſumma pace & quiete creditam ſibi gubernaſſet familiam, decimo jam inſtante, navicula Laureshammenſis eccleſiæ ſubito magnis cœpit jactari fluctibus, Domino Jeſu peccatis exigentibus dormiente; qui tamen ſolita clementia diſcipulorum precibus ſuſcitatus, ſtatim ſurgens imperavit ventis & mari, & facta eſt tranquillitas magna. Nam per quosdam, magis quæ ſua, quam quæ Jeſu Chriſti quærentes, libertas ejusdem eccleſiæ aliquantum impacta quidem eſt, ſed Deo propitio nec labefacta, nec ſubacta eſt; quæ res quibus auctoribus emerſerit, quemve exitum acceperit, prout a majoribus memoriæ traditum eſt, ſtrictim adtingamus.

Heinricus imperator, ut ſupra diximus, vita excedens reliquit filium parvulum cognominem ſui, imperatrice Agnete loco filii cum cæteris obtimatibus regni curam adminiſtrante, quem Anno Colonienſis archiepiſcopus, vir in Dei rebus ſpectatiſſimus, & inter eccleſiæ regnique principes incomparabilis & nominis & meriti, dolens a matre, materno quidem affectu, ſed non regaliter enutriri; habito quorundam principum conſilio, eum a matris imperio rapuit, & licet grandem ſibi ex hoc conflaverit invidiam, litteris divinis & humanis, cæterisque diſciplinis, regali indole dignis

dignis, quantum in ipſo erat, inſtituit. Interim orto in Romana eccleſia ſcismate, ſecutoque ex ſtudiis partium usque ad ſanguinem certamine pro electione duorum pontificum, ad reformandam eccleſiæ pacem & unitatem Anno archiepiſcopus & Godefridus dux a latere regis rogatu eccleſiæ diriguntur, atque condicto Mantuæ conventu, auditis utriusque partis allegationibus, utrisque etiam electis præſentibus, canonica ſententia Alexander in ſede apoſtolica confirmatur. Cujus abſentiam Adelbertus Premenſis aucupatus archiepiſcopus, ut erat effrenis avaritiæ, omni arte circa aulicos molitur, ut regis pueri eruditio & pedagogium ſibi committeretur, aſſerens: Annonem ſeveræ frontis, ſe vero ingenii mitioris eſſe, regem jam maturæ aetatis ſuae poteſtatis eſſe debere, nec tam alieno, quam proprio arbitrio regni gubernacula diſponere. His deleniſicis perſuaſionibus inflexo rege, avaritiae ſuae pandit hiatum & duas mox regales abbatias, Lauresh ammenſem atque Corbejenſem, quaſi fidei devotionisque praemium erga regem ambivit. Veritus autem id apud caeteros regni principes inviſum fore, donari fecit Annoni archiepiſcopo abbatias *Indam*, *Malmundarium* & *Filike*; Sigefrido archiepiſcopo Magontino *Seligenſtat*; Ottoni Bawariorum duci *Altaha*; Rudolfo Suevorum duci *Kembeten*. Sicque pacatis illis, cœptis incubuit molitionibus, & ut Corbejenſem eccleſiam, ex abrupto vacantem, invaderet, fingit quendam epiſcopum Italicae civitatis, cui *Pole* nomen eſt, humanis rebus exceſſiſſe, cui ſucceſſorem abbatem Corbejenſem veluti ſub praetextu honoris ſubrogat; qua dete-

cta verſutia, omnium in ſe concitavit odia. Verum Ottonis ducis fide & inſtantia cunctis epiſcopi conatibus exploſis, tam abbati quam monaſterio Corbejenſi ſua libertas, ſua dignitas incolomis conſervata eſt. De Laureshammenſi vero eccleſia, dubius inter ſpem & metum, conceptum animi diu occuluit, non ignarus omnium principum odiis ſe ſuper hoc expoſitum, donec arrepta occaſione regem, *Wormatiae* paſcha celebraturum, velut in tranſitu *Laureſham* adduxit, ubi rege ſolemni fratrum & abbatis occurſu, ut par erat, in palmis glorioſe ſuſcepto, epiſcopus abbatem familiari colloquio adorſus eſt, & ſermonibus multis ultro citroque habitis fidelem ſe patronum & indubitatum amicum abbati in negotiis eccleſiæ ſuæ apud aures regias, data quoque fide, pollicitus eſt. Cui abbas, par pari rependens, obſequio officium ſe compenſaturum reſpondit. Epiſcopus autem, ne nihil intemptatum omitteret, Judæum quendam, immo Judam, qui epiſcopi loculos habebat, callide ſubornat, eumque velut ex mandato regis abbati ſummo ſtudio commendat. At Judæus Judaica utens perfidia, nichil, quod *ſui erat*, reliquum facere, ſingulos fratrum & maxime juniores ſollicitare, dein ab his, qui ad abbatis auriculam erant, ſingula quæque ſcitari, quæ fratrum eum abbate concordia, quæ providentia, quæ ordinis obſervantia, quis denique rerum & perſonarum ſtatus per abbatis vel induſtriam eſſet vel ignaviam, attentius indagare. At ubi nichil non laude dignum expiſcari potuit, tandem animos ſub vulpe latentes detexit, ipſumque locum cum omni integritate domino ſuo regali munificen-

centia contraditum eſſe propalavit. Quo audito abbas, homo librati conſilii, ſpem vultu ſimulans premit alto corde dolorem. Inter hæc a rege Baſileam evocatus, frequenti, ut decebat, comitatu & curiali apparatu profectus eſt; ubi miles quidam, in ipſa civitatis porta, de adventu intrantium curioſius exquirens, hæc, ait, omnia juſſu regis Adelberto epiſcopo tradita, in Saxoniam transferenda ſunt. Quo rumore per ora omnium volitante, difficile viſum eſt regi & epiſcopo tum cœpta perſequi, præſertim, cum nuncii, ad apoſtolicam ſedem ſuper hoc directi, infecto negotio redierint. Nam diſſidentibus inter ſe de apoſtolatu tunc etiam novis partibus nichil promovere poterant. Ea ſpe fruſtratus rurſum epiſcopus abbatem alia via aggreditur, perſuaſo rege expoſci fecit abbate quoddam beneficium regio militi, ex quo fratrum plurima pendebat utilitas, ſperans abbatem, ſi juſſis morem non gereret, regalem offenſam incurſurum. Abbas vero, diu multumque reniſus, ut epiſcopi laqueos evaderet, tandem fecit imperata, accepta regis fide, nunquam ſe vel eccleſiam ſuam ſimili vel præce vel præcepto de cætero gravari. Poſt hæc epiſcopus cum rege Saxoniam reverſus, abſentia principum copiam nactus, voti compos efficitur, Laureshammenſis eccleſia per ſolum ſoli traditur, abbas iterato ad regem Goslariæ evocatur, idque per Babenbergenſem epiſcopum, velut ſub teſtimonio artius demandatur. Sed abbas nutu Dei gravi tum valetudine corporis decumbens, reſponſales pro ſe regi direxit, vixque paucorum dierum inducias obtinuit; cumque die indicta adhuc infirmitate depreſſus legatum ex-

 cuſandi

cuſandi gratia miſiſſet, non ſolum non eſt admiſſus, ſed etiam ignominioſe repulſus; quem e veſtigio regalis epiſtola per epiſcopum fabricata inſequitur, ita continens.

CXXIII.

HEINRICUS Dei gratia rex, Udalrico abbati gratiam interim. Miramur, quod te, cui obedientia præ omnibus convenit, inobedientem ſentimus, non cogitantem, quid ſis, & quod impune facere non potes. Seditionem quidem a te velle moveri audivimus, cujus ſeditionis qualis ſit finis, haud ſapienter tractas; unde volumus, firmiterque ſub optentu gratiæ noſtræ præcipimus, ut, ſi quid in regno noſtro habere volueris, in feſtivitate omnium ſanctorum ad nos Goslariæ venire non dubites.

His abbas minis deterritus, omiſſo fratrum ac militum conſilio, juſſa exequi diſpoſuit, aſcenſoque ultra vires equo, non procul a monaſterio divino impulſu prolapſus graviſſime corruit, atque ſemianimis præcluſa diu voce in ſella geſtatoria reportatus eſt. At vero milites eccleſiæ, tam miniſteriales quam nobiles viri, præclari zelo juſtitiæ, ſuccenſi barbaris ſervire; quod nec ſervi ære parati ferrent, indigne ferentes imminens periculum, ſi non valeant conſilio, ferro, capitisque periculo propellere ſtatuunt. Montem igitur haud procul a monaſterio, *Burcheldon* dictum, occupant caſtellum ædificant, turres conſtruunt, vallo ambiunt, propugnaculis muniunt, præſidia imponunt. Hæc ubi per fautores epiſcopi regi inſonuere, litteris directis jubet abbatem, tanquam nova molientem, loco excedere, ita interminans. CXXIV.

CXXIV.

Heinricus Dei gratia rex, Udalrico monacho. Miramur, quo auſu, cujusve ſolatio abbatiam noſtram contra nos retinere volueris, nec nobis inde ſerviens, nec patrono noſtro A. cui hanc dedimus, quicquam ſubjectionis impertiens. Quapropter volumus, firmiterque tibi ſub interminatione propriæ ſalutis præcipimus, ut absque mora noſtra relinquere non differas, nec ulterius aliquid de hiſce intromittere præſumas, virgam quoque nuncio noſtro nobis portandam tradas.

Aliæ quoque litteræ fratribus miſſæ ab obedientia abbati ullatenus vel ulterius exhibenda eos deterrebant in hunc modum.

CXXV.

Heinricus Dei gratia rex, fratribus Laureshammenſibus gratiam ſuam. Sicut de veſtra ſemper obedientia accepimus, ſic & modo probare volumus. Præcipimus quidem V. quondam dictum abbatem veſtrum, quem nos propter inobedientiam & malum exemplum temerum judicavimus, nichil vobis debere jubere, nec vos ultra ei obedire debere. Ergo ſi noſtræ voluntati obſecundatis, in nullo ſibi amplius obediatis.

Abbas igitur habito conſilio, dans locum iræ, præcepto paruit, & Magontiam ſe ad ſanctum Albanum contulit. Verum milites & fideles eccleſiæ ejus, abſentiam non ferentes, veriti, ne qua hoſtibus daretur occaſio, ſtatim eum revocaverunt, & Adelberto *comiti de Kalewa*, tum inter eos & natu & fide, amicorumque ac militaris rei copia præminenti, commendave-

daverunt. Epiſcopus autem, rege *Triburim* reducto, caſtri nitebatur obſidionem, æſtimans, ſi eo vi potiretur, omnia ſibi ex ſententia cedere, quod dum opinato tardius procederet, conſpirantibus in eum principum odiis, quæ ſibi & faſtu ſuperbiæ & rapaci ingluvie conſciverat, inſidiis undique concluſus, regio vix ſeptus munimine, nocturna fuga turpiter elapſus eſt, atque ita conſilium Achithofel infatuatum eſt. Mediante igitur Sigefrido Magontienſi & Annone Colonienſi archiepiſcopis, Rudolfo quoque & Godefrido ducibus, cæteriſque regni primatibus, fugato communi omnium hoſte, plurima, quæ in regno erant ſub rege puero perperam geſta, correxerunt, atque abbatem Laureshammenſem non tam ad regis, quam ad regni præſentiam aſciverunt, promittentes ei per legatos, pro juſtitia & libertate eccleſiæ ſuæ ſe daturos & ſalubre conſilium & fidele patrocinium. Qui communicato XII illuſtrium fidelium ſuorum conſilio, quo numero etiam beneficialis ſumma militaris clipei, qui vulgo dicitur *Hereſchilt*, Laureshammenſis eccleſiæ adtinens includitur, ſingulis pro quantitate beneficii centenos milites armatos, ut traditur, aſſignavit, eosque diſtinctis ordinibus incedentes, maxima frequentia inſequens tam tutus, quam ornatus regis & regni conſpectui ſe obtulit, ubi favore omnium principum in gratiam regis reducitur, benigne ſuſcipitur, & caſſatis univerſali ſententia cunctis epiſcopi molitionibus cum ſummo honore & gloria revertitur, gaudentibus ſuis, Deumque laudantibus, quarta nonas Februarii, qui dedit eis coronam pro cinere, oleum gaudii pro luctu, pallium laudis pro ſpi-

ſpiritu meroris; cui rex privilegium quoque libertatis & immunitatis more anteceſſorum ſuorum tradidit & confirmavit, hanc habens continentiam.

CXXVI.

*Heinrici * quarti de immunitate & libertate Laureshammenſis eccleſiae.*

* Omiſit Freh.

In nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis. Heinricus divina favente clementia rex. Si erga loca divinis cultibus mancipata propter amorem Dei, eisque in eisdem locis ſibi famulantibus beneficia oportuna largimur, præmium nobis apud Deum æternæ remunerationis rependi non diffidimus. Unde noverit ſagacitas ſeu utilitas omnium fidelium noſtrorum, tam futurorum, quam & præſentium, quia vir venerabilis Udalricus abbas ex monaſterio Laureshammo, quod eſt conſtructum in honore beatorum apoſtolorum Petri & Pauli, ubi & ſanctus Nazarius martyr in corpore requieſcit, quod eſt ſitum in *pago Reninſe*, ſuper fluvium *Wisgoz*, obtulit obtutibus noſtris auctoritatem inmunitatis domini & progenitoris noſtri Cunradi, imperatoris auguſti, in qua continebatur inſertum, qualiter idem progenitor noſter ipſum monaſterium ob amorem Dei, tranquilitatemque fratrum ibidem conſiſtentium, ſemper ſub pleniſſima tuitione & immunitatis defenſione ab omni inquietudine judiciariæ poteſtatis conſiſtere feciſſet, propter firmitatem tamen poſtulavit a nobis prædictus abbas, ut paternum morem ſequentes hujuscemodi noſtræ immunitatis præceptum, ob reverentiam ſancti Nazarii, circa ipſum monaſterium fieri cenſeremus. Cujus petitioni libenter aſſenſum præbuimus, & hoc noſtræ auctoritatis præceptum circa ipſum monaſterium & monachos ibidem Deo famulantes immunitatis atque tuitionis, firmitatis gratia, pro divini cultus amore

& animæ noſtræ remedio fieri decrevimus, per quod præcipimus atque jubemus, ut nullus judex publicus vel quislibet ex judiciaria poteſtate, aut ullus ex fidelibus noſtris in eccleſias aut loca vel agros ſeu reliquas poſſeſſiones prædicti monaſterii, quas moderno tempore in quibuslibet pagis vel territoriis infra ditionem regni noſtri juſte & legaliter poſſidet, vel quæ deinceps eidem collata fuerint monaſterio, ad cauſas audiendas vel freda aut tributa exigenda, aut manſiones vel paratas faciendas, aut fidejuſſores tollendos, aut homines ipſius monaſterii, tam ingenuos quam ſervos, ſuper terram ipſius commanentes, injuſte diſtringendos, nec ullas redibitiones, aut illicitas occaſiones requirendas, noſtris nec futuris temporibus ingredi audeat, nec ea, quæ ſupra memorata ſunt, penitus exigere præſumat, ſed liceat memorato abbati ſuisque ſucceſſoribus res prædicti monaſterii ſub immunitatis noſtræ defenſione quieto ordine poſſidere. Quicquid etiam jus fiſci exinde exigere poterat, in integrum eidem conceſſimus monaſterio, ſcilicet, ut in alimoniam pauperum & ſtipendia monachorum perennibus temporibus proficiat in augmentis. Et quandoquidem divina vocatione ſupradictus abbas vel ſucceſſores ejus de hac luce migraverint, quamdiu ipſi monachi tales inter ſe invenire potuerint, qui ipſam congregationem ſecundum regulam ſancti Benedicti regere valeant, per hanc noſtram auctoritatom & conſenſum licentiam habeant eligendi abbates, quatinus ipſis ſervis Dei, qui ibidem Deo famulantur, & pro genitore noſtro, & pro nobis, & pro conjuge noſtra, & ſtabilitate totius imperii noſtri, a Deo nobis collati, & ejus clementiſſima miſeratione per immenſum conſervandi, jugiter Domini miſericordiam exorare delectet. Et ut hæc auctoritas noſtris futurisque temporibus Domino protegente valeat inconvulſa conſiſtere, manu noſtra ſubter firmavimus, & ſigilli noſtri impreſſione ſigillari juſſimus. Sigehardus cancellarius vice Sigefridi archicancellarii recognovi. Data. . .

anno

anno Dominicæ incarnationis MLXVII, indictione V, anno autem ordinationis domini Heinrici quarti regis XV, regni vero XI. Actum *Wikiae* feliciter amen. 1067.

Præterea * venerabilis pater Udalricus, ad apoſtolicam ſedem profectus, ut omnes Premenſis epiſcopi conatus & actus, quibus eccleſiam ſuam impugnaverat, in irritum revocaret & perpetuo damnaret, privilegium libertatis ab *Adriano* (a) papa accepit, qui anteceſſorum ſuorum decreta ſua quoque auctoritate roboravit. * Ded. Freh.

CXXVII.

*Adriani * papae de libertate Laureshamenſis eccleſiae.* * Omiſit.

Adrianus epiſcopus ſervus ſervorum Dei, dilectiſſimo in Domino filio Udalrico, religioſo abbati venerabilis Laureshamenſis eccleſiæ, & per te in eodem venerabili monaſterio, ſucceſſoribusque tuis in perpetuum. Divinis præceptis & apoſtolicis monitis incitamur, ut pro omnium eccleſiarum ſtatu inpigro vigilemus affectu, piamque devotionem vel ſancta loca conſtruentium, vel eorum quieti & uſui conſulentium, benigno favore proſequamur. Igitur quia excellentia ſpiritualis

 filii

(a) Error in nomine pontificis. Sub Henrico IV ſane nullus Adrianus papa fuit. Fuere duo ipſo rege, ante dignitatem imperialem Romæ acceptam, Alexander II, & Gregorius VII. Ille ab a. 1061 uſque ad 1073 eccleſiæ præfuit, hic ſucceſſit, & rebus humanis a. 1086 ereptus eſt. Udalricus autem abbas cum ſupra an. 1076 non vixiſſet, bullaque pontificia ſequens data ſit anno VIII pontificatus, non Gregorii eſſe poteſt, ſed Alexandri, cui præ illo bullam hanc vindicandam eſſe, alia quoque nobis perſuadent. Suſpicor literam tantum nominis initialem A. in exemplari ſcriptam, & ex hac a monacho, ſucceſſionis pontificum ignaro, Adrianum fabrefactum eſſe.

filii noſtri, domini HEINRICI quarti regis, poſtulavit a nobis, quatinus monaſterium *Lauresham*, quod conſtructum eſſe certum eſt a piiſſimis imperatoribus, Carolo magno, filioque ejus Ludouuico, eorundemque ſucceſſoribus, ubi modo venerabilis abbas Udalricus regulari inſtitutione præeſſe videtur, privilegiis ſanctæ Romanæ & apoſtolicæ ſedis modis omnibus decoretur, ſcilicet, ut nullius juri & ditioni ſubmittatur; & ideo piis deſideriis ſpiritualis filii noſtri faventes, hac noſtra apoſtolica auctoritate decernimus, id ipſum præfatum monaſterium a modo & usque in finem ſæculi ſub patrocinio ſanctæ Romanæ & apoſtolicæ matris eccleſiæ, cum omnibus, quæ ad illud pertinent, permanendum. Decernimus namque ſub divini judicii obteſtatione & beati Petri, apoſtolorum principis, noſtræque humilitatis interdictione, ut nullus in aliquo gradu conſtitutus, vel in quolibet ordine & miniſterio, audeat moleſte cauſis ejusdem monaſterii incumbere, aut de rebus & poſſeſſionibus quoquo modo auferre, aut alienare, ſeu ipſos monachos inibi Deo ſervientes inquietare præſumat, nec quamlibet malitiam, aut jacturæ moleſtiam ibidem inferre conetur; dum profecto illud, ut ſæpe prædictum eſt, firma ſtabilitate ſub patrocinio & jurisdictione ſanctæ noſtræ Romanæ matris eccleſiæ permanendum ſancimus. Addimus inſuper poſt obitum abbatis, ut nemo ibidem abbatem conſtituat, niſi quem conſenſus & communis voluntas fratrum, ibidem regulariter viventium, ex ipſa congregatione elegerit, nullumque præmium ſive donum pro conſecratione illius abbatis, qui tunc temporis fuerit præſul, accipere contendat, & ſi eum gratis ordinare noluerit, vel a noſtra Romana matre eccleſia, vel a quolibet venerabili epiſcopo per noſtram auctoritatem libere ordinetur; promulgantes nempe, & hoc auctoritate beatiſſimi Petri, apoſtolorum principis, coram Deo & terribili ejus futuro examine per hujus noſtri apoſtolici privilegii conſtitutionem ſancimus, ut univerſa, quæ ab anteceſſoribus, ſucceſſori-

ſoribusque noſtris in rebus mobilibus & immobilibus conceſſa ſunt, nec non & poſſeſſiones, quæ a regibus & principibus, ſeu quibuslibet Chriſti fidelibus collata ſunt, fuerintve inpoſterum, inconcuſſa ſtabilitate ad jus & dominium ſancti Nazarii martiris perpetuis temporibus perſeverent; nec licentia ſit, ut dictum eſt, ex omnibus eidem ſancto monaſterio pertinentibus, cuique magnæ parvæque perſonæ diripere quicquam & auferre, ut profecto ad Dei laudem ſecurum & tranquillum, juſte id, quod ſubjectum juri & patrocinio ſanctæ ſedis apoſtolicæ fore decrevimus, bene dotatum & in melius dotandum permaneat. Si quis autem, quod non optamus, nefario auſu præſumpſerit hæc, quæ a nobis ad honorificentiam Domini Dei & ſalvatoris noſtri, pro ſtabilitate ipſius monaſterii & quiete monachorum, ſtatuta ſunt, transgredi, ſciat ſe anathematis vinculo innodatum, & cum diabolo & omnibus impiis æterni incendii atrociſſimo ſupplitio deputatnm; at vero, qui pio intuitu cuſtos & obſervator eorum extiterit, omnimodæ benedictionis gratiam, omniumque ſuorum peccatorum abſolutionem & indulgentiam & cœleſtis vitæ beatitudinem, cum ſanctis & electis Dei, a miſericordiſſimo Domino Deo noſtro conſequi mereatur in ſæcula ſæculorum amen. Bene valete. Data VII ~~idus~~ Aprilis per manum . . . diaconi & cancellarii ſanctæ ſedis apoſtolicæ, anno pontificatus domini Adriani papæ VIII, indi&ione VIII. 7. April. 1070.

Hi * ſunt viri miſericordiæ, quorum juſtitiæ oblivionem non accipient, viri illuſtres, viri ſpectabiles, & vere fideles hujus eccleſiæ, qui in diebus peccatorum corroboraverunt pietatem, & erigentes ſe contra filios ſuperbiæ, novi Machabæi duces, viriliter ejus defenderunt libertatem, videlicet Adalbertus comes, Bubo, Ezzo, Wolfgangus, Burchardus advoca- *Ded. Freh.

tus, Gerhardus, Adalbertus, Landoldus, Wolframmus, Egino, quorum magnificam fidei devotionem pius pater V. digne remunerans conſtituit eis, ſicuti Carolo magno & duobus Ludouuicis, ſingulos pauperes in cœna Domini ad mandatum fratrum perpetuo aſſignari, nec inmerito. Nam libertatem eccleſiæ, quam illi imperialibus donis & privilegiis ſublimaverunt, hanc iſti nobiliter defenderunt. Sapientiam ergo & fidem eorum narrant omnes populi, & laudem eorum pronunciat omnis eccleſia ſanctorum. His adjunguntur principes clariſſimi, vere beati, pacifici & filii Dei, ſtellæ matutinæ in medio nebulæ & columnæ lucis, ſcilicet Sigefridus Mogontienſis & Anno Colonienſis archiepiſcopi, nec non RUDOLFUS & GODEFRIDUS duces illuſtriſſimi, qui zelo juſtitiæ regali ſe inſolentiæ vel potius inclementiæ pro Laureshammenſi eccleſia obponentes, in tempore iracundiæ facti ſunt reconciliatio, rectos decet collaudatio. Poſtquam divina pietas procellam hanc in auram ſtatuit, & ſiluerunt fluctus ejus; Heinricus rex clementem erga ipſam eccleſiam animum induit, cui etiam mercatum, itemque monetam in villa *Lauresham*, mercatum quoque cum moneta in villa *Winenheim* & in *Wezzenloch* per regalia præcepta tradidit.

CXXVIII.

* Omiſit.

*Heinrici * de mercato in Lauresham & Wezzenloch.*

In nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis. HEINRICUS divina favente clementia rex. Sanctæ Dei eccleſiæ profectui tanto

tanto diligentius providere debemus, quanto excelſius ex divino munere ſublimati ſumus. Quapropter notum ſit omnibus Chriſti noſtrique fidelibus, tam futuris quam præſentibus, qualiter nos ob mercedem æternæ retributionis, interveniente ac petente BERTHA regina, regni thorique noſtri conſorte dilectiſſima, interventuque fidelis noſtri Ebbonis, Niwenburgenſis epiſcopi, aliorumque fidelium noſtrorum, venerabili abbati Udalrico, qui cœnobio ſancti Nazarii præeſſe videtur, in villa quadam *Lauresham* dicta, in qua idem cœnobium cum monachis Deo & ſancto Nazario inibi famulantibus eſt ſitum, mercatum publicum quacunque feria ſibi placuerit, fieri conceſſimus, & in proprium donavimus. Inſuper etiam in villa quadam *Wezenloch* ejusdem cœnobii propria, in *comitatu* HEINRICI *filii Bobbonis comitis* ſita, mercatum publicum, ſicut anteceſſores noſtri imperatores ſive reges hoc ipſum permiſerunt & conceſſerunt, ita & nos in eorum memoriam, noſtramque, ut diximus, retributionem, cum thelonei lucris cæterisque utilitatibus in proprium damus, confirmamus ac perpetuo jure obtinendum concedimus. Et ut hoc noſtræ auctoritatis donum ſive præceptum ſtabile & inconcuſſum permaneat, hanc cartam ſcribi manuque noſtra corroborantes ſigilli noſtri impreſſione juſſimus inſigniri. Sigehardus cancellarius vice Sigefridi archicancellarii recognovi. Data. . . anno Dominicæ incarnationis MLXVII, indictione V, anno autem ordinationis domini Heinrici quarti regis XV, regni XI. Actum *Wihiae*. Amen. 1067.

CXXIX.

Heinrici de moneta publica in Lauresham.

In nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis. HEINRICUS divina favente clementia rex. Sanctæ Dei eccleſiæ profectui tanto diligentius providere debemus, quanto excelſius ex divino munere ſublimati ſumus. Quapropter notum ſit omnibus, & *caetera*

caetera omnia, ut ſupra, usque ad id: in villa *Lauresham*, in qua idem cœnobium cum monachis Deo & ſancto Nazario inibi famulantibus eſt ſitum, monetam propriam mercatumque publicum, quacunque feria ſibi placuerit, fieri conceſſimus & in proprium donavimus. *Reliqua ut ſupra.* Sigehardus cancellarius vice Sigefridi archicancellarii recognovi. Data... anno
1067. Dominicæ incarnationis MLXVII, indictione V, anno autem ordinationis domini Heinrici quarti regis XV, regni ejus xj. Actum *Marhowa* feliciter amen.

CXXX.

Heinrici de mercato & moneta in Winenheim.

In nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis. HEINRICUS divina favente clementia rex. Omnium Chriſti, noſtrorumque fidelium, tam futurorum quam præſentium, univerſitati notum eſſe volumus, qualiter nos per interventum ac petitionem matris noſtræ AGNETIS imperatricis auguſtæ, & ob fidele ſervitium Udalrici abbatis, monaſterio, in quo ipſe venerabiliter præeſſe dinoſcitur, ab anteceſſoribus noſtris eodem modo conſtitutum imperiali potentia donavimus, ac conceſſum confirmavimus, ut in loco quodam ſuæ eccleſiæ *Winenheim* publicum ſit mercatum, ita ut omnes negociatores, id ipſum mercatum ineuntes negociantes, ineundo & redeundo pacem obtineant, atque id ipſum mercatum ſemper in omni quarta feria frequentetur, cum omni theloneo & banno, ſicut in cæteris civitatibus & villis colitur, firma præcipimus auctoritate. Si quis igitur id ipſum mercatum frangere temptaverit, aut in aliqua re violaverit, ſciat ſe compoſiturum noſtrum imperialem bannum. Volumus quidem & hoc cunctorum notitiæ ſubjacere, quod pro amore divino, animæque noſtræ remedio monetam in præfato loco *Winenheim* ad utilitatem ejusdem monaſterii *Loriſſam* in proprium tradidimus, quod, ut

verius

verius creditur ab omnibus, hanc paginam propria manu corroborantes, ſigilli noſtri impreſſione juſſimus inſigniri. Sigehardus cancellarius vice Sigefridi archicancellarii recognovi. Data nonas Aprilis anno Dominicæ incarnationis MLXV, indictione III, anno autem ordinationis Heinrici quarti regis XII, regni ejus VIIII. Actum *Mogontiae* in Dei nomine feliciter amen. 5. Apr. 1065.

Dehinc * venerandus pater Udalricus, ut ſupra meminimus, anno Dominicæ incarnationis MLXXI, monaſterium in inſula *Aldenmunſter* reſtauravit, & inter multa eidem collata beneficia hanc ſpecialem de *minori Sahſſenheim* donationem fecit, & donando tali modo confirmavit. * Ded. Freh.

CXXXI.

Udalrici abbatis de reparatione monaſterii Aldemunſter & Donatio ejus in Sahſſenheim.

In Chriſti nomine, UDALRICUS, Deì gratia Laureshamenſis eccleſiæ abbas, omnibus Chriſti fidelibus, tam futuris quam præſentibus. Scientes nos in hoc vocatos, in hoc poſitos eſſe, ut decorem domus Dei diligamus, divina favente clementia animum induximus, non ſolum eccleſiæ noſtræ diſperſa congregare, verum etiam in his maxime, quæ ſunt ad Deum directa, reformare, & reformata propagare. Ea propter notum ſit omnibus Chriſti fidelibus, qualiter nos ob honorem Dei & beati Petri, principis apoſtolorum, cellam *Aldemunſter*, primitivam eccleſiæ noſtræ matrem, monitu & rogatu ſereniſſimi HEINRICI, domini noſtri quarti regis, nec non fratrum, miniſterialium ac fidelium noſtrorum conſultu & anniſu, diu deſolatam renovavimus, & ad divinæ religionis augmentum

fratres noſtræ profeſſionis ibidem adunavimus, quorum uſibus & ſuſtentationi nos per omnia proſpicere ſatagentes, præter cætera præfato monaſterio a nobis collata curiam noſtram in *Sahſſenheim minori*, ad nos ſolummodo ſpectantem, cum omnibus pertinentiis ſuis intus & foris, omni jure & integritate, prout a nobis habita eſt, plene & abſolute rogatu, conſilio & conſenſu, quorum ſupra, eidem cellæ tradimus & tradendo confirmamus, & ut familiam ejusdem curiæ ab omni gravedine & moleſtia immunem redderemus, a tribus principalibus mallis, qui vulgo *Ungebodending* vocantur, quibus ad curtim *Liutereshuſen* annuatim manniebatur, utrorumque conſenſu eam omnibus modis abſolvimus, ſoli præpoſito in *Aldemunſter*, ſuisque fratribus omni poſſeſſione, omni ſubjectione, omni functione perpetuo ſervituram. Verum ut hujus noſtræ donationis tenor per futura temporum curricula ſtabilis & inconvulſus permaneat, paginam hanc exinde conſcriptam ſigilli noſtri impreſſione roboravimus, eamque tam in noſtra, quam in prædicta eccleſia in perenne monimentum reponi juſſimus. Quisquis igitur hoc noſtræ conſtitutionis privilegium quoquo modo infringere, in deterius permutare ſive adnullare ſciens præſumpſerit, a gratia juſti judicis Dei ſemper extorris efficiatur, & ab introitu regni cœlorum, cujus claves beato Petro commiſſæ ſunt, excludatur, & pœnam Judæ proditoris cum omnium reproborum capite & corpore æternaliter, niſi reſipiſcat, ſortiatur. Actum in ipſa eccleſia *Aldenmunſter*, coram fratrum miniſterialium ac plurimorum Laureshamenſis eccleſiæ fidelium frequentia, in feſto
29. Jun. 1071. beati Petri, anno Dominicæ incarnationis MLXXI, regni vero Heinrici quarti Romanorum regis anno XV, introitus autem domini Udalrici abbatis anno XVI, indictione feliciter in Chriſto amen. Ab eo, quo primum per Rudgangum archiepiſcopum eadem conſecrata eſt eccleſia anno, CCCIIII.

Præ-

Præterea ſuper ejusdem monaſterii ſtatu & poſſeſſionibus præcepti regalis auctoritatem expetivit, & in hunc modum accepit.

CXXXII.

Praeceptum Heinrici de ſtatu & poſſeſſionibus monaſterii Aldenmunſter.

In nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis. Heinricus divina favente clementia rex. Si venerabilia eccleſiarum Dei loca alicujus commodi utilitate ad laudem Dei ſtabilire, confirmare ac ſublimare ſtuduerimus, nobis id ad animæ remedium, regnique noſtri ſtatum profuturum eſſe minime dubitamus. Quapropter noverit omnium Chriſti fidelium, noſtrorumque univerſitas, qualiter Udalricus, Laureshammenſis abbas, noſtram adiens ſerenitatem, omni a nobis ſtudio poſtulavit, quatinus ſub noſtræ confirmationis atque immunitatis auctoritate liceret ſibi ſub ſancti Petri apoſtolorum principis & omnium apoſtolorum honore monaſterium reſtaurare in inſula, quæ proxima Laureshammenſi monaſterio imminet, prætitulato nomine *Aldenmunſter.* Rogavit etiam nos eidem monaſterio confirmare ad uſum fratrum Deo ibidem ſub regula ſancti Benedicti ſervientium loca cum pertinentiis ſuis his nominibus deſignata. In *Bettenkircha* xx hubæ & dimidia, & vjj areæ; in *Binegarden* poſſeſſiones xj & dimidia, & xj areæ; in *Lerlebach* xjjjj hubæ cum duabus partibus decimæ & molendinum, & pars ſylvæ & rivus aquæ; in *Dresla* vjjj hubæ & molendinum & rivus aquæ & jjj areæ; in *Sahſſenheim minori* vjjjj hubæ & xv areæ; in *Copenrod* vj areæ; in *Eſchilbach* pars ſylvæ & xxjjjj hubæ, & jj molendina, & jj areæ; in *Rumphenheim* una huba cum vineis; in *Baſinesheim* vineæ; in *Hephenheim* vineæ; in *Sulzbach* una huba cum vineis; in *Winenheim*

heim unum molendinum & prata; in *ſuperiore Sahſſenheim* una huba; in *Hanſchuchesheim* vineæ; in *Michelenvelt* vj hubæ, x areæ; in *Oſteringun* jjj hubæ; in *Walheim* jj hubæ cum vineis; in *Nitmaresbach* jj hubæ; in *Stifteswilre* jj hubæ & lucus; in *Grubindun* j huba; in *Siezun* j huba; in *Enſingun* dimidia huba; in *Wilre* jjj hubæ & dimidia; in *Siegemundesheim* jj hubæ; in *Buslat* xjjj huba; in *Waltdorf* & in *Bebingun* vjj hubæ; in *Gennenheim* j huba cum vineis; in *Swezingun* j huba; in *Wibelingun* j huba; in *Strazheim* jjj hubæ; in *Bibeloz* j huba; in *ſuperiori Rorheim* j decimatio; in *Gerneshaim* jjj hubæ & unum molendinum & vinea; in *Dinenheim* jj hubæ, cum vineis; in *Sulzheim* j huba; in *Wiggenrode* j huba. Cujus petitioni, quia rationabilis atque religioni dedita videbatur, aurem libentisſime accomodavimus, atque eidem eccleſiæ ab ipſo conceſſa per hanc noſtram regalem paginam concedimus atque confirmamus. Interdicendo itaque interdicimus, ut nullus poſthinc abbas eidem monaſterio de prænominatis locis aliquid poſthinc auferre & ad ſuos uſus conferre ſive alicui militi in beneficium dare præſumat. Si autem, quod abſit, fecerit, Dei omnipotentis offenſam & ſancti Petri apoſtoli inprimis incurrat, & ut banni noſtri transgreſſor auri optimi libras C ad cameram noſtram perſolvat. Et ut hæc noſtræ ingenuitatis auctoritas ſtabilis & inconvulſa permaneat, hoc præceptum inde conſcriptum manu propria confirmantes, ſigilli noſtri jusſimus impreſſione inſigniri. Sigehardus cancellarius vice Sigefridi archicancellarii recognovi. Data anno Dominicæ in-
1071. carnationis MLXXI, indictione anno... domini Heinrici quarti regis XV. Actum *Laureſham* feliciter amen.

* Omiſit. Qualiter * vero Arnoldus, prius quidem Erphesfordienſis abbas, poſtea præpoſitus ejusdem loci, duas hubas in *Bebingen* obtentu Heinrici quinti imperatoris reacquiſierit, licet præordinarie, non tamen incongrue, denotemus. CXXXII.

CXXXIII.

Heinrici (V) imperatoris de reſtitutione duarum hubarum in Bebingen eidem loco.

In nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis. Heinricus divina favente clementia Romanorum imperator auguſtus. Noverit omnium fidelium noſtrorum, præſentium ſcilicet & futurorum, induſtria, qualiter nos quorundam fidelium noſtrorum concilio Burkardo, venerando abbati de *Erphesfort*, locum *Aldenmunſter*, vicinum Laureshamenſi monaſterio, noſtra imperiali manu regendum commiſimus. Qui vero tum pro noſtra petitione, tum pro remedio animæ ſuæ præfatum locum benigne ſuſcipiens, omni ſtudio, omnique diligentia diſperſa colligere & congregata conſervare, prout potuit, viriliter invigilavit. Hujus etiam interventu atque petitione duos manſus in *Bebingen*, a palatino comite Godefrido prænominato monaſterio ac fratribus ibidem Deo famulantibus injuſte uſurpatos, noſtra imperiali auctoritate reſtitui præcepimus, præſertim, quia in hoc cæteris præeminemus, ut juſtitiam faciamus omnibus injuriam patientibus. Nunc itaque noſtra regali cenſura omnino interdicimus, ut nullus abbas, vel aliqua alia perſona, in his ſcilicet bonis, ſeu in cæteris eidem eccleſiæ a fidelibus divino inſtinctu modo collatis, vel poſtmodum in id ipſum conferendis, ullo modo auferre & ad ſuam utilitatem conferre, vel alicui militi in beneficium dare præſumat. Si autem, quod abſit, noſtri præcepti transgreſſores exſtiterint, Dei omnipotentis, ſanctique Petri offenſam incurrant, & auri optimi C libras ad cameram noſtram perſolvant. Hujus rei teſtes ſunt Godefridus *de Nurinberg*, Cunradus Sporo, Sigefridus de *Rochenburc*, Cunradus, Wernherus, Heinricus de *Trivels*. Et ut hæc noſtri banni auctoritas ſtabilis & inconvulſa omni permaneat tempore, præceptum hoc inde conſcriptum manu propria corroborantes ſigilli noſtri impreſſione inſigniri juſſimus.

Tem-

Tempore Anſelmi abbatis in anno Dominicæ incarnationis MXC, nonas Junii elevatum eſt corpus ſancti Nazarii, paſſionis ejus anno M. viceſimo, præfati vero Anſelmi abbatis tempore reconditum eſt in choro monaſterii Laureshammenſis, ubi anno Domini MCCLXVI, XI kalendas Martias, feria VI quatuor temporum idem inventum eſt a fratribus ordinis Præmonſtratenſis, ſicut pie credimus, divina gratia revelante.

* Dedit Freher.

His * & hujuſcemodi meritorum præconiis venerabilis pater Udalricus longe, lateque celebris effectus, ex divinæ largitatis gratia abbatia quoque *Murbach* regiæ nobilitatis & eminentiæ ſublimatus eſt, nec multo poſt carne ſolutus migravit ad Dominum, dignus laude, dignus memoria, qui lupo veniente non fugit, non oves dimiſit, ſed aſcendit ex adverſo & obpoſuit murum pro domo Iſrael. Præfuit Laureshammenſi monaſterio annis XX, poſt cujus deceſſum Adalbertus in eodem regimine ſubſtituitur, quo vix biennio functus, incertum quibus de cauſis, deponitur, ſed alter ei non meliori auſpicio ſubponitur.

Winitherus ſiquidem, ſive electione ſive intruſione ipſi ſuccedens, SIGEHARDI videlicet COMITIS frater, & opinati illius Adalberti, Mogontinæ ſedis archiepiſcopi, patruus, nobilitatis ſuæ faſtu inſolenter abuti cœpit, & initio dolorum villam, immo regalis munificentiæ curiam *Brumat*, medullam ſcilicet Laureshammenſis eccleſiæ, & terram agri pleni, quem benedixit Deus, prædicto fratri ſuo inbeneficiavit. Et quum

a

avaritia neque copia, neque inopia minuitur, malo imbutus principio, ad majora animum intendit, & Wormatienſem epiſcopatum Symoniaco ambitu & maximo Laureshamenſis eccleſiæ detrimento invaſit. Quem videlicet epiſcopatum non propter bonum opus deſiderans, ut quod virtute non poterat, vel quomodocunque aſſequeretur, omnem ejusdem monaſterii eccleſiaſticum theſaurum, etiam ab Humberto relictum, corraſit, exhauſit, eviſceravit, nec his contentus, *Gingen*, *Rumphenheim*, *Langena*, *Liuthereshuſen* inbeneficians, palatinos ſibi canes conciliavit. Præter ea, ut fratrum diſturbaret concordiam, novæ cujusdam ſectæ, neſcio, quas inſolentias ſubinducere conatus eſt, ſed cunctis unanimiter obnitentibus propoſito fruſtratus eſt. Exactis igitur in epiſcopatu tribus annis, tam epiſcopio, quam abbatiæ ultro renunciavit, & de cætero privatum vivere pollicitus, ſub umbra converſionis Hirſaugienſe monaſterium expetivit. Unde non multo poſt ab amicis revocatus, ut vir duplex, animo inconſtans, in omnibus viis ſuis retro reſpiciens, verſus eſt in ſtatuam ſalis. Nam *Bingen*, quod imperiali auctoritate fratrum induſtria recuperaverat, denuo in beneficium expoſuit, & *Slirburc* proprietatis præſcriptione injuſte ab eccleſia alienari ſuſtinuit, rurſumque abdicata ſponte utraque dignitate, Hirſaugiam reverſus, rebus humanis exceſſit, miſerabili ſane exitu, qui tanta rapuit, & nihil exſolvit, nec cum Zacheo quadruplum, ſed nec ſimplum reſtituit, res pauperum diſtribuens non pauperibus. Tenuit epiſcopatum annis tribus, abbatiam annis XI, quo recedente, ut diximus, Hir-

Hirſaugiam, Anshelmus concordi fratrum electione ſubrogatur, vir conſilii & magnæ circumſpectionis, qui induens pro thorace juſtitiam & accipiens pro galea judicium certum, primum obpreſſores eccleſiæ, videlicet Bertholfum advocatum, ejusque exactores, ac cæteras hujusmodi peſtes, qui jam devoraverunt Iſrael, toto ore viriliter expugnavit ac proſtravit, atque familiam cum rebus eccleſiæ ex ipſis hiantium faucibus eripuit. Theſaurum quoque eccleſiaſticum, quem anteceſſorum ſuorum damnabilis ambitio in diverſa distraxerat, maxima induſtria, ſummoque labore plurima ex parte recollegit, fiſcos quoque regales, quos Wintherus & alii laicorum ditioni & uſui ſubjecerant, eccleſiæ fratrumque ſervitio reſtituit, ſcilicet, *Brumad*, *Gingen*, *Langena*, *Rumphenheim*, *Liutereshuſen*, *Sahsſenheim*, imperatoriæ majeſtatis patrocinante clementia. Verum cum jam tempus immineret, ut inciperet judicium de domo Domini, propter peccata prophetarum ejus & iniquitates ſacerdotum ejus, complevit Dominus furorem ſuum, effudit iram indignationis ſuæ & ſuccendit ignem in Syon, & devoravit fundamenta ejus. Anno etenim Dominicæ incarnationis MXC, evolutis ab exortu monaſterii ipſius plus minus CCCXXVI annis, XII kalendas Aprilis, repentino ac miſerabili incendio tota Laureshamenſis eccleſia conflagravit, illasque regum ac principum nobiles & veteres operas & impenſas, parietes auro, argentoque prætextos, fornices marmore, ebore, gemmisque interſtinctos, pretioſam purpuræ, copioſamque ſubpellectilem, omne denique, quod pulchrum erat viſu, cum circumpoſitis ædi-

ædificiis edax flamma favillatenus abſorbuit. Quæ calamitas, qualiter aut unde proceſſerit, comperta a majoribus rerum fide, caſtigata brevitate ſuccingamus. Ipſa, quam prædiximus, die vergente jam in veſperum, poſtquam exemplo carnalis Iſrael ſedit populus manducare & bibere, & ſurrexerunt ludere, forte inter cætera ludorum exercitia, diſcus in extrema marginis hora, ut ſolet, accenſus militari manu per aera vibrabatur, qui acriori impulſu circumactus orbicularem flammæ ſpeciem reddens, tam oſtentui virium quam oculis mirantium ſpectaculi gratiam exhibet. Is a quodam non tam perniciter, quam infeliciter tandem intortus, ad ſummum eccleſiæ faſtigium imprudenti jactu evolavit, ubi inter tegulas & carioſos aſſeres artius inſidens, animante vento fomitem incendio præbuit. Quid multa. Primo caſtellum mirabili dolatura fabrefactum, in quo ſigna eccleſiæ dependebant, funibus exuſtis, ne quis ſonitu excitari poſſet, arripuit, dehinc totam ſuperiorem fabricam, turres quoque cum porticibus flamma victrix obtinuit, ad extremum bulliente plumbi deliquio, cujus materiæ omne tectum fuerat, ſubveniendi, ingrediendi, vel quippiam exinde eruendi omnimodam abſtulit facultatem. Erat tunc miſeranda rerum facies, tot præclara tam eccleſiæ, quam totius monaſterii ædificia, tot inſignia ornamenta, repentina flammarum vaſtitate devorari, & plurimis abſumptis pauca admodum vel manu collecta vel ſecuri & aſcia dejecta, ſummo ſudore & periculo ex ipſis incendii globis vix liberari. Qualis tum calamitas, quæ miſeria, qui clamor, qui luctus, qui gemitus, quæ

 ſuſpi-

ſuſpiria, lamentaque omnium fuerint, facilius eſt tacendo conjicere, quam multa dicendo parum dicere. Sic egreſſus eſt a filia Syon omnis decor ejus, ſic conſumpta ſunt omnia deſiderabilia ejus, diſſipavitque Dominus quaſi hortum tentorium ſuum, demolitus eſt tabernaculum ſuum; ſed non obliviſcetur miſereri Deus, nec continebit in ira ſua miſericordias ſuas. Viſitavit enim in virga iniquitates eorum, & in verberibus peccata eorum, miſericordiam autem ſuam non diſperſit ab eis & paraclytum ſuum miſit eis. Poſtquam igitur tam inclyta & tam illuſtris eccleſia tam gravi conflagravit incendio, primum, ut ſe habent humana, maximus dolor, dehinc ex dolore quærula cauſatio non ſolum eccleſiæ familiam, ſed & omnem accendit provinciam, ignorantes, quia Dei judicia ſunt abyſſus multa, ideoque aſſerentes Laureshamenſe cœnobium tanti nominis, tanti meriti martyrem, beatum videlicet Nazarium, non habere vel potius numquam habuiſſe patronum, cujus in tanto periculo declinando non ſenſiſſet patrocinium. Qui doloris gladius priore gravior ad usque abbatis pertranſivit animam. Veritus ex tali deſperatione non ſolum eandem eccleſiam reſtaurari non poſſe, ſed & perpetuo excidio perditum iri; totus igitur converſus ad Dominum, communicato fratrum conſilio, indictoque tridui jejunio, excluſis omnibus, ſub armata quoque cuſtodia, ne quis extraneus arbiter interveniret, paucis adhibitis, poſt altare beati martyris infodi & humum altius egeri præcepit, ubi diutino labore expenſo, duo demum ſarchofaga miræ magnitudinis, ſed alterum altero aliquanto depreſſius, repe-

repererunt, quibus introſpectis cum vacua deprehendiſſent, ſpem omnem fidemque perdiderunt. Verum abbas obſtinato in Deum animo, & in ſpem contra ſpem credens, dum impenſius inſiſtere & cœptum perſequi jubet, Otto quidam nobilis tum architectus, repentino velut concavi ſonitu divinum quid animo concipiens, enixius inſtitit, nec multo poſt tumbam marmoream magnifici decoris, ſigillis ac nodis ferreis artius obſignatam, remoto circumpoſito lapidum aggeſtu, explicuit, qua reſerata inventa eſt archa plumbea fideliter ibidem inſerta, continens inæſtimabilem & ſemper optabilem theſaurum, corpus videlicet beatiſſimi martyris, patris ac patroni noſtri Nazarii, pretioſiſſimo involutum ſerico, membris niveo candore conſpicuis, jam beatæ reſurrectionis gloriam quodam modo præferentibus, vulnerumque locis, quæ in paſſione in abſciſi capitis vertice humeroque acceperat, triumphales martyris titulos proteſtantibus, exhalantibus inſuper velut ex paradiſi deliciis omnium aromatum incomparabilem flagrantiam; ac ne quid in cordibus intuentium reſideret ambigui, lamina plumbea pectori martyris appoſita tale continebat inſcriptum: *Sanctus Nazarius Mediolani paſſus.* Cujus paſſionis ſive revelationis locum, tempus & ordinem, ſi quis plenius noſſe deſiderat, ex armario Laureshammenſi, ab apoſtolica ſede antiquitus illo directa, mutuari poterit. Invento itaque tam obtato, votiſque omnibus ac ſuſpiriis efflagitato ſacratiſſimi corporis theſauro, univerſorum lacrymæ vertuntur in gaudia, immo gaudia reſolvuntur in lacrymas, communis omnium lætitia tripudium & exulta-

ultatio, Deo laudes, Deo gratias concinentium, ac de patroni ſui corporali quoque præſentia, de qua olim pene ambigebant, oculata fide gloriantium. Protinus audita voce tantæ jocunditatis, evangelizante divina gratia gaudium magnum omni populo, innumerabilis utriusque ſexus confluxit multitudo, ſacroſanctas reliquias venerari, ſalutare & ſpectare geſtiens, & honori beati martyris vota, preces & hoſtias perquam uberrimas offerens, quorum deſideriis abbas ſatisfacere cupiens, ipſam arcam, in qua ſacrum corpus depoſitum erat, per bajolos ſacerdotes in turbas offerri, & palam omnibus conſpici dedit; cumque nec ſic exſatiarentur, & geruli ſancti corporis, diſruptis ex nimia compreſſione ſacris veſtibus, calore ſimul & labore periclitarentur, venerabilis Ebbo, Wormacienſis epiſcopus, in hoc ipſum evocatus, in editiori loco ante eccleſiam ſancti Martini conſiſtens, caputque beati martyris reverenter omnibus oſtendens; ecce, ait, corpus, ecce caput domini veſtri, patris veſtri, patroni veſtri, Deo digni ac dilecti martyris Nazarii, de cujus præſentia ambigebatis, de cujus patrocinio deſperabatis. Ecce, inquam, ecce ipſe, qui vos propter peccata veſtra cibavit pane lacrymarum, qui vobis propter merita ſua dedit hodie vocem exultationis & ſalutis in tabernaculis juſtorum. Hinc vos dominum formidate, patrem amate, patronum jugiter implorate, ſcientes procul dubio vobis a Deo collatum devote ſibi ſervientibus pium protectorem, ſua diripientibus ſeverum ultorem, reſipiſcentibus promptum interceſſorem. His dictis omnium æqua gratulatio, æqua jubilatio, unus cla-

clamor, una vox erat omnium. O ſacer, o clemens pater, & patrone Nazari! ſupplicibus famulis auxiliare tuis, familiam quaſi tuam propitius reſpice, ut te protegente ab omni adverſitate ſit libera, & in bonis actibus tuo honori ſit devota. Acceſſit huic ſanctæ lætitiæ evidens Dei gratia. Nam cum & ex confertiſſima multitudine, & ex nimia æſtivi caloris intemperie, jam tum erant nonæ Junii, multi adeo decoquerentur, ut extremum traherent ſpiritum, ſubito in ipſo fervore diei, ille qui producit ventos, de theſauris ſuis emiſit ventum roris flantem; & poſt ignem & commotionem flavit ſibilus auræ tenuis, & vere ibi Dominus. Cujus refrigerio ita omnes refecti, ita refocilati ſunt, ut hanc gratiam meritis beati martyris aſſcriberent, ſeque cœleſti rore debriatos plena fide aſſererent. Tanta vero fidelium devotio, tanta oblationum affluentia, piaque concertatio fuit, ut matronæ inaures, armillas, monilia, anulos, gemmas, & quæque precioſa ſuper ſacras reliquias raptim jactarent, cæterique tam divites quam mediocres pro virili parte in tabernaculum Domini, quæ habebant, offerrent; unde in brevi tum ex oblatis impendiis, tum ex incendii reliquiis eadem reſtaurata eſt eccleſia, & ſi non ea, qua olim, miræ venuſtatis elegantia, tamen prout facultas ſubpetebat, & temporis indulſit feſtinantia. Præterea Dominus ob coronam & gloriam ſui martyris benedixit coronæ anni benignitatis ſuæ, ita, ut campi replerentur ubertate, & exultatione colles accingerentur. Proximo ſiquidem anno infra omnes duntaxat ejusdem eccleſiæ terminos ſingularis exſtitit proventus glandium, atque

in ſequenti tanta fertilitas meſſium, ut oblivioni daretur retroacta jugis trium annorum ſterilitas. Inter miracula vero vel tunc vel deinceps facta, illud tanto ammirabilius, quanto terribilius habetur, quod obpreſſores familiæ ſuæ beatus martyr a translatione ſua usque ad hoc temporis numquam paſſus eſt impune & absque gravi animadverſione vita excedere. Alii namque bello turpiter victi, dolore tædioque probroſe perierunt, alii inteſtati & exhæredati prædia ac beneficia ſua extraneis poſſidenda reliquerunt, alii ſubitanea morte præventi, præcluſa voce impœnitentes inter rapinas pauperum exſpiraverunt, alii putrefactis vitalibus inflati & turgidi ſcatente ſanie cum fœtore putidiſſimo extabuerunt, alii inter epulas ex inopum rebus apparatas ſubitam totius corporis paralyſin inciderunt, atque plus biennio elingues & muti, rebus & honore privati vitam finierunt. Reliquiæ quoque impiorum cottidie deficientes, quemadmodum fumus, deficiunt, & ad nichilum deveniunt, tamquam aqua decurrens. Martyr quippe noſter patiens, ſed fortis eſt redditor; intendit enim arcum ſuum, donec infirmentur, ut tum ſicut cera, quæ fluit a facie ignis, auferantur; unde metuendum eſt, ne juxta Danielem rurſum ex ſententia vigilum decretum ſit, ſanctorumque ſermo ac petitio ſit, ut arbor illa fortis & magna, proceritate cœlum adtingens, in cujus ramis volucres, ſub cujus umbra beſtiæ converſabantur, præciſis jam ramis ejus & decuſſis foliis ipſa quoque ſuccidatur, & vinculis inſolubilibus vinciatur. Sed hæc hactenus, nunc ad ordinem redeamus.

Reſu-

Reſuſcitata igitur ex cineribus, in quibus conſederat, Laureshamenſi eccleſia, dilectus Deo & hominibus pater Anſelmus non ſolum ibidem ſacræ religionis vigorem roborare, ſed etiam alibi propagare ſtuduit, eaque gratia novam cellam in monte *Abrinsberk*, in honore ſanctorum martyrum Stephani & Laurentii, conſtruxit, in quo opere præcipuum habuit cooperatorem quendam venerabilem virum, nomine Dietpertum. Is cum tempore anterioris Hieroſolimitanæ expeditionis, quæ per Godefridum ducem maxime promota eſt, quorundam fidelium pecunias, qui in eodem procinctu erant, apud ſe repoſitas haberet, eisque defunctis nullus eſſet, qui eas vel teſtamentario vel hæreditario jure repeteret, hæredem earum Chriſtum facere, non rapinam arbitratus eſt. Quas eccleſiæ oblatas abbas in fabricam ejusdem monaſterii expendit, eoque venuſtiſſime, ut cerni datur, exſtructo, aliorum quoque fidelium Dei accedente beneficientia, decem fratribus inibi neceſſaria ſufficienter adtraxit. Quomodo vero ipſe abbas terminos montis ac ſylvæ, quos eidem cellæ adtribuit, a terminis ſancti Michaelis certis limitibus diſcreverit, teſtimonium ipſius in medium adducamus.

CXXXIII.

De monte Abrinsberg & ejus fundatione & conſtructione.

Notum eſſe volumus omnibus in Chriſto fidelibus, tam præſentibus quam futuris, qualiter ego Anshelmus, Dei gratia Laureshamenſis eccleſiæ abbas, cum communi fratrum & miniſterialium cæterorumque amicorum noſtrorum concilio

&

& auxilio, cellam novam in monte, *Abrinsberc* ſcilicet in eccleſia ſancti Stephani prothomartyris, ab Arnoldo præpoſito prius fundata, conſtruximus, & quomodo fratribus ibidem Deo famulantibus ſtipendia circumquaque accumulavimus, & quam partem montis & ejus ſylvæ eidem monaſterio deputavimus. In præſentia etenim Bertholfi advocati ſenioris, & totius familiæ in *Hantscuesheim* nos conſedebamus, & confirmatione banni, & inceſſione populi terminum ejusdem loci hoc modo prætitulavimus. Ab origine fontis, qui dicitur *Heiminisbach*, per callem ad utriusque montis medietatem pene dirigentem usque ad ſummum, a ſummo usque deorſum in amnem, qui vocatur *Dagrisbach*, & exinde, qua via publica circumflectitur, usque ad collem, qui dicitur *Hohenbuhel*, & ſic in aſcenſum ejusdem collis, per illum locum, qui cognominatur *Lar*, per latera montis, usque ad vineam, quæ vocatur *Buſendal*, & ita in aſcenſum per ſummitatem ejusdem vineæ usque ad originem prioris fontis, id eſt *Heiminisbach*, tendit. In hac vero determinatione diſpoſuimus cum Tietperto monacho, & Gerlacho converſo, cæterisque fratribus tunc tempore ibidem degentibus, ut in radice montis vinearum jugera metiremur, ea videlicet ratione, ut quot jugera, tot ſolidi prælato eccleſiæ in feſto ſancti Remigii perſolverentur. Sed quum ad cameram noſtram mons totus & ſylva pertinuit, decimationem vinearum ſive frugum aliarum absque omni contradictione clericorum vel laicorum ad eandem eccleſiam præſentari conſtituimus. Interdiximus etiam, quod nullus hominum ſive majoris ſit natu, ſive minoris, audeat in determinatione illa quicquam ſibi uſurpare, neque in terra, neque in vinetis, neque in arboribus, neque in lapidibus, neque in ulla utilitatis cauſa, præter hoc, quod a magiſtro loci vel a fratribus hæreditario jure poſſit appetere. Ad confirmandam autem hanc inſtitutionem & eccleſiæ noſtræ honorem fecimus hanc cartam conſcribi, & ſigilli noſtri impreſſione inſigniri.

ſigniri. Et ut poſteris, noſtris fidelibus, firmius & ſtabilius videatur, domini noſtri Heinrici imperatoris clementiam imploravimus, ut in defenſionem potentiæ ſuæ eandem cellam ſuſciperet, & omnia, quæ vel a nobis conceſſa vel adepta, ſive ab aliis fidelibus acquirenda, ſingulas donationes in ſuis locis prænotatas propria manu, regnique banno & ſigilli ejus munitione coram principibus confirmaret. Si quis autem hæc annichilare, vel ſibimet quicquam uſurpare vel minui ſtuduerit, iram Dei & omnium ſanctorum ſe habere ſciat. Pro præſumptione autem delicti imperando dijudicamus, ut ſi liber eſt, x talenta, ſi miniſterialis, v talenta, ſi ex familia, totam ſubſtantiam ad cameram noſtram perſolvat. Nomina teſtium hæc ſunt: de monachis Geroldus, Berengerus, Hartmannus, Godebertus, Liebelinus, Zundeboldus, Trutwinus, Tietbertus. De militibus Bertholfus comes, Gerhardus, Rifridus, Gerlacus, Ernoſt. De ſervientibus Heribertus, Salemannus, Tietericus, Hildebertus, Arnoldus. De familia Willo, Heimo, Razecho & alii quam plurimi. Anno Dominicæ incarnationis MXCIIII, indictione II, regnante Heinrico imperatore ſunt hæc acta, & in monte *Abrinsberc* conſcripta feliciter amen. 1094.

Ut * autem deſiderio ſuo circa eundem locum robuſtior accederet efficacia, præfatas donationes ipſiusque loci ſtatum auctoritate Heinrici imperatoris confirmavit, quæ talis eſt. * Omiſit Freherus ſeqq.

CXXXV.

Confirmatio praecedentium auctoritate Heinrici imperatoris, ut ſequitur.

In nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis. Heinricus divina favente clementia Romanorum imperator auguſtus. No-

tum ſit omnibus Chriſti noſtrique fidelibus, tam futuris quam præſentibus, qualiter quidam abbas Lauriſſenſis, nomine Anshelmus, quandam cellam in monte *Ebrensberc* in honore Dei & ſancti Stephani conſtruxit, & quibus potuit, bonis ditavit, donans videlicet in villa, quæ dicitur *Leimheim*, novem jugera vinearum, in villa, quæ dicitur *Rorbach*, quinque jugera vinearum; in villa, quæ dicitur *Bergeheim*, tria jugera vinearum; in villa, quæ dicitur *Niwenheim*, vj jugera vinearum; in villa, quæ vocatur *Hanſcuhesheim*, xx jugera vinearum; in villa, quæ dicitur *Doſſenheim*, vj jugera vinearum; in villa, quæ dicitur *Liuthereshuſon*, jj jugera vinearum; in villa, quæ vocatur *Sahſſenheim*, jj jugera vinearum; in villa, quæ vocatur *Wininheim*, novem jugera vinearum; in villa, quæ vocatur *Bertholdesheim*, xx hubæ; in villa, quæ vocatur *Siggenheim*, x hobæ; in villa, quæ vocatur *Uluensheim* jjjj hobæ; in villa, quæ vocatur *Etingun*, jjjj hobæ; in villa, quæ vocatur *Hantscuesheim*, v hobæ; in villa, quæ dicitur *Heteneshein* jjjj hobæ; in villa *Wibelingun* j hoba; in *Strazheim* una; in *Leimheim* una; in *Gneſſa* una; in *Cunigga* una; in *Butinga* una; in *Winenheim* una; in *Sahſſenheim* vj hobæ. Quam nos cellam ut in defenſionem ſuſciperemus, rogavit, ſed antequam hoc fieret, viam univerſæ carnis intravit; quo defuncto ſucceſſor illius abbas Geroldus ſimiliter noſtram clementiam adiit, & pro eadem cella in noſtram tutelam ſuſcipienda rogavit; cujus petitioni acquieſcentes, pro amore Dei & remedio animæ noſtræ, & avi noſtri CUNRADI, & patris noſtri HEINRICI imperatoris, & aviæ noſtræ GISELÆ, & matris noſtræ AGNETIS, & conjugis noſtræ BERTHÆ imperatricis, pro ſtabilitate regni & imperii noſtri, ac filii noſtri regis HEINRICI, ac petitione regni principum, videlicet Brunonis Treverenſis, Frederici Colonienſis archiepiſcoporum, Joannis Spirenſis, Burchardi Monaſterienſis, Adelberonis Metenſis, Albuini Merſeburgenſis, Cunonis Argentinenſis epiſcopo-

coporum, Stephani Wizenburgenſis abbatis, Friderici, Sigefridi palatinorum comitum, & aliorum fidelium noſtrorum, prædictam cellam cum univerſis bonis, quæ jam acquiſita ſunt, vel inquirenda ſunt, cum omnibus appenditiis, areis, ædificiis, pratis, paſcuis, agris, vineis, ſylvis, venationibus, aquis, aquarumve decurſibus, piſcationibus, exitibus & reditibus, viis & inviis, quæſitis & inquirendis, ac cum omni utilitate, quæ vel dici, vel nominari poterit, in noſtræ defenſionis mundiburdium ſuſcepimus, ea ratione, ut nullus ſucceſſorum noſtrorum imperator vel rex, epiſcopus vel abbas, dux vel marchio vel comes, vel aliqua perſona magna vel parva, hanc eandem cellam in aliquo moleſtare vel inquietare, vel inde aliquid auferre præſumat, ſed monachi ibidem Deo ſervientes bonis præfatis, quæſitis vel inquirendis, libere utantur. Et ut hæc noſtræ defenſionis munitio firma & inconvulſa omni ævo permaneat, hanc cartam inde conſcriptam, & ut infra videtur, propria manu noſtra corroboratam ſigilli noſtri impreſſione juſſimus inſigniri. Signum domini Heinrici tertii Romanorum imperatoris invictiſſimi. Actum IIII nonas Martii, anno ab incarnatione Domini MCIII, indictione XI, regnante Heinrico tertio Romanorum imperatore auguſto, anno XLVIIII, imperante autem XVIII. Actum *Spirae* in Chriſti nomine, ad ſalutiferam memoriam Heinrici tertii Romanorum imperatoris auguſti feliciter amen. 4. Mart. 1103.

Hoc loco, quæ de monaſterio *Abrinsberk* ſuperius omiſſa ſunt, inſerenda arbitramur, videlicet donationem Cunradi regis primi, & privilegium Heinrici imperatoris ſecundi, quorum altera ſub Hattone archiepiſcopo & abbate, alterum ſub Reginbaldo abbate factum eſt.

CXXXVI.

Donationes ad monaſterium Abrinsberg.

* Ded. Freh. orig. Palat. app. 1. p. 35. & ſeqq.

In * nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis. CUNRADUS divina ordinante providentia rex. Quicquid Dei ſervorum exhortatione locis, divinis cultibus aptatis, devota mente conferimus, in extremo examinis die centuplicatum a ſummo judice nobis repræſentari absque dubio confidimus. Idcirco omnibus ſanctæ Dei eccleſiæ noſtrisque fidelibus, præſentibus & futuris, notum eſſe volumus, qualiter noſtræ pro mercedis augmento, ac parentum in elemoſina meorum, atque pro quorundam fidelium noſtrorum Thiedelachi epiſcopi, nec non & ERKANGERI COMITIS ac cæterorum, Erlolfi & Folnandi, rogatu quasdam res proprietatis noſtræ concedimus ad ſanctum locum, *Aberinesburg* dictum, qui eſt conſtructus in honore ſancti Michaelis archangeli omnipotentis, hoc eſt, quicquid Folcmar proprietatis viſus fuit habere in marcha & in villa, *Hanscuhesheim* nuncupata, vj hobus ſerviles, & hoc totum Sigolfo, noſtro quoque monacho, abbatis ſui licentia ad dies vitæ ſuae ſibi in proprium habere noſtra concedo poteſtate, hoc eſt, in pago *Lobotungouue*, in *comitatu* LIUTFRIDI COMITIS, & quicquid ad ipſum locum jure ac legitime pertinere videtur, cum domibus, aedificiis, mancipiis, vineis, campis, agris, pratis, paſcuis, ſylvis, cultis & incultis, aquis, aquarumve decurſibus, viis & inviis, acceſſibus & adjacentiis, finibus, exitibus ac regreſſibus. Haec igitur omnia jam dicto monacho ad praefatum locum, ac poſt ipſius de hac vita diſceſſum, fratribus monaſterio Lauresham Domino, ſanctoque Nazario famulantibus, in proprietatem & dominationem perpetuam condonamus, & juſſimus eis fieri hoc noſtrae auctoritatis praeceptum, per quod volumus firmiterque praecipimus, ut de his omnibus nunc & deinceps omni tempore liberam habeant poteſtatem faciendi, quicquid eis placuerit, quatinus eos pro

nobis

nobis miſericórdiam Domini melius exorare delectet. Et ut haec noſtrae conceſſionis auctoritas firmior habeatur, ac per futura tempora a fidelibus noſtris melius credatur, & diligentius obſervetur, manu propria ſubter eam firmavimus, & anuli noſtri impreſſione aſſignari juſſimus. Signum Cunradi sereniſſimi regis. Wodelfridus cancellarius ad vicem Pilegrini archicapellani recognovi. Data X kalendas Septembris in monte *Abirinesburg*, anno Dominicae incarnationis DCCCCXII, indictione XII, anno I regni Cunradi glorioſiſſimi regis. Actum ad *Triburiam* palatio regio feliciter amen. 23. Aug. 912.

CXXXVII.

Confirmatio immunitatis monaſterii S. Michaelis.

In nomine ſanctae & individuae Trinitatis Heinricus divina favente clementia Romanorum imperator auguſtus. Si venerabilia eccleſiarum Dei loca alicujus commodi utilitate ad laudem Dei ſtabilire, confirmare ac ſublimare ſtuduerimus, nobis id ad animae remedium, regnique noſtri ſtatum profuturum eſſe minime dubitamus. Quapropter noverit omnium Chriſti fidelium noſtrorumque univerſitas, qualiter Reginbaldus, Laureshammenſis eccleſiae venerabilis abbas, noſtram adiens ſerenitatem, omni a nobis ſtudio poſtulavit, quatinus ſub noſtrae confirmationis atque immunitatis auctoritate liceret ſibi ſub ſancti Michaelis archangeli & omnium ſupernorum civium honore monaſterium ordinare in *monte ſancti Abrahae* praetitulato nomine, ſito in *pago Lobetengowe*, in *comitatu* vero Heinrici comitis. Rogavit etiam nos, eidem monaſterio confirmare ad uſum fratrum, Deo ibidem ſub regula ſancti Benedicti ſervientium, loca cum pertinentiis ſuis, his nominibus deſignata: *Furde*, *Ereſſam*, *Wezzenloch*; in *Wibelinga* jjjj manſos, *Serizesheim*; in *Paphenhoven* unam eccleſiam cum jjjj manſis, in *Pergeheim* vjjj manſos; in *Niwenheim*

heim vjjj manſos; in *Hanſcuesheim* vjj manſos; in *Cilulfesheim* jjj manſos. Cujus petitioni, quia rationabilis atque religioni dedita videbatur, aurem libentiſſime accomodavimus, atque eidem eccleſiae ab ipſo conceſſa per hanc noſtram imperialem paginam concedimus, atque confirmamus. Interdicendo itaque interdicimus, ut nullus poſthinc abbas eidem monaſterio de prænominatis locis aliquid auferre & ad ſuos uſus conferre, ſive alicui militi in beneficium dare præſumat. Si autem hoc, quod abſit, fecerit, Dei omnipotentis offenſam & ſancti Michaelis archangeli omniumque ſupernorum civium inprimis incurrat, & ut banni noſtri transgreſſor, auri optimi libras C ad cameram noſtram perſolvat. Et ut haec noſtrae ingenuitatis auctoritas ſtabilis & inconvulſa omni poſthinc permaneat tempore, hoc praeceptum inde conſcriptum manu propria confirmantes, ſigilli noſtri impreſſione juſſimus inſigniri. Signum domini Heinrici Romanorum inviĉtiſſimi imperatoris auguſti. Guntherius cancellarius vice Aribonis archicancel-
13. Dec. larii recognovi. Data idus Decembris, indictione VI, anno
1023. Dominicae incarnationis MXXIII; anno vero domini Heinrici ſecundi regnantis XXIII, imperii autem X. Actum in *Triburia* regia villa.

Venerabilis quoque abbas Vgo præfatum monaſterium ſua donatione ſublimavit, & hoc modo confirmavit.

CXXXVIII.

Ad idem.

VGO dei gratia abbas Laureshammenſis. Sanctae Dei eccleſiae profectum tanto diligentius procurare debemus, quanto in cœleſti curia excelſius ſublimari cupimus. Ecce in *Hanscuehsheim* ob aeternae retributionis mercedem jura conſtitutionum, quae ad noſtrum ſervitium pertinent, ſine ulla interdictione, fra-

fratrum noſtrorum petitione, in praeſentia primatum noſtrorum ad ſervitium Sti Michaelis archangeli conſtituimus, quatinus inibi regularem diſciplinam juxta fratrum ſancti Nazarii conſuetudines, ejusdemque loci conſtitutiones ad plenum firmaremus, & ne hanc conſtitutionem ſucceſſorum noſtrorum injuſtitia vel inclementia ſubvertat, hanc cartam fecimus ſcribi & legaliter confirmari. Anno autem incarnationis Dominicæ MXXVI, (a) indictione VII, regnante imperatore Heinrico ſecundo. Acta ſunt hæc feliciter amen.

His ſuccedens Deo dignus pater Anshelmus ſua nichilominus liberalitate vel ipſum monaſterium ditavit, penſionesque ejus annuas in hunc modum annotari fecit.

CXXXIX.

Ad idem.

Notum ſit omnibus in Chriſto fidelibus, qualiter ego Anshelmus, ſanctae Laureshammenſis eccleſiae licet indignus abbas, cum Zundeboldo praepoſito Abirinesbergenſi, manu advocati Bertholfi, aream & vineas in *Scriezesheim*, hobariis atque curtariis, praeter ea, quae jam in ſervitio habuerunt, ſub annua & determinata penſione jure haereditario contradidi, eisque conceſſi, ut, cum aliquis hobariorum obierit, haeres ejus tantum v ſolidos Wormatienſis monetae ſupradicti loci praepoſito, & unciam ejus villico tribuat, ac haereditatem ſuam poſſideat. Perſolvere autem debent hobarii

(a) Corruptæ hæ notæ chronicæ. Hugo enim ſub Henrico III imp. & Leone IX papa demum fuit abbas, uti patet ex ſuperioribus pag. 172. Cujus rei Helwichius memor poſuit an. MXLVI, ſed oblitus eſt indictionis, quæ tum XIV fuit, non VII. Poſuit inſuper *regnante imp. Heinrico III*, male. Heinricus hic *tertius* quidem fuit *rex* Germaniæ, at *imperator ſecundus.*

rii unam caraddam vini, & xxx maltra ſiliginis, curtarii vero jjjj amas vini, & xx malder ſiliginis, noſtrae autem conſtitutionis novi haeredes xxv urnas vini, xvjjj malder ſiliginis, & unum tritici; quae ſimul ſunt duae caraddae vini, & dimidia, malder LXXj. Praeterea hobarii ſolvunt villico praepoſiti in feſto ſancti Martini vj uncias, & demolendinis ſolvuntur vj unciæ. Porro in *Heteneſheim* & in *Cilolfesheim* perſolvuntur LXV malder tritici; ſed vjjj malder tritici in *Cilolvesheim* dedimus in concambium pro molendino in *Scrizesheim*, quod pertinebat ad Aldenmunſter. In *Wibelingen* de area & de vineis in feſto ſancti Lucae perſolvuntur Ljjj malder tritici, de tribus manſis xxx malder tritici; ex aliis autem bonis xxjjj malder tritici; quae ſimul ſunt cvj malder tritici in Wibelingen. De *Niwenheim* ſolvuntur xv malder tritici, xvjjj ſiliginis. De *Rorbach* ſolvuntur xxxvj malder ſiliginis, jj malder leguminum, & x unciæ. De *Etingen* in feſto ſancti Remigii j libra argenti. In feſto ſancti Remigii de *Wezenloch* perſolvuntur jj talenta & dimidium de curtibus, in feſto autem ſancti Martini & in paſcha de hubariis jjj talenta perſolvenda ſunt. De monte autem, ubi argentum foditur, j marca, & de mercato xx marcae; de molendino vero xx & vj malter tritici. In feſto Sti Martini de *Blankeſtatt* perſolvitur cenſus vj unciae & dimidia. In feſto ſancti Remigii perſolvitur cenſus de *Bergeheim* xxxjjjj unciae, in paſcha ibidem xxxj unciae. De *Hanſcuhesheim* in feſto ſancti Remigii hic cenſus perſolvitur: de xjj hobariis pro ſervitio & reditu ſolvuntur vjjj librae; de dimidiis vero hobariis & molendinariis & aliis curtariis vjjjj talenta & xjjj ſolidi, caradda quoque vini, & jj urnae; item in feſto ſancti Martini perſolvuntur vjjj unciae praeter jjjj denarios. Ipſo die de *Etingen* vjjj unciae. Summa igitur totius cenſus eſt Lvjjjj talenta, v unciae & vj denarii, ſiliginis LXXXVjjj malder, leguminum jj, tritici CLXXXVjj malder, vini jjjj caraddae & dimidia, & jj urnae.

CXL.

CXL.

Deſcriptio hubarum & penſionum ad curiam Furde.

Item * deſcriptio hubarum & penſionum ad curiam *Furde* pertinentium. In vico *Columbach* ſunt xj hubæ, quarum x quælibet annuatim perſolvit in feſto ſancti Michaelis xv nummos, in feſto vero ſancti Martini de ſingulis ſolvuntur xx denarii, itemque x ova, & unus pullus in paſcha, undecima vero huba villicationi adtinet, quatinus inde vjjj ſtaupi, unum mortarium in natali domini, xl quoque ſcutellæ in paſcha fratribus a villico miniſtrentur. In *Crumbenbach* x hubæ, ſingulæ ſolventes xv denarios in feſto ſancti Michaelis, x ova & j pullum in paſcha. Item manſus unus perſolvens xxjj denarios in die ſancti Martini. In *Branbach* ſuperiori jjj hubæ, ſingulæ xv denarios in feſto ſancti Michaelis, in paſcha x ova & pullum. In inferiori *Branbach* jjjj manſi perſolvunt villico jj uncias. In vico *Wisgoz* vjj hubæ ſingulæ ſolventes xv denarios in feſto ſancti Michaelis, in paſcha x ova & j pullum. In *Krechlenbach* vjjj hubæ ſolvunt ſingulæ xjj denarios in feſto ſancti Michaelis, in paſcha x ova & pullum. Ad *Furden* xj hubæ ſingulæ ſolventes xx nummos in feſto ſancti Michaelis, in paſcha x ova & pullum, inſuper xjj camiſilia, quorum unum villico aſſignatur. In vico *Aldenlether* jjjj hubæ, ſingulæ xv denarios in feſto ſancti Michaelis. In paſcha x ova & pullum. Redemptio vero operum, quæ ex his hubis principali curiæ in *Furden* tribus in anno menſibus, videlicet Februario, Majo & Septembri, jure exhibentur, talis eſt. In *Varenbach* vj hubæ ſolvunt his ſingulis menſibus ſingulæ vj denarios. In *Furden* xj hubæ ſingulæ jjj denarios. In *Crumbenbach* x hubæ, duæ ſimul jjj denarios. In *Branbach* jjj hubæ ſimiliter. In *Wisgoz* vjj hubæ ſimiliter. In inferiori *Branbach* jjjj hubæ jjjj denarios. In *Creklenbach* vjjj hubæ ſingulæ j denarium. In *Aldenlether* jjjj hubæ ſimiliter. Duæ vero partes omnium de-

* Ded. Freh. ibid.

cimarum ad eccleſiam *Furde* aſpicientium ſunt in manu præpoſiti, præter ſalicas decimas, quæ reſpiciunt Laureshammenſem portarium, & præter decimas in *Erlebach*, quæ ad villicationem in Furde pertinent, ex quibus idem villicus fratribus in *Abrinsberk* uno anno caldariam, altero patellam in feſto omnium ſanctorum exhibeat. Hæc quoque ad villicationem pertinent, videlicet omne decimale fœnum in *Columbach*, *Wisgoz*, *Branbach*, *Steinbach*, *Aldenlether*. Item molendinum in *Wisgoz* ſolvens jj ſolidos cum huba ſua, quæ ſolvit xv denarios, & tota ipſius hubæ decima. Item in *Branbach* jj unciæ, in *Aldenlether* jj ſolidi cum huba. Item capitales cenſus familiæ ad *Furden* pertinentis; & ſi quid in ſuppellectili morientium ſolidum aut minus valet. Nam quæ majoris pretii ſunt, præpoſito deputantur. In hæreditatum quoque ſusceptione de v ſolidis villicus accipit unciam, de xxx denariis x denarios. Item molendinum in *Varenbach* ſolvens xxxjjj denarios, & jjjj manſi, qui conjunguntur, ſolvunt jjjj ſolidos, & areola una jjj denarios. Item in *Furde* jjjj ſolidos. Item ibidem xvjjj denarios. Bubo ex duobus manſis & prato, quod dicitur *Rutbrehtesbruel* & de una biunda xxx denarios, & de molendino in *Furden* v uncias ſolvere debet.

Aliæ quoque poſſeſſiones & villulæ, videlicet *Ezzilsbach*, *Erſam*, *Rameſowa*, ad idem monaſterium pertinent, *Wezzenloch* quoque cum aliis, quæ memoriæ non occurrunt, quarum penſiones & juſtitias, quia in ſcriptis non reperimus, neceſſario prætermiſimus.

Idem quoque reverendus pater poſſeſſiones cellæ *Michlenſtat*, ſive ab anteceſſoribus ſuis ſive a ſe ipſo eidem loco collatas, annotari præcepit, & hoc modo in poſteros transmiſit.

XLI.

CXLI.

In nomine ſanctæ Trinitatis & ejusdem individuæ unitatis. Ego humilis Anshelmus, proviſor rerum ſancti Nazarii, ratum duxi litteris innoteſcere omnium fidelium poſteritati, qualiter cella, *Michlenſtat* dicta, nobis antiquitus ſit tradita, vel quemadmodum his noviſſimis temporibus Deo ſervientium congregatio inibi ſit coadunata; quæve eidem ad uſus ſuos conceſſa, ſive donata, vel etiam pro oportunitate locorum concambio meliorata, ſeu certe pretio ſint adtracta, quæ ſingula relatu & memoria digna, hoc ordine ſunt completa. Tempore igitur imperatoris Ludowici cognomento pii quidam Einhardus, nobilitatis & dignitatis honore clarus, & uxor ejus Imma, Carli magni filia, prædictam cellam ſancto Nazario in Lauresham pari devotione tradiderunt, eadem libertate & integritate, qua & ipſi eam a præfato imperatore in proprietatem ſuſceperunt. Quam traditionem, ſi quis plenius noſſe deſiderat, teſtamentum ipſorum apud nos ſervatum relegat. Idem vero Einhardus, cum prædictam cellam ad dies vitæ ſuæ retineret, cetum Deo famulantium illic congregare voluit, ſed ideo effectum conſequi non potuit, quia ſanctis, quos de Roma adduxerat, videlicet Marcellino & Petro, liberiorem locum Deus alibi prædeſtinaverat. Sic itaque cella prænominata usque ad hæc noviſſima tempora permanſit quodammodo deſerta & deſolata. Aſt ubi tempus miſerendi venit, ut iniquitas deleretur, & juſtitia ſempiterna adduceretur, gratuita Domini pietas, cujus univerſæ viæ miſericordia & veritas, quosdam fratres, divinitus inſpiratos, illuc direxit ſpontaneos ad reſtaurandum diu neglecta, ſcilicet per CCLIII annos, quibus etiam ad hæc peragenda benignus fautor aderat glorioſius operando in minimis, qui in omnibus judiciis & operibus ſuis legitur & tenetur mirabilis. Piiſſimus namque pater & paſtor noſter dominus Udalricus, ſacræ religionis amator, immo propagator præcipuus, auditis eorum votis libentiſſime

tiſſime aſſenſit, & eis ad ſupplementum *Mardbach*, *Bulaha*, *Roſſebuch* cum omni jure conceſſit. Poſt cujus obitum, cum ſucceſſiſſet dominus Adalbertus, geminæ caritatis dulcedine refertus, deſiderans novellam plantationem radicando convaleſcere, antea conceſſis hæc cenſuit quaſi irrigando adjicere, ſcilicet ſalicam terram cum pratis, & horto, & familiæ ſervitio. Cui dominus Winitherus in regimine ſubrogatus, & ipſe in augendo Chriſti ſervitio devotus, conceſſa adauxit, & hæc addidit, ſcilicet xjjjj jurnales in *Winenheim*, cum omni jure & *Ameslabrunno*, & decimas *in Cunticha*, cella *Steinbeche*, & ſervientium, qui ſunt in *Stochheim*, & hubam unam in *Steinbach*, & integram & dimidiam in *Biſiſtat*, & partem ſaltus in palude juxta *Baſinsheim*. Praeterea Heinricus IV rex dedit vineam unam ad *Eichholz* in *Ingilenheim*, & Bezecha de *Obbenheim* dedit vineam unam & curtile j in *Baſinsheim*, & Diemarus de *Niderenburc* hubam dimidiam in *Phungeſtat*. Quorum ego ultimus, immo omnium minimus, qui Dei gratia id, quod ſum, hæc conceſſis vel datis decrevi ſuper adjicere, & ſtabilire in augmentum illorum, ſcilicet *Erichesbuch*, *Alingisbach*, & hubam unam in *Steinbach*, & duas in *Ertbach*, & molendinum j & hubas v in *Stocheim*, & partem de novo ſaltu in *Biuron* juxta *Winenheim*, & decimam ipſius ſaltus cum omni jure, & jjjj jurnales, & curtile j in *Winenheim*, & reditus & conſtitutionem xjj hubarum in *Rehbach*, *Steinbach*, *Hocheim*, & pro dimidia huba, quam Herebertus de Lauresham cum uxore ſua & filio in *Strazheim* dederat, concambivi eis xjjjj jurnales in *Biſiſtat*. Bertholdus quoque advocatus cum Liutgarda uxore ſua dedit hubas duas in *Winemundesdate*. Ad hæc etiam ipſi fratres emerunt hubam unam in *Cunticha* & vineam j in *Baſinsheim*, & curtile j, & prata duo & vineas vjjj in *Winenheim*. Et Hildibertus de eodem loco emit eis vineam j in eodem loco. Et propterea exiſtimavi congruum hoc eis conſcribi teſtamentum, quatenus

nus congregatio nunc inibi coadunata vel deinceps Chriſto propitio coadunanda., quæque conceſſa, donata, concambio ſeu pretio adtracta, ſub hujus auctoritate perpetua teneat ſtabilitate.. Quod ut robuſtius teneatur, & a poſteris firmius credatur, undique circumſpectum, non noſtro, ſed patroni noſtri Nazarii ſigillo voluimus inſigniri, Deo videlicet dilecti martyris ac ſpecialis ſua patrocinia quærentium protectoris. Traditio cellæ facta eſt pridie idus Septembris anno Dominicæ incarnationis DCCCXVIIII, indictione XII, anno autem VI Ludowici imperatoris, & XVI Adalungi abbatis. Adventus autem fratrum in ea factus eſt in paraſceve, quod erat IIII kalendas Aprilis, anno ejusdem incarnationis MLXXIII, indictione XI, anno vero XVII Heinrici (IIII) regis, & XVIIII Udalrici abbatis. Iſtud etiam teſtamentum factum eſt anno prædictæ incarnationis MXCV, indictione IIII, anno quoque XL præfati regis, & VIII Anshelmi abbatis. Ego itaque Notkerus etſi indignus presbyter & monachus juſſu domini abbatis 27. Oct. Anshelmi hoc teſtamentum deſcripſi, diesque & tempora di- 1095. ligenter diſtinxi. Datum VI kalendas Novembris in Dei nomine feliciter amen.

Longum * eſt evolvere, qualiter hic venerabilis pater, ante & poſt reædificatam ex incendiis Laureshammenſem eccleſiam, ornatum quoque eccleſiaſticum, quem Winitherus ambitu Symoniaco expilaverat, & in vadia expoſuerat, plurima ex parte recuperaverit, & curias ſupradictas ſuæ diſpoſitioni reſtituerit. Nec his contentus, familiam quoque eccleſiæ contra obpreſſores ſuos cœpit viriliter manutenere & defendere, maximeque adverſum Bertholfi advocati tyrannidem, qui fuit radix peccatrix hujusmodi, quæ adhuc vigent, exactionum, quem idem B. cum mili-

* Ded. Freh. ſeqq.

tia tum juſtitia & induſtria ſuperiorem ſentiens, quia vi non poterat, dolo circumvenire intendit. Auſpicato igitur, quo poſſet, imprudentem & imparatum adoriri, in eccleſia beatæ Mariæ ſemper virginis, apud cellam *Michlinſtat* fraudulenter obpreſſum captivavit, & in caſtro *Vehingen*, favente cognato ſuo EGENONE COMITE, cuſtodiæ mancipavit; ubi tamen, prout reſtulit, honorifice receptus (retentus) extimplo per imperialem auctoritatem abſolutus, & ſuæ dignitati reſtitutus eſt, auctoribus ſceleris debita confuſione multatis. Nec multo poſt, velut optata miſſione poſt laborem, emeritus miles migravit ad Dominum VII kalendas Julii, ſepultusque in *Abrinsberg*, in oratorio ſancti Stephani, quod ipſe, ut cerni datur, conſtruxerat. Qui, ut memoriam in benedictione relinqueret, fratrum Laureshammenſium ſervitio talentum in *Sahsſenheim* de reditu cujusdam poſſeſſionis in anniverſario diſpoſitionis ſuæ diem conſtituit, caraddam quoque vini in feſto beati Nazarii ac x ſolidos in *Huſen*, & malter caſeorum eum c ovis in vigilia pentecoſtes ipſis perpetuo tradidit. Rexit eandem eccleſiam annis XIII, cui ſubrogatus eſt

Geroldus, incertum ex ipſa congregatione, an aliunde aſſumptus. Iſte curtim dominicalem *Stehelinmeſela* dictam, juri cuſtodis Laureshammenſis aſſignavit, ſicut & alia ejusdem nominis, in qua abbas Anshelmus ob tuitionem eccleſiæ caſtrum conſtruxerat, in diſpoſitionem portarii acceſſit, quo poſt annos VI vita excedente Hugo quidam Gingenbacenſis abbas, non qui-

quidem fratrum electione, ſed imperiali permiſſione mox, ſicut inſtitutus, ita & deſtitutus eadem eſt eccleſia. Per id temporis domeſtica diſcordia & inexorabile odium inter Hfinricum (IIII) imperatorem patrem filiumque ejus Heinricum (V) conjuratione principum efferbuit, facileque tum quivis ſtudia partium fovens ad quamlibet eccleſiaſticam dignitatem aſpirabat. Præfuit tunc Hirſaugienſi monaſterio poſt illum beatum & opinatum ejusdem loci patrem Willehelmum Gebehardus, tum natalium ſplendore conſpicuus, tum etiam conſilii vivacitate in palatio ſatis acceptus, cui ſe non tam fidelitatis, quam ambitionis gratia familiarem exhibebat. Hoc optentu primo Laureshammenſem abbatiam, deinde epiſcopatum Spirenſem, velut ex imperiali conceſſione vendicavit. Nec mora, rebus abbatiæ plurimum profligatis, fratres ipſius eccleſiæ filios, quorum odia ſibi merito conſciverat, propulſare ſtatuit, arreptaque occaſione, quaſi ſub religionis prætextu, Hirſaugienſium conſuetudinum novitates', quæ nuper emerſerant, per adventitios monachos ac barbatos, ac hujusmodi larvas potius quam perſonas ſubintroduxit. Quibus ipſius eccleſiæ nutritii fratres pro defenſione Gorzienſis ſeu Cluniacenſis ordinis, quem ab antiquo traditum ſervaverant, acrius obnitentes, Hirſaugienſium factione pene omnes domo propulſi ac aliquamdiu diſperſi ſunt; eoque factum eſt, ut exinde commiſſura rudis panni in veſtimentum vetus miſſa, pejorem ſciſſuram fecerit, & utræque conſuetudines inſimul permixtæ immo confuſæ, neutram apud nos plenarie habeant obſervantiam. Qualiter vero præfati Hir-

Hirſaugienſes poſt mortem Gebehardi ex eodem loco profugati, ac fratres honorifice ſint reducti, conſequenter explicabimus. Nam tenuit ipſam abbatiam annis duobus, Spiræque ſepultus eſt.

Heinrico (IIII) imperatore, poſtquam ab eo filius, regnique principes deſciverunt, non diu ſuperſtite, ac *Spirae* tumulato, cum filius ejus HEINRICUS regni, quod prius invaſerat, gubernacula ſuſcepiſſet, fratres Laureshammenſes gravem juſtamque in præſentia ejus quærimoniam depoſuerunt, tum pro ſua diſperſione, tum pro Hirſaugienſium invaſione.. Dato igitur ad Bertholfum advocatum eccleſiæ hujus executionis præcepto, debito cum honore revocati, ac Hirſaugienſes dedecoroſe vel fuga elapſi vel ejecti ſunt, illata tamen clam ab eis ſacrario & armario reliquiarum & librorum non mediocri expilatione. Quod ne cui in dubium veniat, teſtimonio eſt epiſtola plena lacrymarum, ab eisdem fratribus ad hunc ipſum regem, necdum imperatorem, metrico ſtylo directa, hunc continens modum:

Summo poſt Dominum regi pleno meritorum,
Cujus jus late protenditur imperiale,
Grex expulſorum de ſede ſua monachorum,
Quicquid revera poterunt oramina crebra.
Plaudentes manibus in laude Dei jubilamus,
Proſper & incolumis quia redditus es modo nobis,
Spretis & profugis ſpes unica rebus in arctis,
Ut pullus volucris reſidens nido ſine plumis,
Cum dapibus matrem vix expectat remeantem,

Sic

Sic & noſtra tuum ſitientia corda recurſum,
Vix expectabant, & ſemper ad hunc inhiabant,
De merore gravi ſperantia ſe relevari,
Unde moleſtamur, lacrymisque per ora rigamur.
Et quia veniſti, ſalvet te gratia Chriſti,
Hos & conqueſtus noſtros adtende miſertus.
Sunt igitur tecti quidam ſpecie monachili,
Dicti de milio Milienſes nomine digno,
Factis ſylveſtres, ſilveſtria corda gerentes,
Qui quaſi doctores diſcurrunt per regiones,
Simplicium mentes verſute decipientes.
Hoc autem temere præſumunt ſcisma docere,
Quod neque vir nuptus caſta quoque conjuge functus,
Et nec legitimo mulier ſociata marito,
Umquam ſalventur, niſi primum diſſocientur,
Et quæ poſſideant, disjuncti cuncta relinquant.
Hoc quia ſit falſum legale probat documentum.
Nam cum fecit Adam Deus, uxorem dedit Evam,
Inſtituitque duos velut uno corpore junctos,
Lege maritali, mentisque fide ſociali,
Ad genus humanum procedere multiplicandum,
Ne fierent in eis defectus poſteritatis.
Dicit & humanæ ſtirpis factor Deus ipſe,
A ſe conjunctum ſolvi non poſſe per ullum,
Præceptoque pari mandat ſententia Pauli,
Ut vir ad uxorem ſervans quem debet amorem,
Chriſtus ut eccleſiam, ſincere diligat illam,
Ac velut una caro maneant in federe caro.
Multæ ſunt aliæ novitates, dogmata, ſectæ,
Dando fel in melle, quas grex docet & colit ille,
Quas, quia ſunt vanæ, piget & pudet enumerare,
Quæ rogo de monachis milienſibus haut ſtupet auris,
Illorumque loqui cui non ſint facta pudori,

Ff Aut

Aut ea quis referens non ſit frontoſus & amens.
Attamen hii tales ſimulant ſe ſpirituales,
Cum tantum viſi mox inclamentur iniqui,
In quem doctorum non eſt deſpectus eorum,
Se præponentes in dogmatibus meliores.
Hii domini papæ teſtantur nomen inane,
Sceptrigeroque tui faciunt obprobria juri,
Ac vos judiciis uſos profitentur iniquis,
Ambos damnandos & ab eccleſia removendos,
Atque quod eſt gravius, & quod timide recitamus,
Aſſirmant cunctos tibi per famulamina junctos,
Aut quibus alloquium ſit vel communio tecum,
Torquendos flammis æternæ perditionis,
Ni cito pœniteant, cæſar, tua teque relinquant.
Spernunt in tantum rectores eccleſiarum,
Ut per eos aliqui penitus renuant benedici,
Et quæcunque gerant, ſtatuant, doceant, ea ſpernant,
Quodque nefas factu, quod & eſt miſerabile dictu,
Tam gravis in clerum turget contemptus eorum,
Ut nolint miſſas audire per hunc celebratas,
Nil divinorum quærentes officiorum,
His ſacris illum dicentes haut fore dignum.
Dedecus heu magnum rectoribus eccleſiarum,
Talia de terra qui non curant abolenda.
Hii quoque ſemiviri, turpesq; molles, vice plumbi,
Diſſimiles auro fornacis in igne probato,
Quod libet, id faciunt, hoc & licitum fore dicunt,
Quæ nolunt, per ſe ſtatuunt non illa licere,
Ex toto ſpretis legalibus, atque veternis.
Conſuetudinibus: quas abba docet Benedictus,
Hii quoque manſueſcunt in vultibus ac hilareſcunt,
Sed ſub mente dolum retinent, rapiemque luporum,
Fraus facit hos vulpes, lepores metus, ira leones.

Hii

Hii per tonſuras grandes, grandesque cucullas,
Audent mentiri Chriſto plane Phariſæi,
Alba ſepulchra foris, ſed ab intus plena pudoris.
Nam quum laudis ſunt percupidi popularis,
Dilatant tunicas ſibi, magnificantque cucullas,
Triſtes, pannoſi, pallore ſuperſtitioſi,
Demiſſa fronte. Quid multa? novi ſicophantæ,
Per caput abraſi, terratenus & manicati,
Tamquam non virtus monachum faciat, ſed amictus.
Aut quaſi religio, pietaſque notetur in illo,
Cum non induvias hominis damnet Deus ullas,
Veſte ſub agnina, ſi mens etiam ſit ovina,
Nam nichil agnina prodeſt toga, mente lupina.
Jam, rex inſignis, tibi ſeductoribus illis,
Strictim detectis, & olentibus undique ſectis,
Nunc quoque *barbati* qui ſint, adtentius audi.
Sunt ergo laici Milienſibus aſſociati,
Quos riſus populi dedit hoc agnomine fungi.
Sunt quia prolixis barbis ad pectora pexis,
Deformes, hirti, revera moribus hirci,
Barbis hircorum ſimiles, larvis tragicorum,
Quos quia vulgaris circumfert aura favoris,
Auſtera facie ſunt & tonſi caput alte,
Cautius anciſis certoque tenore capillis,
Et ſunt inmenſis induti calciamentis,
Amphibalis longis utentes & ſpacioſis,
Quos quid habere putant, ſubmiſſa fronte ſalutant,
Gratia, pax vobis, benedicite, credite nobis,
Mille *pater noſter* demandat grex tibi noſter.
Per venias centum verrunt barbis pavimentum,
Ut domini ſervos plebs mobilis eſtimet ipſos.
Verum fallaces fore ſe produnt & inanes,
Dum nichil eſt intra quod in hiſdem cernitur extra,

Federa namque thori jungentes more priori,
Sollicitant thedas immo violant alienas,
De ſe tam natis, quam natabus generatis.
Intuitu duri, verum factis Epicuri.
Magna ſed ut parvis claudamus plurima paucis,
Hoc etiam certis dinoſcitur experimentis,
Horum conſiliis & cartis undique miſſis,
Plurima perfidiæ mala ſæpe patrata fuiſſe,
Sciſmatis errorem totum ſpargendo per orbem.
Unde ſuper regnum nunc conſtat ſurgere regnum,
Et contra gentem bellis confligere gentem,
Unde modo crebris dolet omnis terra querelis.
Nos quoque jam canos aetate laboreque tardos,
In clauſtris alitos per viginti quater annos,
Antiquas leges patrum ritusque ſequentes,
Fecerunt profugos, nativo limine pulſos,
Dum dedignati ſumus illis aſſociari (vel aſſimilari,)
Præfatas hæreſes, ſectasque ſequi renuentes.
Nunc, o Romani rex inclite gloria regni,
Cujus honor ſceptri pertingit ad ultima ſæcli,
Talia cur pateris, cur hæc finire moraris,
Cur non, domine, doles, noſtros miſerando dolores.
Horis Teuthonicis cur pullulat hæc ypocriſis,
Cur, invicte, tuis tardas finem dare curis.
Noveris in Chriſto, niſi tempore protinus iſto,
Concidat hæc hereſis, res adverſas patieris,
Cura, labor creſcent, & numquam bella quieſcent.
Quare judicium fac Chriſto judice dignum,
Confer opem miſeris inopumque movere querelis,
Unica tu nobis ſpes, portus & aura ſalutis.
Ad loca nos propere nativa jubeto redire,
Quo valeamus ibi Domino ſervire quieti,
Ut mos Teuthonicus jubet, atque pater Benedictus.
Et ſi ſit voti compos oratio noſtri,
Oramus pro te tam nunc, quam tempus in omne. Aſti-

Aſtipulatur his nichilominus epiſtola ad papam Paſchalem a prædictis fratribus directa.

CXLII.

Epiſtola Laureshammenſium ad papam & imperatorem.

Sanctiſſimo apoſtolicæ ſedis pontifici Paschali, & glorioſiſſimo Romanorum regi Heinrico, ac cunctis primatibus regni, puſillus grex ſancti Nazarii. Quia ſemper cura eſt ſponſo cœleſti de ſponſa ſua, ſancta eccleſia, quam ſanguine ſuo redemit, longe multum ſalutis eidem contulit, quando vos vicarios ſibi præfecit. Peccatis enim noſtris exigentibus, membra ipſius, ſcilicet matris noſtræ Syon, hæreticorum & ſciſmaticorum livor jam per multos annos plurimum infecit. Sed gratia divina magis ac magis ex mellifluo ore veſtro diſtillante, ſperamus caput noſtrum de cœlo reſpexiſſe, ut videat dolorem membrorum ſuorum, ad ſe de variis tribulationibus cottidie clamantium. Hujus rei gratia, paſtor alme, flebiles preces proſternimus ante faciem veſtram & totius regni, orantes & deprecantes, quatinus proclamationem noſtram audiatis, & audita juſtum judicium ex ea faciatis. Igitur innoteſcat auribus veſtris & cunctis optimatibus regni, quod Carolus magnus tempore ſui imperii locum noſtrum regia dignitate ſublimavit, & multis ornamentis amplificavit, & in honore apoſtolorum Petri & Pauli conſecratum ad decus totius regni liberum fore permiſit, & ad confirmandam hanc conſtitutionem ſubſcriptionem ſui nominis inibi fecit. Atqui vero poſt eum non fuit rex, neque imperator, neque aliquis Romanus pontifex, usque ad hæc tempora, quorum auctoritate privilegia libertatis non accepimus. Sed heu hæc omnia tempore inſtanti ſunt contempta & annichilatæ, a quibus minime

licuit, ſi ullius pretii veſtra auctoritas & omnium bonorum dignitas apud eos foret. Sed ſane vos cum omni regno in noſtra injuria deſpecti eſtis. Ex inproviſo namque quidam monaſtici nominis de *Hirſaugia* ad nos, quaſi ad auxilium noſtri collegii, venerunt, non ſicut in Chriſto fratres, non ut humiles, ſed ſicut deprædatores & vaſtatores. Hii etenim non ſolum nos noſtraque conſortia ſpernebant, verum etiam unus ex eis, Ermonaldus nomine, prius incipiens gerere magiſtratum, quam ſciret, non prius furorem ſuum mitigavit, quo usque ſine præcepto abbatis omnes nos exhæredes noſtri clauſtralis conſortii effecit, & ſua violentia unum poſt alium de clauſtro detruſit; & ut ſingula veſtræ paternitati pandamus, quæ ex adventu eorum perpeſſi ſumus, *Brumad*, *Langunga*, *Gingen*, *Liuthereshuſen*, theloneo & banno aquarum in *Winenheim* deſpoliati ſumus, & tyrannis potius quam militibus in beneficia tradita ſunt, quæ religioſiſſimi viri ſervientibus vera militia Deo & ſancto Nazario pro remedio animarum ſuarum tradiderunt. Super hæc omnia quoque frumentum & vinum, fratrum victualibus adtinentia, ab eis hoc anno diſperſum eſt, & ex eorum conſpirationibus omnis familia ſancti Nazarii, videlicet miniſteriales & hubarii omnes, deprædati ſunt, & ſolum hac occaſione autumant noſtram converſationem reprehenſibilem eſſe, ut tali diffamatione nobis expulſis poſſint noſtram hæreditatem retinere. Quo exurgat precamur vos in Domino, ſanctiſſime papa Paſchali, veſtra apoſtolica auctoritas cum virtute omnium bonorum, & decernat ac præcipiat eos ad priſtinum locum converſationis ſuæ redire, & nos quoque noſtra recipere. Scilicet, ut per vos, qui Paſchale nomen ab hominibus meruiſtis accipere, veſtra auctoritate mereamur, in noſtro cœnobio novum paſcha celebrare. Valete in Chriſto.

So-

Sopita igitur ſecunda perſecutione, quarum prima ſub Winithero, altera ſub Gebehardo, velut poſt Neronem Domitiano graſſante, per Hirſaugienſes Laureshammenſibus illata eſt; Benno ex Wizenburgenſi monaſterio, mediante, ut fertur, Symonia, imperiali favore eidem loco ſubintroductus eſt, qui poſt aliquantos annos pro morum levitate & inſolentia fratrum ac miniſterialium, ac præcipue Bertholfi junioris advocati, conſpirantibus odiis, diruto caſtro *Winenheim* de abbatia proturbatus, corraſo in *Lauresham* & *Abrinsberg* atque alibi, prout poterat, eccleſiaſtico theſauro, ad imperatorem Heinricum, tunc in Italia ferme decennio turbata republica demorantem, contendit, ac per Godefridum Palatinum Reni comitem, cujus ſententia momentum curiæ per id temporis fuit, reſtitutionem obtinuit, promiſſa eidem omnium beneficiorum, quæ ſuis diebus eccleſiæ vacarent, conceſſione. Quam conventionem mirabilis ac miſerabilis excepit eventus. Nam ſeptem principalia beneficia, quæ vulgo appellantur *Vollehen*, morte ſeptem nobiliſſimorum eccleſiæ fidelium in unam perſonam Godefridi in brevi devoluta ſunt, & poſt ipſum ad generum ejus, ducem Welephonem, tranſierunt, maximo videlicet eccleſiæ detrimento. Exinde ſiquidem militaris clipeaturæ, ſcilicet *Hereſcilt*, integritas confuſa atque in diverſa diſtracta eſt, & eccleſiæ ſtatus tam in militari frequentia, quam in re ſtipendiaria in ſuis oportunitatibus & regalibus expeditionibus inminutus eſt, multorum ſerviciis in unam perſonam collatis, ſolumque remanſit inane nomen dominii & hominii

minii. Benno itaque reſtitutus dum expulſis quibusdam fratribus æmulos ſuos acrius inſequitur, præter cæteras enormitates *Brumad* ab eccleſia ſub nomine beneficii alienavit. Vicum *Bertholvesheim* ad cellam, quæ dicitur capella, pertinentem, partem quoque vineæ *Selewingart* in *Winenheim* Cunrado Sporilino conceſſit, cellamque *Michlinſtat* profligare diſpoſuit, odio venerabilis Libelini præpoſiti, qui deſtructionem caſtri *Winenheim*, eo quod cacumen ipſius montis quondam vinetis conſitum ad eandem eccleſiam aſpiceret, ab imperatore impetraverat. Sed antequam ad ipſum locum accederet, divina ultione, graviſſima infirmitate in via correptus eſt, eoque delatus poſt paucos dies diem clauſit extremum. Sepultus ibidem eſt, expletis in abbatia XIII annis. Poſt quem quidam Heidolfus ex monaſterio ſancti Pantaleonis Coloniæ obtentu peccuniæ ab imperatore intruditur, & ſtatim extruditur. Deinde velut quodam interregno habito Laurishammenſis eccleſia VI annis in diſpoſitione imperiali fuit, videlicet usque ad mortem ipſius imperatoris paſtore deſtituta.

Heinrico igitur poſt XXI imperii ac regni annum apud Trajectum mortuo, & Spiræ juxta patrem tumulato, Heremannus ex præpoſito ſancti Petri in *Aldenmunſter*, favore Adelberti ſenioris Maguntini archiepiſcopi, & Godefridi Palatini comitis abbas conſtitutus, & anno necdum exacto Lauriſſæ moritur & ſepelitur. Eodem anno Lotharius, dux Saxonicus, cujus præcepto curiam *Gannitam* & decem talenta in *Brumat* recepimus, in regnum ungitur, & Diemo

emo ex Laureshammenſi camerario in abbatem eligitur. Sub hoc eadem eccleſia plurimum ſudavit, tum variis in ſervitio regali occupationibus, tum ad ſolemnes curias crebris evocationibus, tum in Spirenſi obſidione, tum contra ducem Fridericum ſumptuoſa expeditione, qui eleganti quidem & venuſta facie, ſed manſueti & ſimplicis ingenii fuit, ac per hoc facile ei ſubripi poterat. Nam mortuo GODEFRIDO COMITE PALATINO, cum ejus beneficia eccleſiæ abſolute vacarent, & Lotharius imperator ex his duo tantum, nam ſeptem erant, Welephoni duci concedi rogaret, ipſe uno verbo prolapſus eſt, usque ad inremediabile detrimentum eccleſiæ. Quicquid feodi, inquiens, Godefridus Palatinus comes in ſupremo vitæ articulo de manu noſtra tenuit, eo vos veſtimus. Unde multa vi, multaque inſtantia tres curias vix retinuit, ex quibus *Rut* fratrum infirmitorio, *Wibilingen* & *Otinkeim* uſui præbendario aſſignavit, ſed *Otinkeim* mutuata peccunia loco pignoris expoſuit, profectus Romam ad generale concilium Innocentii papæ, quæ poſtea creditori in beneficium ceſſit. *Wibilingen* quomodo alienata ſit, poſt liquebit. *Rut* in diſpoſitione fratrum permanſit. Principalem eccleſiam XLI poſt incendium ejus anno per quinque epiſcopos conſecrari fecit, videlicet Adelbertum Maguntinæ ſedis archiepiſcopum, Bugonem Wormatienſem, Brunonem Argentinenſem, Udalricum Conſtantienſem, Cunradum Curienſem, anno Dominicæ incarnationis MCXXX, indictione VIII, fratribusque in anniverſaria ipſius dedicationis die talentum de reditibus hubarum in ipſa villa conſtituit; ca-

ſtrum quoque *Winenheim* ob tuitionem eccleſiæ reædificavit, fundumque, quia fratrum in *Michlenſtat* erat, tradito vico *Munnenbach* cùm omni jure, huba quoque in *Kirſehuſen*, redemit; quarundam etiam rerum commutationem inter fratres Lauriſſenſes & fratres ſancti Stephani de capella hoc modo diſpenſatorie ordinavit.

CXLIII.

Commutatio inter fratres Lauriſſenſes & fratres S. Stephani & alia plura.

* Ded. Freh. Orig. Pal. app. 1, p. 41.

Sciat * univerſitatas Chriſti fidelium, tam præſentium quam futurorum, qualiter ego DIEMO Laureshammenſis Dei gratia abbas, quorundam conſilio & generali fratrum noſtrorum conſenſu quandam rerum noſtrarum commutationem fecimus, quæ utilior videbatur, & nobis & eccleſiæ noſtræ & fratribus. Majoris igitur eccleſiæ fratres, ſcilicet *Laureſham*, vineam dederunt, quam in villa *Hantſcuesheim* habebant, illam videlicet, quæ vulgo vocatur *Dalwingart*, quæ etiam per manus ejusdem villæ villici colebatur, & in ſervitium eorundem fratrum impendebatur. Econtrario fratres minoris eccleſiæ, quæ vocatur *Abrinsberc*, ad ſanctum Stephanum v. hubas in villa *Sahſſenheim majore* reddiderunt, xvj videlicet uncias perſolventes, quas dominus Anshelmus, piæ memoriæ abbas, ex proprio ſuo exemit, & eidem eccleſiæ pro anima ſua contradidit. Hoc autem coram Domino teſtificamur, quod prædicta vinea, quando tradebatur, in tantum fuerat adnichilata & devaſtata, ut nec dimidia ama vini poſſet inde extorqueri. Ad hoc etiam ne fratres noſtri defectum præbendæ ſentiant, & ne villici quiddam quærimoniæ amplius inferant, decimationis partem ex juſtitia noſtra in monte, qui cognominatus eſt *Mulenberg*, addidimus, quæ ſingulis annis, quando

minus

minus eſt, plus quam carraddam, quando autem majus, plus quam duas vel etiam tres perſolvit. Quum vero decimatio ejusdem vineæ ab anteceſſore noſtro Geroldo abbate fratribus, qui etiam ſunt in *Abrinsberg* in ſuperiori monaſterio, prius beneficiata fuerat, ex alia, quæ ad menſam noſtram adhuc pertinet, vinea ſcilicet *Butenſtal*, decimationem ſimili modo concambitam cum eisdem fratribus aſſenſu eorum benigno éxtorquebamus, & ita omnia in unum contracta prænominatis fratribus, ut dictum eſt, dono donavimus. Ut hæc autem commutatio firma ſit & inconvulſa, primum confirmata eſt coram fratribus in capitulo, deinde apud præfatam villam *Hantſcuhesheim* coram advocato & univerſa familia in placito. Et quia commune fratrum fuerat conſilium & ex utraque parte utilitas, placuit eandem confirmationem litteris per ordinem conſcribi & ſigillo ſancti Nazarii inſigniri. Hujus vero rei teſtes ſunt Diemo abbas, & de monachis Diemo camerarius, Wezel præpoſitus, Burkardus decanus, Erinbertus portarius, Marquardus, Gerlach, Diemarus, Ludewicus, cæterique per ordinem. De laicis autem Cunradus advocatus. De ſervientibus Arnoldus, Rumhardus, Gernod, Hartbertus. De familia Hildebertus, Marcolfus, Anshelmus, Ebbo, Reginbodo; item Marcolfus, Hildibertus, Bobbo, Diepoldus & alii plures. Acta ſunt autem anno Dominicæ incarnationis MCXXX, regnante Lothario Romanorum imperatore auguſto. 1130.
Marquardus ſolo nomine monachus ſcripſit hæc feliciter amen.

Sub * eodem tempore quidam Dei famulus, nomine *Ded.Freh.
Anshelmus, religioſus admodum & locuples, cellam *Niwenburg* iniciavit, eccleſiaque conſtructa & in honore ſancti Bartholomei apoſtoli conſecrata, habitaculis etiam Deo inibi ſervientibus apparatis, res & poſſeſſiones, quas poterat, eidem loco contulit, quæ

 poſtea

poſtea providentia domini Heinrici abbatis, ut in ſuo loco dicetur, aucta & meliorata ſunt.

Diemo, quid neglexerit.

Inter hæc idem ipſe abbas manſueti & ſimplicis, ut prædictum eſt, ingenii, & qui eccleſiæ ſuæ forſitan conſultius proſpexiſſet, ſi perverſorum hominum, quæ ſua, non, quæ Dei ſunt, quærentium tabe infectus non fuiſſet. Conſilio familiarium & amicorum gratia corruptus, vicos *Cellam* & *Huſen*, itemque alium *Cellen*, theloneum cum plurima parte decimæ in *Michlenſtat* & *Morlebach* beneficiavit, theloneum in *Winenheim*, & partem agri dominicalis in caſtrenſe beneficium, itemque *Mulnen*, aliaque alibi ſparſim ac diſperſim diſtribuit. Præterea Bertolfo advocato, orta inter ipſum & epiſcopum Spirenſem Sigefridum inexorabili gwerra, per quam etiam Laurishammenſis eccleſia miſerabiliter rapinis & incendiis profligata eſt, tres libros auro & argento, gemmiſque pretioſis exornatos, crucem quoque auream in vadio exponenda conceſſit, quæ tamen neuter eorum redemit. Ex beneficio ejuſdem B. quod ei vacaverat, curiam *Liutershuſen* ſolam in manu eccleſiæ retinuit. Habito ſubinde generali concilio ſub Innocentio papa Roma digrediens, Veronæ lanquore correptus, apud Brixiam, quæ civitas eſt Tridentinæ vallis, deceſſit anno regiminis ſui XIIII, ſepultuſque ibidem in latere matricis eccleſiæ ad limen meridiani introitus.

Lothario imperatore in Italia defuncto & Brun-

ſwich

ſwich tumulato, quarto decimo, ex quo regnare cœpit, anno

De Baldemaro abbate etiam Symoniace ingreſſo.

Cunradus, Heinrici (IIII) imperatoris ex ſorore nepos, habenas regni ſortitus eſt, per quem, interjecto poſt obitum Diemonis abbatis integro & ſemis anno, Baldemarus, Blidenſtadenſis abbas, Magontienſis tam moribus quam genere, Symoniaco, ut ajunt, obtentu Laureshammenſem invaſit eccleſiam, qui prima fronte fratrum ac miniſterialium, Bobbonis quoque comitis & advocati obliquis exceptus odiis, regali inſuper offenſione, quem promiſſis ex parte fruſtraverat, incendio præbente fomitem, in præſentia Theotwini cardinalis, apoſtolicæ ſedis legato, criminaliter accuſatus, & necdum anno vertente canonico judicio depoſitus eſt, cujus ſententiæ tenor talis fuit:

CXLIV.

Theotwinus Dei gratia ſanctæ Rufinæ epiſcopus, apoſtolicæ ſedis legatus, Baldemaro abbati de Blidenſtat ſpiritum humilitatis & obedientiæ. Quoniam contra ſanctorum patrum inſtituta Lorſenſem abbatiam occupaſti, & de pluribus enormitatum capitulis apud nos accuſatus, ſtatuto die & loco vocatus, nec veniſti, nec canonicam excuſationem miſiſti, conſilio & judicio religioſorum virorum te præfata dignitate privavimus, & ipſius abbatiæ monachos, clericos & laicos a tua ſubjectione, fidelitate & obedientia, liberavimus & abſolvimus. Mandamus itaque tibi, & ex parte domini papæ præcipimus, ut de prædicti loci amminiſtratione & prælatione de

cætero te non intromittas, ejusque res & perſonas inquietare, invadere vel moleſtare nullatenus præſumas. Durum eſt tibi contra ſtimulum calcitrare.

Hic caſtrum *Winenheim*, in quo tunc regale præſidium fuerat, data pecunia videlicet LXX libris, eccleſiæ reſtituit, pro qua poſtea dejectus curiam ſancti Nazarii, Magontiæ ſitam, cum ſuis pertinentiis fratri ſuo Helphrico falſo pignoris nomine locavit, quam Diedericus filius ejus cum quibusdam portæ decimis adhuc violenter detinet. Interjectu deinde circiter unius anni

Folknandus prioris ſucceſſor.

Folcnandus ex præpoſito ſancti Petri in *Aldenmunſter*, fratrum votiva concordia, abbatia induitur; quem Baldemarus apud ſedem apoſtolicam adeo inſectatus eſt, ut utriusque partis allegatio & totius cauſæ retractatio Maguntino archipræſuli Heinrico apoſtolica auctoritate delegata, niſi tumultuariæ appellationis remedio, ex conſilio regis Cunradi, in præſentia quoque ipſius apud *Kelſterbach*, præventa fuiſſet & interrupta, Baldemaro rurſus increviſſent cornua. Appellationis hæc fuit forma:

CXLV.

Ego FOLCNANDUS Laurishammenſis abbas, appello præſentiam domini papæ & invito ad audientiam ejus Baldemarum, Blidinſtadenſem abbatem, reſponſurum ibidem in feſto ſancti Andreæ de dilapidatione rerum Laureshammenſis monaſterii, de falſa calumniatione ſuæ depoſitionis & meæ ordinationis, de ſubreptitiis litteris, quas a domino papa

per

per mandatum obtinuit, & aliis, de quibus a me interpellabitur.

Multis igitur hinc inde conflictationibus, in Romana curia habitis, tandem dictante juſtitia Baldemarus a Laureshammenſi abbatia peremptorie deciſus & a Blidinſtadenſi pro tempore ſuſpenſus eſt, Folcnando canonice confirmato a Celeſtino papa, ſucceſſore Lucii, a quo Lucio privilegium apoſtolicæ ſedis cella *Niwenburg* in hunc modum acceperat eodem anno.

CXLVI.

Privilegia Lucii papae.

LUCIUS * epiſcopus, ſervus ſervorum dei, dilectis filiis, Marquardo præpoſito eccleſiæ ſancti Bartholomei apoſtoli *de nova civitate*, ejusque fratribus, tam præſentibus quam futuris, regularem vitam profeſſis, in perpetuum. Ad hoc univerſalis eccleſiæ cura nobis a proviſore omnium bonorum Deo commiſſa eſt, ut religioſas diligamus perſonas, & beneplacentem Deo religionem ſtudeamus modis omnibus propagare. Neque enim Deo gratus aliquando famulatus impenditur, niſi ex caritatis radice procedens a puritate religionis fuerit conſervatus. Eapropter dilecti in Domino filii, veſtris juſtis poſtulationibus clementer annuimus, & præfatam eccleſiam, in qua divino mancipati eſtis obſequio, ſub beati Petri & noſtra protectione ſuſcipimus, & præſentis ſcripti privilegio communimus; ſtatuentes, ut quaſcunque poſſeſſiones, quæcunque bona eadem eccleſia juſte & canonice poſſidet, aut in futurum conceſſione pontificum, oblatione fidelium, ſeu aliis juſtis modis Deo propitio potuerit adipiſci, firma vobis, veſtrisque ſucceſſoribus & illibata permaneant; advocatiam vero ipſius loci nullus ibi uſurpare præſumat, ſed abbas Lauriſhammenſis

* Omiſit Freher.

ean-

eandem eccleſiam cum pertinentiis ſuis loco advocati a pravorum hominum infeſtatione defendat; peregrinos autem vel hoſpites veſtros, qui ſe ibi ſepiliri deliberaverint, ſepeliendi facultatem liberam habeatis, ſi tamen excommunicati non fuerint. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat præfatam eccleſiam temere perturbare, aut ejus poſſeſſiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, aut aliquibus vexationibus fatigare, ſed omnia integra conſerventur eorum, pro quorum gubernatione & ſuſtentatione conceſſa ſunt, uſibus omnimodis profutura; ſalva dioceſani epiſcopi canonica juſtitia & apoſtolicæ ſedis auctoritate. Si qua igitur in futurum eccleſiaſtica, ſæcularisve perſona hanc noſtræ conſtitutionis paginam ſciens contra eam temere venire temptaverit, ſecundo, tertiove commonita, ſi non ſatisfactione congrua emendaverit, poteſtatis, honorisque ſui dignitate careat, reamque ſe divino judicio exiſtere de perpetrata iniquitate cognoſcat, & a ſacratiſſimo corpore & ſanguine Dei & Domini redemptoris noſtri Jeſu Chriſti aliena fiat, atque in extremo examine diſtrictæ ultioni ſubjaceat, cunctis autem eidem juſta ſervantibus ſit pax Domini noſtri Jeſu Chriſti, quatinus & hic fructum bonæ actionis percipiant, & apud diſtrictum judicem præmia æternæ pacis inveniant, amen. Oſtende nobis Domine miſericordiam tuam. Bene valete. Ego Lucius Catholicæ eccleſiæ epiſcopus ſubſcripſi. Ego Cunradus Sabinenſis epiſcopus ſſ. Ego Gregorius diaconus cardinalis ſanctorum Sergii & Bachi ſſ. Ego Theodewinus ſanctæ Rufinæ epiſcopus ſſ. Ego Gerhardus diaconus cardinalis ſanctæ Mariæ in dominica ſſ. Ego Albericus Oſtienſis epiſcopus ſſ. Ego Gwido diaconus cardinalis ſanctorum Coſmæ & Damiani ſſ. Ego Octavianus diaconus cardinalis ſancti Nicolai in carcere Tulliano ſſ. Ego Petrus presbyter cardinalis de titulo paſtoris ſubſcripſi. Ego Petrus Albanenſis epiſcopus ſſ. Data Lateranis per manum Baronis capellani & ſcriptoris, II idus Maj, indictione VII,

in-

incarnationis Dominicæ anno MCXLIIII, pontificatus vero domini Lucii II papæ anno primo. 14. Maj. 1144.

Mandatum Coeleſtini papae duobus abbatibus ſuper Symoniaco ingreſſu Baldemari abbatis Laurishammenſis.

Verum * ut ad ſuperiora revertamur, quum Folcnandus a Baldemaro coram Cœleſtino papa de Symonia inſimulatus erat, expurgationis ejus ſententia religioſis perſonis decreta eſt hoc ordine. * Ded. Freh.

CXLVII.

Coelestinus epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, dilectis filiis Folmaro Hirſaugienſi & Adam in Ebera abbatibus ſalutem & apoſtolicam benedictionem. Veniens ad ſedem apoſtolicam Baldemarus abbas Laurishammenſis abbatiæ, ad quem ſe regulariter electum fuiſſe aſſerebat, & exinde abſentem & ſine judicio ſpoliatum eſſe conquerebatur, reſtitutionem poſtulavit. Verum quum venerabilis fratris noſtri Theodewini ſanctæ Rufinæ epiſcopi, atteſtatione & multorum diſcretorum virorum litteris cognovimus, quod *Laurisſamum* ad diſcuſſionem cauſæ ſuæ & objectis reſpondere noluit intereſſe, & a regimine abbatiæ *Blidenſtat* ad ipſam absque Romanæ eccleſiæ auctoritate translatus fuerat, & illam, ad quam illicite tranſierat, ei abſtulimus, & ab altera, quam primum habuerat, eum ſuſpendimus. Cæterum, quum frater ille, qui in regimine Laurishammenſis abbatiæ ſubſtitutus eſt, de crimine Simoniæ apud nos eſt diffamatus, & nos tantum crimen indiſcuſſum præterire non poſſumus, nec debemus, per præſentia vobis ſcripta mandamus, quatinus, ſi perſonæ apparuerint, quæ de Symonia ipſum canonice impetant, congruo loco & tempore utraque parte ante veſtram evocata præ-

ſentiam, cauſam diligenter audiatis, & ſine canonico terminetis, alioquin idem frater quinta manu religioſarum perſonarum de tanto crimine ſe expurget. Quod autem a vobis exinde factum fuerit, de electione quoque & modo electionis & utilitate perſonæ veritatem nobis ſignificare minime differatis, ut tunc veritate plenius cognita, quod ad honorem Dei faciendum fuerit, auctore Domino faciamus. Data Lateranis IIII nonas Jan.

Defuncto interim Cœleſtino, litteræ Hirſaugienſis abbatis ad Eugenium papam de expurgatione Folcnandi hoc modo ſunt directæ.

CXLVIII.

Domino papæ Eugenio vere apoſtolico FOLMARUS qualiſcunque miniſter Hirſaugienſis cum ſubditis ſibi fratribus, ex affectu debitam obedientiam & devotiſſimam ſervitii & orationis inſtantiam. Sicut ex litteris beatæ memoriæ Cœleſtini papæ percepimus, dominus F. Lauriſammenſis abbas de crimine Symoniæ apud ſedem apoſtolicam erat infamatus, pro qua cauſa canonice diſcutienda, tam nos quam & abbatem Eberacenſem Adam mediatores & judices conſtituit ipſe dominus apoſtolicus, ad quod præceptum exequendum dies & locus deſignatus eſt fratribus ipſius eccleſiæ contra abbatem ſuum, quicquid poſſent in præſentia noſtri deferendi, & ipſi abbati ad hujusmodi objecta reſpondendi. Aderat in hoc conventu prædictus abbas Eberacenſis cum alio abbate ejusdem ordinis, aderant nobiſcum duo fratres noſtri, abbas de *Ottenheim* & abbas de *Goteſaugia*, cum aliis fratribus, aderant etiam legati Spirenſis epiſcopi, in quorum omnium conſpectu & auditu cum nullus aliquid ſibi objiceret, ipſe abbas cum quinta manu fratrum ſuorum probatiſſimorum ſe expurgavit,

neque

neque pecunia, neque beneficio introitum ſuum in aliquo commaculaſſe. Supervenit etiam ipſa die legatio domini regis cum litteris ipſius in eadem verba, nihil umquam præmii ſe accepiſſe quam firmiter adteſtantibus. Hujus rei teſtimonium dignum duximus ad aures ſancti apoſtolatus veſtri deferre, quem & hoc cupimus reſcire, quia de poſſeſſionibus vel theſauris eccleſiæ, quos invenit, nichil umquam diſtraxit, aut minuit, ſed ſemper ampliare & augmentare ſtuduit. Unde & homines ſæculares infeſtos cernitur habere, qui ſemper ſolebant in ſuos uſus res eccleſiæ diſtrahere. In hoc ergo teſtimonio cupimus eum ſanctæ paternitati veſtræ eſſe commendatum, ut quia etiam juxta ammonitionem noſtram converſationem ſuam melioravit & fratrum ſuorum, ſentiat ſe ab apoſtolica auctoritate confirmatum, & contra omnes adverſantes ſibi ſub tuitione beati Petri defenſum.

Folcnandus igitur compoſitis in pace rebus, ad diſpoſitionem eccleſiæ vigilem intendit oculum, unde & inter cætera curias *Fridestorf* & *Ramershoven*, diu ablatas, multo labore & induſtria regali auxilio recuperavit, quæ tamen poſt mortem regis Cunradi a ſuis obpreſſoribus reinvaſæ ſunt, neque deinceps, licet ab Heinrico abbate inſtantiſſimis id ſtudiis eniſum ſit, recolligi potuerunt, apud imperatorem Fridericum præponderante magis ſæcularium gratia quam juſtitia. Exſtant ſuper hoc præceptoriæ litteræ regis Cunradi, quibus Lauriſammenſem eccleſiam præfatis curiis reveſtiri præcepit, in hunc videlicet modum.

CXLIX.

Praeceptum regis pro impetratione earundem curiarum, ſed fruſtra emiſſum eſt.

CUNRADUS Dei gratia Romanorum rex. Comiti de *Saphenberch* gratiam ſuam & omne bonum. Frequens ad nos fidelis noſtri Folcnandi, venerabilis abbatis, & monachorum Laurishammenſium querimonia perlata eſt, quod prædia quædam ad cottidianam ipſorum præbendam pertinentia, videlicet *Ramershoven* & *Fridesdorph*, in quibus tu advocatus exiſtis, per violentiam quorundam ipſis monachis auferantur. Super quo experientiæ tuæ per præſentia ſcripta mandamus, & ſub obtentu gratiæ noſtræ præcipimus, quatinus poſtpoſita totius excuſationis vel moræ materia, prænominatas poſſeſſiones ad manum & poteſtatem prædicti abbatis & monachorum recolligas, nec aliquam de cætero violentiam de cunctis reditibus eis inferri permittas. Quod ſi idem invaſores dixerint, quod easdem villas a nobis & a regno habeant, tu nichilominus in diſpoſitione monachorum eas eſſe facias, quum in præſentia prædeceſſoris noſtri Lotharii, ac poſtmodum in noſtra manifeſte probatum eſt, easdem poſſeſſiones ad proprietatem & beneficium regni nullatenus pertinere &c.

Sed cum Laurishammenſis eccleſia innumeris ac diutinis calamitatibus usque ad id temporis attrita prorſus fuiſſet & exhauſta, ut ſervitio centum marcarum, quod regiæ cameræ ſingulis annis ex eadem, ſicut & de aliquibusdam eccleſiis, jure antiquo inferebatur, absque maxima ſui deſtructione minime ſufficeret; Folcnandus communicato fratrum miniſterialium, ac fidelium ſuorum conſilio, tres abbatiæ curias, videlicet *Obbenheim*, *Wibelingen*, *Gingen* regiæ poteſtati ſub cer-

certis duntaxat exceptionibus in concambium tradidit, atque eccleſiam ſuam ab ejusdem ſervitio immunem perpetuo reddidit, modicum id, quod adhuc exinde ſolvitur, menſæ abbatis aſſignans, * cujus concambii confirmativum præceptum a Cunrado rege traditum ita ſe habet.

* Omiſ. ſqq. Freherus

CL.

Oppenheim, Wibelingen, Gingen regiae poteſtati in cambium traduntur.

In nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis. Cunradus divina favente clementia Romanorum rex ſecundus. Si anteceſſorum noſtrorum, regum ſeu imperatorum, piæ devotionis limitem proſequentes, ad cultum divinæ religionis regalibus abbatiis in poſterum providere, & de ſtatu & profectu illarum pro debito regiæ auctoritatis oportune ordinare ſtudebimus, id nobis tam ad præſentis vitæ tranquilitatem, quam ad futuram beatitudinem promerendam profuturum non ambigimus. Eapropter omnibus, tam præſentibus quam futuris Chriſti, regnique fidelibus notum eſſe volumus, quod Laureshammenſis eccleſia multis & diverſis ſupervenientibus infortuniis tantum in exterioribus diſtracta eſt, ut ſervitium regium, centum ſcilicet libras, quas annuatim perſolvere debebat, ſine maximo ſui detrimento explere non ſufficeret. Divina igitur inſpiratione, nec non petitione dilecti noſtri Folcnandi abbatis, omniumque confratrum, beneficiatorum, miniſterialium ejusdem eccleſiæ commoniti, in hoc ſervitio perſolvendo regiæ majeſtatis auctoritate ſub certo concambio eidem eccleſiæ pepercimus. Tres enim curtes *Oppenheim*, *Gingen*, *Wibelingen*, eidem eccleſiæ pertinentes, cum omni jure & utilitate, quæ in præſenti haberi vel in futuro inde elici poteſt, in ſervitium & proprietatem regni recepimus, ex-

ceptis his, quæ de prædictis villis homines ſeu miniſteriales Laureshammenſis eccleſiæ jure beneficiali ex antiquo poſſident, quæ idcirco remiſimus, ne forte dignitas regalis abbatiæ militari clipeo, qui vulgo dicitur *Herſchilt*, ſubtracto diminuatur; his quoque exceptis, quæ de eisdem villis ad ſervitium præpoſiturarum, cuſtodiæ, portæ, hoſpitalis ex antiquo deputata ſunt; cætera, ut diximus, in ſervitium & proprietatem regni per manum abbatis conſenſu totius eccleſiæ contradita recepimus. Donamus autem, & regia auctoritate confirmamus prædicto abbati Folcnando & omnibus ſucceſſoribus ejus, ut beneficiati, miniſteriales, villici ſubplementum, quod ad ſervitium regium hactenus conferebant, deinceps ad menſam abbatis libere & ſine omni contradictione perſolvant, nec aliquis abbas hoc conceſſionis noſtræ donum inbeneficiare præſumat. Hoc autem concambium & noſtræ donationis ſtatutum per præſentis privilegii auctoritatem lege in perpetuum valitura confirmamus, edicto regali ſtatuentes, ne aliquis ſucceſſorum noſtrorum, regum ſeu imperatorum, aut alia quælibet perſona, magna ſive parva, hoc concambii ſtatutum infringere præſumat. Si quis vero, quod abſit, caſſare temptaverit, centum libras auri componat, quarum dimidiam partem cameræ regiæ, reliquam vero abbati Laureshamenſi perſolvat. Et ut hæc verius credantur, & omni deinceps tempore inviolata ſerventur, hanc inde cartam conſcribi, & ſigilli noſtri impreſſione ſignari fecimus. Teſtes quoque, in quorum præſentia hæc facta ſunt, ſubter annotari juſſimus, quorum nomina hæc ſunt: Heinricus Mogontinus archiepiſcopus, Anshelmus Habelbergenſis epiſcopus, Adolfus Fuldenſis abbas, Heinricus Hersveldenſis abbas, Wibaldus Corbeigenſis abbas, HERMANNUS PALATINUS COMES, LUDEWICUS provincialis comes, Godefridus & frater ejus Bobbo comites, Heinricus comes, Sigebodo de *Stubi*, Lambertus comes, Erneſtus comes, Wolframmus comes, Marquardus de

Grun-

Grunbach, Bobbo comes & frater ejus Bertholdus, Cunradus Sporo. Cunradus dei gratia Romanorum rex ſecundus. Signum domini Cunradi Romanorum regis ſecundi. Ego Arnoldus cancellarius vice Heinrici Mogontini archiepiſcopi & archicancellarii recognovi. Datum III kalendas Februarii, anno Dominicæ incarnationis MCXLVII, regnante Cunrado Romanorum rege ſecundo, anno regni ejus nono. Actum *Fuldae* in Chriſto feliciter amen. 30. Jan. 1147.

Nec * multo poſt Cunrado rege Hieroſolimitanam expeditionem aggreſſo, Folcnandus abbas ad Remenſe concilium ab Eugenio papa evocatus, hoc ab eo privilegium obtinuit, tum de eccleſiæ ſuæ libertate, tum de regalis concambii ſtabilitate. * Dedit Freher.

CLI.

*Privilegium * Eugenii papae.*

Eugenius epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, dilectis filiis Folcnando abbati Laureshammenſis monaſterii, ejusque fratribus tam præſentibus quam futuris, regularem vitam profeſſis in perpetuum. Apoſtolicæ ſedis, cui divina permittente gratia præſidemus, auctoritate debitoque compellimur, pro univerſarum eccleſiarum ſtatu ſatagere, & ut religioſi viri Dei ſervitio liberius inſiſtere valeant, eorum quieti ſalubriter providere. Quocirca, dilecti in Domino filii, veſtris juſtis poſtulationibus clementer annuimus, & præfatum Laureshammenſe monaſterium ſub beati Petri, & noſtra protectione ſuſcipimus, & præſentis ſcripti privilegio communimus, ſtatuentes, ut quascunque poſſeſſiones, quæcunque bona in terris cultis vel incultis, vineis, pratis, nemoribus, paſcuis, aquis, molendinis, caſtellis, villis, colonis, decimis, ſeu aliis eadem eccleſia juſte & canonice poſſidet, aut in futurum * Omiſit

con-

conceſſione pontificum, largitione regum vel principum, oblatione fidelium, ſeu aliis juſtis modis Deo propitio poterit adipiſci, firma vobis veſtriſque ſucceſſoribus & illibata permaneant. Prohibemus autem, ut ſervitium centum marcarum, quas veſtrum monaſterium regi vel imperatori ſolebat ſingulis annis tribuere, a cariſſimo filio noſtro Cunrado Romanorum rege eidem monaſterio indultum & ſcripti ſui memoria eſt firmatum, nulla de cætero eccleſiaſtica vel ſæcularis perſona præſumat exigere & abbatem ipſius monaſterii ſuper hoc aliquatenus moleſtare, ſed præfatum monaſterium, ſicut ab ipſo rege ſtatutum eſt, ab eodem ſervitio liberum & immune in perpetuum perſeveret. Obeunte vero te nunc ejusdem loci abbate vel tuorum quolibet ſucceſſorum, nullus ibi qualibet ſubreptionis aſtutia vel violentia præponatur, niſi quem fratres ejusdem monaſterii communi conſenſu, vel fratrum pars conſilii ſanioris ſecundum Dei timorem & beati Benedicti regulam providerint eligendum. Criſma vero, oleum ſanctum, conſecrationes altarium ſeu baſilicarum, ordinationes clericorum ſeu monachorum & benedictionem abbatis a dioceſano accipietis epiſcopo, ſi tamen catholicus fuerit, & gratiam apoſtolicæ ſedis habuerit, & ea gratis, & abſque pravitate aliqua exhibere voluerit. Alioquin liceat vobis quemcunque catholicum malueritis adire antiſtitem, qui noſtra fultus auctoritate, quod poſtulatur, indulgeat. Nulli ergo hominum liceat jam dictum monaſterium temere perturbare, aut ejus poſſeſſiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, ſeu quibuslibet moleſtiis fatigare, ſed omnia integra conſerventur, eorum, pro quorum ſuſtentatione & gubernatione conceſſa ſunt, uſibus omnimodis profutura. Si quis igitur in futurum hanc noſtræ conſtitutionis paginam ſciens contra eam temere venire temptaverit, ſecundo, tertiove commonitus, ſi non præſumptionem ſuam digna ſatisfactione correxerit, poteſtatis, honoriſque ſui dignitate careat, reumque ſe divino judicio

cio exiſtere de perpetrata iniquitate cognoſcat, & a ſacratiſſimo corpore & ſanguine Domini noſtri Jeſu Chriſti alienus fiat, atque in extremo examine diſtrictæ ultioni ſubjaceat. Cunctis autem eidem loco juſta ſervantibus ſit pax Domini noſtri Jeſu Chriſti, quatenus & hic fructum bonæ actionis percipiant, & apud diſtrictum judicem præmia æternæ pacis inveniant. Amen, amen, amen. Sanctus Petrus, ſanctus Paulus, Eugenius papa tertius. Bene valete. Ego Eugenius catholicæ eccleſiæ epiſcopus ſubſcripſi. Ego Octavianus diaconus cardinalis de Nicolai de carcere ſſ. Ego Johannes diaconus cardinalis ſanctæ Mariæ novæ ſſ. Datum *Remis* per manum Gwidonis ſanctæ Romanæ eccleſiæ diaconi cardinalis & cancellarii, IIII kalendas Aprilis, indictione XI, incarnationis Dominicæ anno MCXLVIII, pontificatus vero domini Eugenii III papæ anno quarto. 29. Mart. 1148.

Item epiſtola ejusdem pro eadem eccleſia.

CLII.

Mandatum Eugenii papae ſuper reſtitutione facienda.

Eugenius epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, venerabilibus fratribus archiepiſcopis, epiſcopis, in quorum parochiis Laureshammenſis monaſterii bona conſiſtunt, ſalutem & apoſtolicam benedictionem. Quantis Laureshammenſe monaſterium poſſeſſionibus olim ditatum fuerit, quantumque largis Imperatorum donationibus abundaverit, veſtra fraternitas non ignorat, ſed peccatis exigentibus propter plurimas perturbationes & regni neceſſitates admodum eſt imminutum, ideoque veſtro plurimum auxilio indiget, & ut poſſeſſiones ejus manutenere juvetis, & ab infeſtantium injuriis defenſetis, neceſſarium habet. Per præſentia ergo vobis ſcripta mandamus, quatinus parochianos veſtros, qui ejusdem monaſterii bona injuſte

detinent, reddere diſtrictius moneatis, quod ſi facere noluerint, canonicam de ipſis juſtitiam faciatis. Data *Remis* IIII kalendas Aprilis.

*Ded. Freh. Religioſus * deinde abbas Folcnandus fratrum per omnia conſulens utilitati, ne quem ex hujusmodi concambio præbendæ defectum extraherent, has eis donationes pro ſubplemento fecit, & ſcripto confirmavit.

CLIII.

*Omiſit. *Proviſio * Folcnandi facta fratribus ſuis de monte Hemsperg novellando & colendo.*

In nomine Domini Dei & ſalvatoris noſtri Jeſu Chriſti. FOLCNANDUS ſola Dei miſericordia Laurenſis abbas, univerſitati omnium Chriſti fidelium ad præſens & in poſterum. Paſtoralis officii ratio exigit evangelicos imitari paſtores, & non ſolum nobiſmet ipſis vigilare, verum etiam ſupra gregem Dominicum vigilias noctis cuſtodiendo excubare. Quocirca ut nos quoque inter diſpenſatores familiæ Dei fideles inveniamur, defectui fratrum noſtrorum, quem partim ex regali concambio de *Obbenheim*, *Gingen*, *Wibelingen*, partim ex aliis villicationum rationibus in ſubtracta victualium ſuorum juſtitia ſuſtinent, mederi cupientes, montem *Hemmingisberg*, in termino *Beſinsheim* ſitum & ad cameram noſtram pertinentem, eisdem fratribus noſtris ad novellandum, colonis locandum, vineis vel agris conferendum, modis omnibus poſſidendum, colendum, utendum, cum cenſu, cum decima, cum omni contractu & elaboratu, omni denique jure & integritate perpetuo donamus, & donando confirmamus, & inſuper xxx maldras tritici, quæ nobis ex areis, in eadem villa poſitis, annuatim ſolvebantur, in uſum eorum ſpecialiter conferimus;

ac

ac ne quid eis deſit in ulla gratia, decimas quoque in *Ludenbach*, quas a BOBBONE COMITE, advocato eccleſiæ noſtræ, XL libris probati argenti abſolute redemimus, ſubplemento præbendæ ipſorum perpetualiter aſſignamus, & absque omni exceptione vel ſubreptione, ſolum eorum diſpoſitioni ſubjacere & uſui proficere conſtituimus. Si quis igitur, quod abſit, ſucceſſorum noſtrorum, ſeu alia quælibet eccleſiaſtica, ſæcularisve perſona, in quolibet ordine vel officio conſtituta, hanc noſtræ donationis & conſtitutionis ſtabilitatem reſcindere, caſſare, minuere, vel in deterius permutare, dolo, vi, conſilio, ſeu qualicunque malo ingenio præſumpſerit, niſi cito reſipuerit, fiat anathema maranatha, & ex auctoritate beati Petri, principis apoſtolorum, ac vicarii ejus, domini Eugenii papæ, & anteceſſorum ejus reum ſe divino judicio de perpetrata iniquitate cognoſcat, & a ſacratiſſimo corpore & ſanguine domini noſtri Jeſu Chriſti alienus fiat, & in extremo examine diſtrictæ ultioni ſubjaceat. Et ut hæc per futuros temporum decurſus certius credantur, & firmius teneantur, hanc exinde cartam conſcribi, & eccleſiæ noſtræ ſigillo ſignari fecimus, ac fideli teſtimonio roboravimus, quorum hæc ſunt nomina: BOBBO COMES & advocatus, Bertholdus frater ejus, Cunradus Sporo, Cunradus de *Hohenhart*, Gerhardus de *Scowenburg*, Cunradus de *Hirzberg*, Billungus, Magenes de *Lindenveles*, nobiles. De miniſterialibus, Cunradus, Bertholdus, Gernodus, Burkardus, Hildebertus, Berewelf, Rumhart, Ingram, Diedericus, Craft, Emigo, Engilfridus, Gebehardus, Winmarus, & de familia quam plurimi. Actum *Laureſham*, anno Dominicæ incarnationis MCXLVIII, indictione XI, regni vero domini noſtri Cunradi glorioſi regis anno X, regiminis autem in hoc monaſterio anno VII, feliciter in Chriſto amen. 1148.

* Ded.Freh. Idem * quoque fidelis diſpenſator & prudens ſuſtentationi fratrum in *Aldenmunſter* decimas in *Rorheim* contulit, & libros moralium in *Abrinsberg* privatus adhuc conſcribi fecit, homo miræ continentiæ & plane vir conſilii, ſi meliora inveniſſet tempora, qui delato apoſtolicæ ſedis privilegio, inſequenti depreſſus infirmitate viam ivit univerſæ carnis, anno regiminis ſui ſeptimo. Sepultus eſt in eccleſia principali, in ipſo occidentali introitu, in latere exeuntium dextro. Anima ejus requieſcat in pace. Amen.

Sub hujus patris tempore quidam Dei famulus, Adalbertus nomine, ex laico monachum induens, templum Laureshammenſe, tum parvitate tum vetuſtate dignitati ſuæ minime reſpondens, Deo cooperante renovavit & augmentavit, &, ut in præſentiarum cernitur, fornicibus, abſidibus, feneſtris, laquearibus, tecto plumbeo venuſtavit. Præter hæc etiam fratrum utilitati conſulens, duas hubas cum area in *Winenheim* ſitas, multa peccunia ab hæredibus comparatas, itemque curiam cum vineis in *Hephenheim* ipſorum victualibus adjecit, decimas etiam in *Winenheim* cum molendino dominicali & decimas in *Hentcuhesheim*, ne beneficiarentur, ab ipſis hiantium faucibus dato pretio redemptionis extraxit, aliisque compluribus circa eandem eccleſiam bene meritis memoriam in benedictione promeruit.

Per idem tempus Billungus, vir nobilis de *Lindenvels*, eccleſiam in vico *Cella* cum vinea proprietatis

tis ſuæ & parte montis *Hemmingisberg*, quæ contra eundem vicum reſpicit, quamque abbas Folcnandus ad novellandum conceſſerat, fratrum uſui tradidit, & ut eorum providentia tribus in ebdomata diebus in eadem eccleſia divina celebrarentur, inſtituit, qui videlicet Billungus, cum in obpreſſione Laurenſis familiæ modum exceſſerit, eo tamen vel ſolo cum villico iniquitatis laudandus eſt, quod de rebus Domino fraudulenter ſubtractis in aliquo pro ſe prudenter fecit. Ejus donatio talis eſt.

CLIV.

De vico Cellae.

Notum ſit caritati omnium fidelium ad præſens & inpoſterum, quod quidam Dei famulus nomine Billungus & uxor ejus . . . pro ſe ſuisque parentibus ac poſteris tradiderunt Deo & ſancto Nazario de ſuis poſſeſſionibus in vico *Cella* eccleſiam in proprio domate fabricatam, tribus jugeribus vineti & una curte dotatam, ea nimirum ratione, ut eis ſuperſtitibus unciam in nativitate Domini annuatim inde perſolvant, & poſt obitum eorum ipſa eccleſia cum ſuis appenditiis ad locum iſtum omni jure pertineat; ita tamen, ut prior aut aliquis fratrum, cui ipſe injunxerit, in eadem eccleſia divina miſteria tribus diebus in ebdomata peragat. Idem ipſi Deo devoti dederunt nobis in *Beſinsheim*, in proximo monte, quoddam novale, x argenteos quotannis, quoad ipſi vixerint, perſolvens, & poſt eorum exceſſum omni integritate ad nos pertinens, ea conditione, ut annualis cenſus, qui de utrisque donationibus eis viventibus ſolvitur, ad confectionem cerei ſingulis annis determinetur. Hæc traditio facta eſt regnante Cunrado rege ſecundo, tempore Heinrici Magontini archiepiſcopi, ſub domino Folcnando

abbate, ipſo præſente & cæteris fratribus, coram probatis & ſubnotatis teſtibus, videlicet ipſe Folcnandus abbas, & decanus Hunfridus, Adelradus, Marquardus, Udalricus, & iterum Udalricus monachi. De nobilibus, BOBBO COMES, Bertholfus frater ejus, Magenes, Cunradus. De ſervitoribus, Cunradus, Bertholfus, Craft, Dragebodo, Giſelherus, Diedericus, & de plebe quam plurimi.

Cum hoc Billungo ob meritum & vindictam beati martyris ſui Nazarii Deus ultionum libere egit, itemque in cæteros ſui ſimiles, qui populum Domini humiliaverunt, & hæreditatem ejus vexaverunt, extendit manum ſuam in retribuendo. Nam ferme biennio mutus & elinguis, ac dira omnium membrorum paraliſi contractus carne jam præmortua, ſolo ſpiritu palpitans, dedecoroſe tandem & inteſtatus expiravit. Eberhardus de *Ertbach* ſubito præcluſa voce impœnitens obiit. Burkardus de *Scarra* totus turgidus ac fœtidus, ſcaturientibus quoque vermibus, ignominioſo fine contabuit, omneſque tam officiales, quam domini, qui commederunt Jacob, & locum ejus deſolaverunt, ſubito defecerunt, perierunt propter iniquitatem. BERTHOLDUS ſiquidem COMES & advocatus, bello turpiter victus ac caſtris exutus, triſtitia periit. BOBBO liberis & rebus omnibus exhæredatus implevit extraneos viribus ſuis & labores ſui ſunt in domo aliena. Ipſe quoque PALATINUS RENI COMES, frater Imperatoris, CUNRADUS, præſens ejuſdem eccleſiæ advocatus, divina animadverſione ſenſit, & expertus eſt

Fraternas acies, cognataque bella profanis
Decertata odiis.

Senſit,

Senſit, quam alta ſedeant *plusquam civilis vulnera dextrae*; & in his omnibus nondum averſus eſt furor Domini, ſed adhuc manus ejus extenta. Terreatur ergo exemplo ejus, cui propheta teſte inſultatum eſt: *Et tu vulneratus es, ſicut & nos, noſtri ſimilis effectus es*, & reliqua. Terreatur exemplo aliorum, terreat alios ſuo, noveritque profecto, quia reddet Dominus ultionem hoſtibus ſuis & propitius erit terræ populi ſui.

Defuncto igitur Folcnando Hildebertus ex Fuldenſi monaſterio, tum ſanctæ Mariæ virginis in *Michlenſtat* præpoſitus, primo quidem ſub intentione, ſed poſtea reductis in concordiam partibus, abbas eligitur, & ab Heinrico rege, quem pater Hieroſolimam tendens in regnum unxerat, veſtitus, necdum conſecratus ſexto menſe moritur, & ad introitum eccleſiæ in latere meridiano tumulatur. Cui e veſtigio Marquardus præpoſitus ſancti Petri in *Aldenmunſter* ſubſtitutus, & ab eodem rege inveſtitus, undecimo poſt electionem menſe mortuus eſt, & inter duos anteceſſores ſuos medium ſepulturæ locum ſortitus. Hic omne jus ac ſervitium, quod ex duabus hubis & area, ab præfato Adelberto in *Winenheim* conquiſitis, exigebatur, diſpoſitioni & uſui fratrum adtribuit. Quo defuncto rurſum Laureshammenſis abbatiæ procuratio ad regalem manum devolvitur. Unde fere per triennium fratres ad extremam redacti inopiam, tum ex annorum diutina ſterilitate, tum ex procuratorum, ſua quærentium, ingluvie, clamaverunt tandem ad Dominum, & de neceſſitatibus eorum liberavit eos.

Ex

Ex conſilio itaque regis Cunradi Heinricum ex monaſterio *Sunnensheim* concordi voto ac ſtudio elegerunt, virum omni virtutum genere conquadratum, & in quo natura cum gratia, quicquid hominis eſt, ad unguem expolivit, cujus ut animi dotes breviter perſtringamus, nemo illo vultu geſtuque gratior, moribus ornatior, gravitate modeſtior, ſeveritate temperatior, in eloquio torrentior, in conſiliis acutior, in negotiis expeditior, in diſpenſatione providentior, erga ſuperbos ſubjectior, in omni denique vitæ modo & ordine circumſpectior fuerit; qui primo introitus ſui initio, in his, quæ religionis, quæ fraternæ utilitatis erant, interiora compoſuit, deinde ut etiam manus hominis ſub pennis haberet, circa exteriora tam vigilis fuit efficaciæ, ut ædificiis exſtruendis, reſtaurandis, ampliandis, exornandis, multam & impenſam impertiretur & operam. In agricultura vero frugibus, reditibusque extrahendis & conſervandis nullus operoſior, nullus extitit diligentior, adeo ut in ſumma famis inopia, quæ totam profligavit Teutoniam, bonis omnibus exuberaret, omnibusque, ſed præcipue religioſis & pauperibus, pleno copiæ miniſtraret cornu. In re familiari ac domeſtica frugalis & moderatus, circa ſolemnes apparatus & ſpectabilium perſonarum celebres introitus & frequentias lautum ſe, liberalem ac magnificum exhibebat. Eoque ſummos principum miro ſibi devinxit affectu, imperatoris etiam & aulicorum favorem concilians & gratiam, ipſæque palatinæ canes, quibus ab omnibus defertur, ei plurimum deferebant. Præterea cum Mediolani rebellionem & Longobar-

gobardiæ inſolentias imperialis gladius protereret, Italicæ expeditionis cingulo eccleſiam ſuam multa ſumma bis abſolvit, tertio viriliter accinctus, ſub Cremenſi obſidione, ubi multo labore ac ſanguine Teutonicæ virtutis deſudatum eſt, imperialibus militavit aquilis; nihil tamen inter tot ſumptuoſas neceſſitates vel in eccleſiaſtico theſauro, vel in reditibus monaſterio detrimenti importans; ea quoque tempeſtate, quæ inter imperialem domum & fratrem ejus Palatinum Reni comitem Cunradum inteſtina movit odia, fortuna tunc ſuperba vices vertente dextera, ita ſe caduceatorem & ſequeſtrum interpoſuit, ut altero tamquàm domino, altero tamquam amico utens, inter arma togatus ac feriatus fortuitos ſpectaret eventus & cum ſtudia partium non foveret, ſtudiis partium foveretur. In explicandis vero negotiis ſæcularibus tam perſpicax, tam conſilioſus, tantæ fuit experientiæ, ut aut nullos infra ditionem ſuam emergere motus pateretur, aut emergentes in ipſo ſtatim initio reprimeret, ſemper rogans ea, quæ pacis ſunt. Cæterum, ut ad interiora redeamus, erga obedientias monaſterii & præpoſituras multa illi inſtantia, multa ſollicitudo fuit, ut & religionis, quantum mollities hominum & malitia temporum ſinebat, aliquod veſtigium ſervaretur, & rerum ac poſſeſſionum nulla fieret dilapidatio. Unde quod ei a quibusdam vitio datur, & hanc ſolam ei notam inurunt, quod quasdam earum diſpenſatorie remotis perſonis per ſe adminiſtraverit, noverint, ſi volunt, non hoc eum ambitionis aut turpis lucri feciſſe gratia, ſed potius conſervandæ religionis intuitu, & ne a ſe quocunque modo

recollecta alicujus imprudentia diſpergerentur, quia ſubtractis neceſſariis religionis rigor ſubtrahitur. Proinde ſi quis hoc ejus exemplo nititur, utatur ejus & induſtria; quia ibi juſta uſurpatur diſpenſatio, ubi bona fit recompenſatio, & ſi quis inter diſpenſatores familiæ Dei ad hoc intendit, ut fidelis inveniatur, pro minimo ducit, ſi judicetur ab humano die. Illud etiam, quod præſcribunt, eum per *introductum comitem Palatinum* jugum eccleſiæ aggravaſſe, ſi recolerent, quas minas, quas clades, quæ exterminia imperator toti eccleſiæ intentaverit, quamque id ei fratrum ac miniſterialium precibus vix extortum fuerit, ac demum arcuato vulneri cauterium obponens, periculo periculum lenierit, veritati non inferrent præjudicium; canonico in idem conſentiente decreto, duobus malis urgentibus, quorum alterum ſine altero declinari non poteſt, minus eligendum eſſe. Unde eſt, quod etiam caſtrum *Winenheim* beneficio curtis *Ulvensheim* ab imperiali poſſeſſione & præſidio liberavit, ſatius arbitratus unius villæ reditibus & penſionibus deſtitui, quam caſtrenſium rapinis & incurſibus totam eccleſiam perditum iri. Hic a Victore papa, qui & Octavianus, per manum Chriſtiani cancellarii infulam transmiſſam perſonæ duntaxat ſuæ recepit, ſed eam eccleſiæ ſuæ privilegio confirmari minus integrum arbitratus eſt, ignarus quis finis ſciſma, quod inter ipſum & Rolandum, qui & Alexander, nuper exortum, in omnem eccleſiam jam tum proſerpebat, excepturus eſſet, incertis caſibus ſe & eccleſiam ſuam committere detrectans. Nam idem Victor cum Teutonicorum, & maxime eccleſiaſticorum

rum principum, favorem & affectum expeteret, ſcriptis eis delenificis & promiſſionibus ambiens, etiam ipſi inter cæteros Cremæ ſua ſcripta direxit, cujus confirmationi licet Papienſe concilium ſubſcripſerit, cum ſe ab eodem explicare non poſſet, in neutram ſe tamen partem pronior inclinavit. Scripta Victoris fuerunt hujusmodi:

CLV.

Victor epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, Heinrico dilecto filio, abbati Laurishammenſi, ſalutem & apoſtolicam benedictionem. Super devotione & conſtantia, quam beato Petro & nobis exhibuiſti, & ſuper ſancto conſilio, quod cariſſimus filius noſter Fridericus, Romanorum imperator auguſtus, ad reſtaurandam eccleſiæ unitatem, & hæreſim ſciſmaticam reſecandam, tuo aliorumque ſapientium conſilio diſpenſavit, fraternitati tuæ grates referimus, orantes, ut tam beata intentio gratum Domino ſortiatur eventum. Nos autem, quantum ad apoſtolicam pertinet dignitatem, perſonam & eccleſiam tuam diligere & honorare intèndimus, & tantis beneficiis tuam devotionem remunerare, quod alii ad diligendum nos promptiores efficientur, & tua nobilitas de noſtra benevolentia honoris & utilitatis accipiet incrementum. De ſtatu & propoſito noſtro venerabiles fratres noſtri, H. Verdenſis & D. Pragenſis epiſcopi te plenius certificabunt. Data *Vetratt* nonas Decembris.

Inſulationis vero conceſſio talis fuit:

CLVI.

Victor epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, dilecto filio Heinrico, abbati Laurishammenſi, ſalutem & apoſtolicam benedictionem. Sacroſancta Romana eccleſia devotos ſibi filios

conſuevit honorare, & Chriſtianorum principum, in quibus plurimum honoratur, petitionibus clementer annuere. Inde eſt, dilecte in Domino fili! quod ad petitionem cariſſimi filii noſtri FRIDERICI, Romanorum imperatoris, & ad venerabilis fratris noſtri, Regenoldi Colonienſis electi, preces tibi de capite noſtro mitram per dilectum filium, Chriſtianum Merſiburgenſem præpoſitum, transmittimus, & ut ea in ſolemnibus diebus & proceſſionibus ad honorem Dei & tuæ perſonæ utaris, auctoritate apoſtolica concedimus, monentes, quatinus hoc honore ab apoſtolica ſede tibi conceſſo taliter utaris, ut Deus honoretur, & nos ad majora tam tuam perſonam, quam eccleſiam tibi commiſſam libentius promovere velimus. Cætera, quæ petiſti, tibi non duximus largienda, niſi tu in perſona tua venias, aut honeſtum nuncium, eccleſiæ tuæ filium, ad noſtram transmittas præſentiam. Datum *Papiae* III kalendas Martii.

Reſtauratio cellae Niwenburgenſis.

Cellam *Niwenburg*, poſt obitum fundatoris ſui Anshelmi proviſorum incuria pene deſolatam, divino inſtinctu denuo reſuſcitavit, & aliquantis Deo ſervientibus ibidem collectis, ædificiis & poſſeſſionibus, & quibus poterat modis, non minimum ampliavit, donationes ſuas hoc teſtamento confirmans:

CLVII.

In Chr. nom. HEINRICUS divina clementia Lauresham. abbas, * univerſis Sctæ matris eccleſiæ filiis, præſentibus & futuris, in perpetuum. Eccleſiæ noſtræ, cui Deo auctore deſervimus, officio, debitoque compellimur, non ſolum ejus diſperſa congregare & congregata conſervare, verum etiam anteceſſorum noſtro-

* Omiſit reliqua Freher.

noſtrorum veſtigia proſequentes, in tabernaculum Domini aliquid ex noſtro miniſtrare. Quocirca cunctis Dei fidelibus, tam futuris quam præſentibus, notum fore cupimus, qualiter nos divinæ mercedis intuitu eccleſiam in *Niwenburk*, a quodam Dei famulo Anshelmo olim fundatam, ſed diu deſolatam, inſtaurando reformavimus, atque ibidem religioſos fratres monaſticæ profeſſionis, vel ex noſtræ congregationis corpore, vel aliunde aſſumptos, in unius tamen ſocietatis & communionis concordiam adunare decrevimus. Quorum nos quieti & uſui inpoſterum providere cupientes, præter ea, quæ a præfato Anshelmo eidem monaſterio collata ſunt, & in confiniis ejusdem cellulæ ſita, certa determinatione dimenſa ſunt, ea, quæ nos noſtro conquiſitu & induſtria in poſſeſſionem ipſius monaſterii contulimus, litteris annotare, poſterorumque memoriæ commendare dignum duximus. Videlicet prædium in *Blankeſtat* cum foraſto, agris, pratis & omnibus pertinentiis ſuis, quod ab hæredum poteſtativa manu dato pretio legitime comparavimus. Undecim quoque jurnales proprietatis in *Siggenheim*, atque unius hubæ decimationem, a Craſtone dapifero noſtro beneficiali concambio redemptam. Item in *Virnheim* quatuor hubas, cum omnibus penſionibus, reditibus ac juſtitiis ad nos aſpicientibus. In *Gernesheim* quoque hubam cum omni integritate, & decimas, quæ ſolvuntur de curia & agris fratrum in *Hagen*. In *Sahſſenheim* etiam *minore* hubam, quam eis hæreditario jure acquiſivimus. In *Sahſſenheim majore* vineam proprietatis ad luminaria eccleſiæ pertinentem. Item in *Niwenheim* duas vineas proprietatis, videlicet *Flecke* & *Luzelenbach*. Dimidiam quoque hubam hæreditariæ penſionis, itemque poſſeſſionem, quæ vocatur *Korngeld*, aream etiam, id eſt, *Hoveſtat*. Tres inſuper vineas, videlicet *Snowe*, *Steinrieth*, *Hagenbrunno*, quas eis ex conſenſu fratrum ſancti Stephani in monaſterio Capella jure hæreditario & ſub annua penſione locavimus. Rerum quoque, quas Anſhelmus eidem

monaſterio acquiſivit, decimas, omnesque juſtitias cum omni integritate ſtabilimus. Hæc omnia, ſeu proprietariæ ſeu hæreditariæ conditionis ſint, præfato monaſterio ſancti Bartholomæi atque fratribus Deo ibidem famulantibus perpetuo jure tenenda, poſſidenda, utenda tradimus atque confirmamus, inpoſterumque tum in ſimili, tum aliis juſtis modis utilitatibus eorum Deo propitio pro poſſe conſulere deliberavimus. Si quis vero de familia ſeu colonis eccleſiæ noſtræ quippiam hæreditatis, poſſeſſionis ſive rerum ſuarum, mobilium aut immobilium, pro remedio animæ ſuæ eidem loco conferre voluerit, id nos gratum & ratum atque optatiſſimum habemus, ac præſentis ſcripti auctoritate roboramus, cunctisque ſæpe dictæ eccleſiæ bona facientibus miſericordiam Chriſti ac vitam æternam, impugnantibus autem eam, & hæc ſtatuta noſtra infringere aut caſſare conantibus, ſi non reſipuerint, offenſam Dei ſanctorumque ejus, ac mortem perpetuam ex apoſtolicorum privilegiorum noſtrorum interminatione imprecamur; ſucceſſorum etiam noſtrorum benevolentiam in Chriſto & coram Chriſto opteſtamur & obſecramus, quatinus id ipſum monaſterium paterno affectu ab omni incurſu & obpreſſione defendant, manuteneant, & quantum potuerint, promoveant, ac data ſive conſtituta noſtra ab aliquo convelli, aut labefactari non permittant, quatinus ab omnium bonorum largitore Deo præmium vitæ æternæ percipiant. Et ut hæc noſtræ conſtitutionis ac donationis auctoritas teſtabilis & inconvulſa perpetuo permaneat, his eam litteris conſignari præcepimus, & ſigilli noſtri impreſſione roboravimus. Actum
M. Aug. in ipſa eccleſia *Niwenburg* . . . kalendas Septembris, anno
1165. Dominicæ incarnationis MCLXV, indictione . . . imperii glorioſiſſimi imperatoris Friderici anno XIIII, domini quoque Heinrici abbatis anno XIIII, feliciter in Chriſto amen.

Mona-

Monaſteria quoque Ciſtercienſis ordinis miro coluit affectu, adeo, ut & in rebus mobilibus ſanctorum neceſſitatibus communicaret, & in fundis eccleſiæ ſuæ tum in agraria novellatione, tum in hæreditaria locatione plurimum eis conſuleret, ſervata duntaxat utrimque æquitatis ratione, quatinus illis uſufructuaria acceſſio, & ſibi ſuisque ſucceſſoribus annua penſio non parum conferret emolumenti. Hinc eſt, quod fratribus in *Sconaugia* prædium in *Grensheim* ſub hæreditaria penſione locavit, & ea quoque occaſione prædium in *Gagerſberg* eccleſiæ ſuæ conquiſivit, facti memoriam hujusmodi ſcripto confirmans.

CLVIII.

In nomine Dei omnipotentis. Heinricus divina miſericordia Laureshammenſis abbas, univerſis Chriſti fidelibus, futuris ac præſentibus, in perpetuum. Ad hoc a principe paſtorum & patre miſericordiarum Deo in diſpenſationem familiæ ſuæ miſericorditer vocati ſumus, ut ſervis ſuis, conſervis noſtris, ex caritatis affectu ſerviamus, & ſufficientia noſtra, quæ ex ipſo eſt, eorum indigentiæ pro poſſe conſulamus. Ea propter noverit univerſitas Chriſti fidelium ad præſens, & inpoſterum, qualiter nos divinæ remunerationis intuitu, fratrumque ac fidelium noſtrorum precibus & conſultu prædium eccleſiæ noſtræ, videlicet octo hubas in *Grensheim*, Cunrado de *Hohenhart*, & per ipſum Bliggero de *Steinaha* ex antiquo beneficiatas, ſed ab utroque nobis abſolute reſignatas, venerabilibus fratribus noſtris in *Sconaugia* jure hæreditario ſub annua penſione decem caſeorum, habentium pretium decem denariorum, perpetuo locavimus, prædiumque *Gagerensberg* cum pertinentiis ſuis, a Bliggero, uxore liberisque ſuis, ec-

cleſiæ

cleſiæ noſtræ proprietatis titulo hujus rei gratia ſolemnitate legitima traditum, prædicto Cunrado beneficii nomine concedentes, ipſo eodem Bliggerum & filios ſuos reveſtiri fecimus. Hujus itaque noſtræ conceſſionis tenorem, ne ſucceſſorum noſtrorum vel inclementia reſcindat vel auctoritas, eatenus ipſum lance diſpenſatoria moderati ſumus, ut & ſervorum Dei commodis proſpiceremus, per caritatis officium, & eccleſia noſtra in nullo pateretur vel detrimenti vel alienationis præjudicium. De cætero ſtatuentes & auctoritate Dei omnipotentis & noſtra confirmantes, ne quis eos ſeu de familia, ſeu de miniſterialibus eccleſiæ noſtræ, nulla denique qualiſcunque perſona, tamquam a nobis accepto utens officio vel poteſtate, in hac ipſa a nobis conceſſa hæreditate exactionibus, oppreſſionibus, ſeu quibuſcunque moleſtiis prædictos fratres infeſtare ſeu perturbare præſumat, ſed ſub hac, quam prædiximus, annua & memoriali penſione eandem hæreditatem libere teneant, excolant & poſſideant. Verum ut hujus noſtræ conceſſionis & conſtitutionis integritas per futura temporum curricula rata & inconvulſa permaneat, cartam hanc exinde conſcriptam ſigilli noſtri impreſſione roboravimus, atque illuſtrium & ſpectabilium perſonarum, in quorum præſentia & ſententia hæc acta ſunt, teſtimonio confirmavimus. Quorum hæc ſunt nomina. De clero: Cunradus Wormatienſis epiſcopus, Cunradus cuſtos de *Winphina.* De liberis: Cunradus de HOHENHART, & filius ejus Cunradus, Waltherus de *Huſen*, Billungus de *Lindenvels*, Cunradus de *Hirzberg*, Bliggerus de *Steinaha*, & filii ejus, Bliggerus & Cunradus, Gerhardus de *Scowenburc*, Rudolfus de *Kiſelova*, Ruthardus de *Crutheim*, Erpho de *Hirzberg*. De miniſterialibus: Wernherus de *Wormatia*, Ingram & Rumhardus de *Hantscuhesheim* & cæteri quam plures. Acta ſunt hæc *Hantscuesheim* anno
1165. Dominicæ incarnationis MCLXV, indictione XIII, imperii vero glorioſi domini noſtri imperatoris Friderici anno XIIII, domini

mini quoque Heinrici abbatis anno XIIII, feliciter in Chriſto amen.

Item eisdem ab eodem in termino ſylvæ, pertinentis ad *Virnheim*, data confirmatio.

CLIX.

De caſeis ex monaſterio Schonawe cedentibus de quibusdam locis incultis in Virnheim.

In nomine Dei omnipotentis. Heinricus divina miſericordia Laureshammenſis abbas. Univerſis Chriſti fidelibus, futuris ac præſentibus, in perpetuum. Apoſtolica commonemur inſtitutione, ut bonum facientes non deficiamus, quod tempore ſuo metamus, præcipue tamen neceſſitati ſanctorum communicantes, quia talibus hoſtiis promeretur Deus. Quocirca omnium Chriſti fidelium, futurorum ac præſentium, noverit experientia, quia nos reſpectu retributionis atque *advocati noſtri* Cunradi, *illuſtris Palatini comitis de Reno*, conſenſu & rogatu, cæterorumque fidelium ac fratrum noſtrorum perſuaſu commoniti, dilectis fratribus noſtris in *Sconaugia*, & vere Chriſti pauperibus quædam loca inculta & ſaltuoſa, infra terminum villæ noſtræ *Virnheim* ſita, partim agris, partim paſcuis oportuna, certis limitibus determinata conceſſimus, quatinus ea jure hæreditario teneant, excolant & poſſideant. Veruntamen ab exſtirpatione ejusdem ſylvæ & ab inciſione lignorum, quæ banno ſunt obnoxia, niſi ex licentia noſtra, prorſus abſtineant, atque ut proventus laboris eorum eccleſiæ quoque noſtræ fructuoſus exiſtat, ipſorum annuente coniventia ſtatuimus, quatinus trecentos caſeos, ſingulos pretio denarii noſtræ monetæ, loco decimarum annuatim perſolvant, quorum triginta parochiano de *Virnheim*, reliqui noſtro ſucceſſorumque noſtrorum uſui proveniant. De cætero ab

omni infeſtatione alicujus penſionis, ab omni exactione Judiciariæ poteſtatis, liberi & immunes permaneant, & quicquid pro oportunitate ſua in eisdem locis absque detrimento ſylvæ elaborare vel excolere voluerint aut valuerint, ex hujus noſtræ conceſſionis auctoritate libera in omnibus faciendi poteſtate potiantur. Et ut hujus conceſſionis & conſtitutionis noſtræ ſoliditas poſtfuturis temporibus certior, firmiorque teneatur, cartam hanc exinde conſcriptam ſigilli noſtri impreſſione ſubterfirmavimus, nobiliumque ac probabilium perſonarum teſtimonio commendabiliorem fecimus. *Teſtes, dies, locus & annus, qui ſupra.*

Stipulatur huic conceſſioni etiam dioceſiani epiſcopi pontificalis auctoritas, & circa decimas, quas baptiſmalis eccleſiæ juſtitia exigebat, canonica diſpenſatio.

CLX.

Novellationem agrorum & pratorum in Virnheim epiſcopus Wormatienſis locavit fratribus in Schonawe.

In nomine Domini Dei omnipotentis. CUNRADUS Dei gratia Wormatienſis eccleſiæ epiſcopus, univerſis Chriſti fidelibus, tam futuris quam præſentibns. Omnium quidem Dei fidelium, ſed maxime pontificalis providentiæ eſt, ſervorum neceſſitatibus conſulere, & ut liberius ad pedes Domini Jeſu ſedere, ac divinæ contemplationi jugiter inhærere valeant, circa ipſorum frequens miniſterium ſatagere. Ea propter noverit univerſitas cunctorum Chriſti fidelium ad præſens & inpoſterum, qualiter nos divinæ mercedis intuitu & majorum eccleſiæ noſtræ rogatu perſuaſi, dilectis fratribus noſtris in *Sconaugia* novellationem agrorum ſeu pratorum, quatuor aratris ſufficientem, in foraſte, ad *Virnheim* pertinente, cujus quidem fundus Laureshamenſe monaſterium, regalis vero bannus noſtram

ſtram reſpicit eccleſiam, hilariter indulſimus, & præſentis ſcripti auctoritate confirmavimus. Præterea ut inter ipſos & ejusdem eccleſiæ parochianos totius contentionis & querimoniæ materiam perpetuo decideremus, ipſius præſentis parochiani conſenſu, & confratrum noſtrorum mediante conſilio decrevimus, quatinus triginta caſei, ſinguli pretio Wormatienſis denarii, loco decimarum, quæ ibidem tam de fructibus quam de animalibus quoquo modo elici potuerint, præfato parochiano ſuisque ſucceſſoribus ab eisdem fratribus annuatim perſolvantur, & præter hos duo caſei ſimilis pretii epiſcopali cameræ ob facti memoriam inferantur, atque de reliquo ab omni decimarum ſeu cæterarum exactionum moleſtia quieti & immunes permaneant. Et ut hujus noſtræ conceſſionis & conſtitutionis auctoritas per futura tempora conmendabilius prorogetur, atque inviolabiliter conſervetur, paginam hanc exinde conſcriptam ſigilli noſtri impreſſione roborari juſſimus, & teſtes, in quorum hæc præſentia geſta ſunt, ut infra videtur, aſſignavimus. Cunradus Wormatienſis epiſcopus, Sigehardus Laureshammenſis abbas, Gernodus, Cunradus capellani, Orto magiſter de *Niwhuſen*, Trutwinus de *Winenheim*, Bertholfus de *Beſinsheim*, parochiani, Rehwinus Laureshammenſis decanus, Rudolfus præpoſitus ſancti Michaelis, Lanzo præpoſitus ſancti Petri, David, Gerungus monachi. De nobilibus, Gerhardus, Bertholfus, Godefridus de *Scowenburc*, Otto, Sporo, Marquardus de *Heimvelt*. Actum *Lobedenburc* idus Junii, anno Dominicæ incarnationis MCLXVIII, indi- 13. Jun.
ctione I, regnante glorioſiſſimo imperatore Friderico anno XVI, 1168.
pontificatus vero domini Cunradi Wormatienſis epiſcopi anno.. feliciter in Chriſto amen.

Similem humanitatis affectum & officium famulabus Chriſti in Gomersheim per hanc conceſſionem exhibuit.

CLXI.

Frenckenvelt in Gernsheimer marcha.

In nomine Dei omnipotentis. HEINRICUS divina favente clementia, univerſis Chriſti fidelibus, futuris ac præſentibus, in perpetuum. Aequitatis ratio ac officii noſtri debitum exigit, ut inter diſpenſatores familiæ Dei nos quoque pro modulo noſtro fideles inveniamur, & neceſſitatibus ſanctorum pio affectu communicemus. Quapropter ad omnium Chriſti fidelium notitiam devolvimus, qualiter nos fratrum ac fidelium noſtrorum precibus exorati, fundum eccleſiæ noſtræ in vico *Frenkenvelt*, in termino villæ *Gernesheim* ſitum, & ad diſpoſitionem cellarii fratrum noſtrorum pertinentem, ſuſtentationi ancillarum Chriſti, in *Gomersheim* commanentium, ſub annua penſione conceſſimus, quatinus exinde prædicto fratrum cellario quinque uncias noſtræ monetæ annuatim perſolvant, cum ſolita illatione decimarum, tam de animalibus, quam de uſufructuario, ad eccleſiam noſtram ex antiquo aſpicientium; ſtatuentes, ut hæc noſtræ conceſſionis auctoritas a ſucceſſoribus noſtris firma & inconvulſa perpetuo conſervetur, & quousque præfatæ famulæ Dei præfixum cenſum ac decimas integre perſolverint, nullum a quolibet ibidem patiantur præjudicium. De cætero vero nullis exactionibus, nullis moleſtiis ſubjiciantur, ſed rebus a nobis ſibi conceſſis libere perfruantur. Ut autem hujus facti obſervantia commendabilior & certior apud poſteros habeatur, cartam hanc exinde conſcriptam ſigillo eccleſiæ noſtræ confirmari præcepimus, ſubnotatis etiam, qui præſentes aderant, idoneis & probatis teſtibus. Rehwinus decanus, Lanzo & Rudolfus præpoſiti, Fridericus & David monachi, Craft, Giſelherus, Arnoldus miniſteriales, Fridericus, Heinricus & Cunradus & alii plurimi de familia Sti Nazarii. Actum *Lauriſſae* anno ab incarnatione Chriſti MCLXVI, indictione XV, regnante glorioſiſſimo Romanorum imperatore Friderico. *Al-*

Altercatio frequens inter fratres Lauriſſenſes & cives in Angeren.

Sub eodem tempore vetus ac frequens altercatio inter fratres Laureshammenſes & cives in *Angeren* ſuper eccleſia ibidem ſita, ſinodali decreto apud Trajectum hoc modo conquievit:

CLXII.

In nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis. Ego Godefridus Dei gratia eccleſiæ Trajectenſis epiſcopus, omnibus fidelibus notum facio, præſentibus & poſtmodum futuris, quod legatus abbatis de *Lorſa*, cum pulſaretur coram nobis pro ædificiis eccleſiæ in *Angeren* reſtaurandis, hoc tandem judicio totius ſinodi generalis obtinuit, quod parochiani in *Angeren* eccleſiam præter ſanctuarium in tecto, & in cæteris ædificiis reſtaurare, eique luminaria jure providere debeant. Quia igitur noſtrum eſt, juſta judicia confirmare, injuſta vero ſtudioſe propulſare, abbatem de Lorſa & eccleſiam ſuam ab hac impetitione abſolvimus, & ne quispiam illam amplius ſuper hujuſcemodi inquietare præſumat, auctoritate noſtra omni modo prohibemus. Ad confirmandam vero hujus rei veritatem præſentem ſcedulam impreſſione noſtri ſigilli corroboratam conſcribi juſſimus, nomina quoque illorum, qui præſentes aderant, ſubnotavimus, ut eorum teſtimonio, quod juſte factum eſt, ratum & inconvulſum inpoſterum habeatur. Hæc ſunt nomina teſtium: Godefridus majoris eccleſiæ præpoſitus, Azelinus decanus, Jordanus præpoſitus ſancti Bonifacii, Andreas præpoſitus Sti Petri, Theodericus præpoſitus Embricenſis, Godefridus præpoſitus Tielenſis, Arnoldus præpoſitus ſancti Johannis. Decani: Lambertus, Hermannus, Cunradus, Rudolfus. Canonici: Alardus, Everardus, Jonathas ſancti Martini; Heinricus, Rudolfus, Lothewicus, Ricquinus ſancti Bonifacii; Alebrandus, Heinricus, Rudolfus, Odoldus ſancti

Petri; Waltherus, Gozwinus, Theodericus ſancti Johannis; Thidungus, Aluricus, Gerardus, Bobbo ſanctæ Mariæ. Abbates: Matheus ſancti Pauli, Hildebrandus de Werslo. Laici: Florentius comes de *Holland*, Godefridus & frater ejus Hermannus de *Kiwc*, Godefridus de *Breda*, Willehelmus comes de *Stenre*, Rudolfus advocatus, Hugo de *Riene*, Theodericus de *Buchorſt*.

De curia Wormatienſi.

Fratres quoque Laurenſes cum Wernhero, Wormatienſi cive, pro curia ſua, in eadem civitate ſita, contentioſum diu funem trahentes, tandem ex conſilio abbatis ſui ac miniſterialium hoc eum fine deciderunt.

CLXIII.

In nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis. Servi ſervorum Dei, fratres Laureshammenſis monaſterii, univerſis Chriſti fidelibus, tam futuris quam præſentibus, in perpetuum. Quoniam in hoc vocati, in hoc poſiti ſumus, ut honori & profectui, eccleſiæ noſtræ, cui Deo auctore ſervimus, modis omnibus conſulamus, neceſſario compellimur in diſpoſitione poſſeſſionum & redituum ejus & præſentium oportunitatibus i nſiſtere, & futurorum quieti ac uſui proſpicere. Ea propter univerſitati omnium fidelium notum eſſe cupimus, qualiter nos totius capituli noſtri conſilio & coniventia partem curtis noſtræ in *Wormatia*, certis limitibus a reliqua diſterminatam, Wernhero honorato & ſpectabili viro ſub annua penſione locavimus, ita duntaxat, ut ipſe, ſuique prohæredes eam bona fide, & juſto hæreditatis titulo poſſideant, & in feſto ſancti Remigii XX ſolidos Wormatienſis monetæ exinde nobis annuatim perſolvant. Quod ſi præfixos terminos quocunque modo vel ingenio transgreſſi fuerint, ſive prætaxatam penſionem condicta die, vel certe intra xjjij proximos

ximos dies ſolvere neglexerint, hæreditatis ipſius & jure & titulo perpetuo careant, & præciſa omni repetitione, nullum de cætero ad ipſam recurſum habeant. Verum ut hujus facti memoria in poſterum commendabilius prorogetur, nullaque deinceps præſcriptione ſive in deterius permutatione reſcindatur, cartulam hanc ad utriusque partis munimentum & cautelam unanimi conſenſu & ſubſcriptione exinde confecimus, & eccleſiæ noſtræ ſigillo, ut infra videtur, roboravimus, confirmante hoc ipſum idonearum atque probabilium perſonarum oculata fide & teſtimonio, quorum hæc ſunt nomina. Cunradus Wormatienſis epiſcopus, Heinricus Laureshammenſis abbas, Nibelungus vicedominus & præpoſitus ſancti Pauli, Sigefridus præpoſitus ſancti Petri, Cunradus præpoſitus ſancti Andreæ, Cunradus præpoſitus ſancti Cyriaci, Heinricus decanus majoris eccleſiæ, Heinricus cantor, Meginhardus, Eberhardus, Gernodus canonici. De miniſterialibus Wormatienſibus: Sigefridus & frater ejus Burkardus de *Steine*. Giſelbertus, Johannes, Sigebodo, Ruggerus, Heinricus frater ejus, Adelhunus & fratres ſui, Gerlahus & Richinzo frater ejus, Ravenoldus, Reginbodo de *Lobedenburg*, Heinricus. De civibus: Hertricus, Dietmarus, Wernherus, Gerlacus, Eberhardus, Heinricus, Godebertus, Sigebodo, Johannes, David, Wikardus, & alii multi. De miniſterialibus Laureshammenſibus: Cunradus, Bertholdus, Gernodus, Burkardus, Hartlieb, Hildebertus de *Winenheim*, Craft, Arnoldus, Giſelherus, Hildericus de *Beſinsheim*, Rumhardus & Ingram de *Henscuesheim*. Actum Wormatiæ ... kal. Maji anno Dominicæ incarnationis MCLX, indictione... imperante glorioſiſſimo imperatore Friderico anno... præſidente in epiſcopatu Wormatienſi domino Cunrado epiſcopo anno... in abbatia autem Laureshammenſi domino Heinrico abbate anno... feliciter in Chriſto amen. Apr. 1160.

De

De ſine vitae & teſtamento ipſius Heinrici abbatis.

*Ded. Freh. uſque ad finem.

Ut * autem hujus præmemorati patris, & memoria digni abbatis Heinrici quædam probe facta & jugis inſtantia circa eccleſiam ſibi commiſſam poſteris clarius liqueſcant, ad imitationis exemplum pauca e plurimis perſtringamus, maxime his, quæ circa finem vitæ geſſit ad medium deductis. Cum enim prius cellam *Niwenburg* ædificiis & prædiis ampliaſſet, item *Abrinsberg*, capellæ *Michlinſtat*, *Aldenmunſter*, poſſeſſiones, quæ a ſuperioribus præpoſitis vel neglectæ vel incultæ vel gravi ære alieno obpreſſæ fuerant, abſolute reſtituiſſet, cumque in *Siggenheim* & *Winenheim* caſtro & villa non invenuſta ædificia fabricaſſet, ad extremum pavimentum principalis eccleſiæ, in quantum moderna fabrica complectitur, eleganter ſtravit, conventum fratrum & refectorium, ſuum quoque ſolarium picturis decoravit, ambitum murorum ab extremis ruinis inſtauravit, pontem lapideum ſuper fluvium *Wisgoz* multa impenſa, tam ſua quam Chriſti fidelium, fabricavit. Demum ad imperialem curiam Spiræ evocatus, cum pro reformanda pace & concordia inter imperatorem & fratrem ejus, CUNRADUM PALATINUM COMITEM DE RENO, multo labore, multaque inſtantia, ſed fruſtra deſudaſſet, præponderantibus domeſticis odiis ſanitati conſiliorum, in nativitate beatæ virginis Mariæ, vergente jam veſpere, lentis febribus correptus eſt, a quibus per totam hyemem excoctus, ineandeſcente æſtatis fervore viribus corporis cœpit deſtitui, & tum languor nullo remedio curabilis

bilis ad vivum perſedit; cumque per ſingulos dies morbus ingraveſceret, peccuniam, quam multa parſimonia & providentia contraxerat, idcirco ne eccleſia ſua, propter crebras Italicas expeditiones, quæ ab eo exigebantur, in poſſeſſionibus ſuis aliquid detrimenti pateretur, beatius arbitratus diſpergere & dare pauperibus, quam poſt obitum ſuum diſpergi per non pauperes & dari non pauperibus, vaſa ſacroſancta, videlicet calices, honeſtæ & formæ & ponderis fabrefieri juſſit, & monaſteriis ſervorum Dei diſtribuit, *Aldenmunſter* ſcilicet, & *Michlinſtat*, *Hirſaugiae*, *Sunnensheim*, *Ottenheim*, *Sconaugiae*, *Bronnebach*, *Eberbach*, *Otterburg*, *Frankendal*, duos *Hagen* & aliis, quæ animo non occurrunt, locis, Laureshammenſi vero monaſterio calicem deauratum, baccina argentea, thuribulum argenteum, colam, & ampullas argenteas, ac præterea auri quinque & ſemis libras, æſtimatione videlicet LV marcarum argenti, ad coemptionem ſacrarum veſtium tradidit, quibus comparatæ ſunt caſula pretioſa, dalmatica, ſtola auro texta, item caſula, cappæ tres cum aurifrigiis, palla altaris cum aurifrigio, & aliæ cappæ minores ſatis copioſæ, ſtolæ vj ſericæ. Annulum quoque aureum cum lapide pretioſo, & inſuper XV carratas vini veteris, & vineam in *Hemmingisbach* in anniverſario ſuo fratrum uſui contulit, reliquam peccuniam eccleſiis Dei in hunc modum expendit: ad *Sunnensheim* XLV marcas argenti in emptionem prædii; ad *Sconaugiam* XX in fabricam oratorii; ad *Hirſaugiam* V; ad *Ottenheim* V, ad *Mulenbrunen* V, ad *Sanctam Candidam* jj, ad *Kircheim* jj, ad *Godeſaugiam* jj, ad *Hagen* x, ad *Frankendal* vjjj, ad *Gomersheim* jjj,

Mm ad

ad *Otterburg* jjj, ad *Eberbach* v, ad *Eberaha* v, ad *Bronnebach* v, ad *Lobenfelt* jj, ad *Mulnen* jj, ad *Bonlanden* jj, ad *Sebach* jj, ad *Hegenhee* jj, ad *Kuningesbrucgen* jj. Sanctimonialibus & viduis Laureshammenſibus v talenta, pauperibus in exequiis ſuis jjj, ad hoſpitale Hieroſolimitanum j, ſororibus in *Bingen* xxx ſolidos, ad tectum eccleſiæ ſancti Stephani in *Capelen* L ſolidos, cuſtodi xx ſolidos ad luminaria, ſervitio fratrum in exequiis ſuis xxx ſolidos; ad tectum ſepulturæ ſuæ xx ſolidos; ad eccleſiam in *Vraha* XL ſolidos. Extrinſecus autem fratribus carnis ſuæ Sigewarto, Alberto & Swiggero dedit xxx marcas, ſervientibus ſuis xx, Ottoni avunculo ſuo ciſum argenteum pondo v marcarum, item duobus militibus, qui ei ſervierant, duas ſcutellas argenteas. Summa igitur marcarum quas Dei famulis erogavit, ſunt cxcjjj, talenta xvjjj & dimidium. Porro calices omnes erant pondo xxx marcarum; baccina, thuribulum, cola & ampullæ pondo vjjjj marcarum, & anulus aureus pretio duarum; quas autem extrinſecus diſtribuit, cum ciſo & ſcutellis Lvjj. Omnes ergo ccxcj, talenta autem xvjjj & dimidium ſurgunt in marcas xv, & erit omnium univerſalis ſumma marcæ cccvj. Frumentum & vinum, quod eo anno abundantiſſime provenerat, cum his, quæ ab anno præterito more ſuo copioſe conſervaverat, partim ab ipſo diſtributum, partim temere diſtractum, partim imperiali munificentia ſucceſſori ſuo donatum eſt. Deceſſit IIII kal. Octobris, hora quaſi decima, anno Dominicæ incarnationis MCLXVII, vir per omnia conſummatæ felicitatis, & qui nihil umquam vel fortuitis eventibus deliquerit, in quo actus ejus obfuſcarentur, ſi ſolummodo jugum, quod

quod imperialis manus cervicibus eccleſiæ impoſuerat, excutere potuiſſet, quod tamen ſub ipſo pene computruerat a facie olei, ſed poſt eum a Deo ingravatum eſt, ut flagella mutata ſint ſcorpionibus. Sepultus eſt exequiarum, ſi recte dici poteſt, magnifico apparatu *praeſente Palatino Reni comite* CUNRADO, fideliumque ac miniſterialium plurima frequentia. Sepultus eſt, inquam, in aquilonali introitu ad limen eccleſiæ, loco videlicet, quem ipſe longe ante deſignaverat, tumulo ibidem contra ſpem omnium divinitus oblato, reperto in eodem, ut pollinctores aſſerebant, pontificali corpore ex indumentorum & ſandaliorum ac virgæ paſtoralis indicio, incertum ſane, cujus nominis aut temporis. Tantum reverentiæ nimirum & gratiæ delatum eſt ab eccleſia ſua mortuo, quantum deferri ſolebat vivo & ſemper deferetur, quoadusque memoria ipſius apud ſuperſtites durabit. Epitaphium hujusmodi tumulo ejus inſcriptum eſt, breviter continens nomen ipſius, meritum & memoriam:

Hoc jacet in tumulo dolor & decus omne ſuorum,
Abbas Heinricus, jugi prece dignus eorum,
Dic, rogo, qui tranſis, memor ejus & hic proſitorum:
Anima * ejus & animæ omnium fidelium defunctorum requieſcant in pace. Amen.

* Alia manus hic incipit.

Præſuit annis XV, menſibus X.

Magna Lauriſſenſis eccleſiae tam in ſpiritualibus quam in temporalibus annulatio.

Ex eo tempore Laurenſis eccleſia funditus concidit, eamque ſubinde juxta vaticinium Johel, locuſta, bruchus, eruca & erugo indeſinenter comedunt, adeo ut

 tam

tam ſpiritalibus quam temporalibus ipſius propemodum annullatis, a planta pedis usque ad verticem non ſit in ea ſanitas. Heinricho ſucceſſit Sigehardus ex monaſterio Hirſaugienſi, nobilis quidem parentelæ, ſed utinam eisdem, quibus anteceſſor ſuus auſpiciis, qui per cognatos ſuos, Cunradum videlicet Maguntinum archiepiſcopum, ſed tum Sabinenſem epiſcopum cardinalem & Salzburgenſis eccleſiæ procuratorem, atque OTTONEM *fratrem ejus ex Palatino comite ducem Bavvavicum*, privilegium apoſtolicæ ſedis ab Alexandro papa tertio collatum obtinuit, miſſum ab univerſali concilio, quod Romæ ſub ipſo habitum eſt. Uſum quoque mitræ & anuli, cæterorumque inſignium præfatus papa eidem abbati ſuisque ſucceſſoribus in perpetuum tradidit & ſcripto confirmavit, ut infra videtur.

CLXIV.

Privilegia Alexandri papae tertii.

ALEXANDER epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, dilecto filio Sigehardo abbati monaſterii ſancti Nazarii Laurisamenſi, ejusque fratribus, tam præſentibus, quam futuris, regularem vitam profeſſis, in perpetuum. Quotiens illud a nobis petitur, quod religioni & honeſtati convenire dinoſcitur, animo nos decet libenti concedere, & petentium deſideriis congruum ſuffragium impertiri. Eapropter, dilecti in Domino filii, veſtris juſtis poſtulationibus clementer annuimus, & præfatum monaſterium, in quo divino eſtis obſequio mancipati, ſub beati Petri & noſtra protectione ſuſcipimus & præſentis ſcripti privilegio communimus. Inprimis ſiquidem ſtatuentes, ut ordo monaſticus, qui ſecundum Deum & beati Benedicti regulam in veſtro monaſterio inſtitutus eſſe dinoſcitur, perpetuis ibidem temporibus inviolabiliter obſervetur: præterea quaſcunque

que

que poſſeſſiones, quæcunque bona idem monaſterium in præſentiarum juſte & canonice poſſidet, aut in futurum conceſſione pontificum, largitione regum vel principum, oblatione fidelium ſeu aliis juſtis modis præſtante Domino poterit adipiſci, firma vobis, veſtrisque ſucceſſoribus & illibata permaneant; in quibus hæc propriis duximus exprimenda vocabulis: locum ipſum, in quo præſcriptum monaſterium conſtructum eſt, cum omnibus pertinentiis ſuis, *vetus monaſterium* cum pertinentiis ſuis, *Abrinesberc* cum pertinentiis ſuis, *Michelſtat* cum pertinentiis ſuis, *Capellam* cum pertinentiis ſuis, *Nuhenburc* cum pertinentiis ſuis. Sane novalium veſtrorum, quæ propriis manibus aut ſumptibus colitis, ſive de nutrimentis veſtrorum animalium nullus omnino a vobis decimas vel primitias exigere præſumat. Liceat quoque vobis clericos & laicos, e ſæculo fugientes, liberos & abſolutos recipere ad converſionem, & in veſtro monaſterio abſque contradictione qualibet retinere. Prohibemus inſuper, ut nulli fratrum veſtrorum poſt factam in loco veſtro profeſſionem fas ſit de eodem loco abſque licentia abbatis ſui, niſi obtentu artioris religionis, diſcedere, diſcedentem vero ſine communium litterarum veſtrarum cautione nullus audeat retinere. Cum autem generale interdictum terræ fuerit, liceat vobis clauſis januis, non pulſatis campanis, excluſis interdictis & excommunicatis, ſubpreſſa voce, divina officia celebrare. Sepulturam quoque ipſius loci liberam eſſe concedimus, ut eorum devotioni & extremæ voluntati, qui ſe illic ſepeliri deliberaverint, niſi forte excommunicati vel interdicti ſint, nullus obſiſtat, ſalva tamen juſtitia illarum eccleſiarum, a quibus mortuorum corpora aſſumunt. Ad hæc vobis ex benignitate ſedis apoſtolicæ indulgemus, ut ſine damno vicinarum eccleſiarum cellas in locis veſtris vel oratoria conſtruendi cum aſſenſu dioceſani epiſcopi licentiam habeatis. Prohibemus inſuper, ne tu, fili abbas, vel alius poſſeſſiones, decimas, oblationes ſeu alia bona ipſius monaſterii ad menſam abbatis, ſive ad victualia fratrum, juſtitias obedientiarum,

rum, aut ad præpoſituras pertinentia, inbeneficiare, vendere, locare vel alio modo quolibet ſine communi fratrum conſenſu vel majoris & ſanioris partis alienare præſumat, quod ſi factum fuerit, juribus carere ſancimus. Præpoſituras cellarum veſtrarum & obedientias monaſterii tantum monachis capituli veſtri, ſapientibus viris, ſalvis earum rebus, ſtatuimus committendas. Advocatis etiam ipſius monaſterii ſub interminatione anathematis prohibemus, ne cuiquam liceat in poſſeſſionibus ipſius monaſterii caſtella vel munitiones alias conſtruere, familiam ſive colonos eccleſiæ novis & indebitis exactionibus fatigare, vel abbati in juſtitiis eccleſiæ requirendis ſeu obtinendis auſu temerario contraire. Obeunte vero te nunc ejusdem loci abbate vel tuorum quolibet ſucceſſorum, nullus ibi qualibet ſubreptionis aſtutia ſeu violentia præponatur, niſi quem fratres communi conſenſu vel fratrum pars conſilii ſanioris ſecundum Dei timorem & beati Benedicti regulam præviderint eligendum. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat ſupradictum monaſterium temere perturbare aut ejus poſſeſſiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, ſeu quibuslibet vexationibus fatigare, ſed omnia integra ac illibata ſerventur eorum, quorum gubernatione & ſuſtentatione conceſſa ſunt, uſibus omnimodis profutura, ſalva ſedis apoſtolicæ auctoritate, ſub cujus jure & patrocinio conſiſtunt. Si qua igitur in futurum eccleſiaſtica, ſæcularisve perſona hanc noſtræ conſtitutionis paginam ſciens contra eam temere venire temptaverit, ſecundo, tertiove commonita, niſi reatum ſuum digna ſatisfactione correxerit, poteſtatis honorisque ſui dignitate careat, reamque ſe divino judicio exiſtere de perpetrata iniquitate cognoſcat, & a ſacratiſſimo corpore & ſanguine Dei & Domini redemptoris noſtri Jeſu Chriſti aliena fiat, atque in extremo examine diſtrictæ ultioni ſubjaceat. Cunctis autem eidem loco ſua jura ſervantibus ſit pax Domini noſtri Jeſu Chriſti, quatinus ac hic fructum bonæ actionis percipiant, & apud diſtrictum judicem præmia æternæ pacis inveniant. Amen.

Ego

Ego Alexander catholicæ eccleſiæ epiſcopus ſubſcripſi. Ego Hubaldus Hoſtienſis epiſc. ſſ. Ego Cunradus Salzburg. eccleſiæ humilis miniſter & Sabinenſis epiſc. ſubſcripſi. * Ego Johannes presbiter cardinalis SS. Johannis & Pauli titulo Pamachii ſſ. Ego Johannes presbiter card. titulo S. Anaſtaſiæ ſſ. Ego Johannes presbiter card. titulo Sti Marci ſſ. Ego Theodorus presbiter card. S. Vitalis titulo Veſtinæ ſſ. Ego Petrus presbiter card. titulo S. Suſannæ. ſſ. Ego Petrus presbiter card. titulo S.Criſogoni.ſſ. Ego Vivianus presbiter card. titulo S.Stephani in Celio monte.ſſ. Ego Cinthyrs presbiter card. titulo S.Ceciliæ.ſſ. Ego Hugo presbiter card. titulo S. Clementis.ſſ. Ego Arduinus presbiter card. titulo S.Crucis in Jeruſalem ſſ. Ego Matheus presbiter card. titulo S.Marcelli ſſ. Ego Jacinctus diaconus card. S. Mariæ in Cosmidin ſſ. Ego Ardicio diaconus card. S. Theodori ſſ. Ego Laborans diaconus card. S. Mariæ in Porticu ſſ. Ego Rainerius diaconus card. S. Georgii ad vinculum aureum ſſ. Ego Gratianus diaconus card. SS. Cosmæ & Damiani ſſ. Ego Johannes diaconus card. S. Angeli ſſ. Ego Rainerius diaconus card. S. Adriani ſſ. Ego Bernhardus diaconus card. S. Nicolai in carcere Tulliano ſſ. Data * Lateranis per manum Alberti, ſanctæ Romanæ eccleſiæ presbiteri cardinalis & cancellarii, VII idus Aprilis, indictione XII, incarnationis Dominicæ anno MCLXXVIIII, pontificatus vero domini Alexandri papæ III, anno ejus XX.

* Omiſit Freher.

* Dedit Freher.

CLXV.

ALEXANDER epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, dilecto filio Sigehardo, Lauriſamenſi abbati, ſalutem & apoſtolicam benedictionem. Speciali gratia & largitione muneris decorari meretur, qui erga beatum Petrum & ſacroſanctam Romanam eccleſiam devotior invenitur. Quocirca & teſtimonio, quod de te accepimus, & dilectorum filiorum noſtrorum, Petri titulo ſanctæ Suſannæ presbiteri cardinalis, & OTTONIS PALATINI COMITIS precibus inclinati, tibi & ſucceſſoribus tuis uſum

mitræ

mitræ de conſueta clementia ſedis apoſtolicæ indulgemus in perpetuum. Data Lateranis XVII kalendas Madii.

CLXVI.

ALEXANDER epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, dilecto filio Sigehardo, Lauriſſamenſi abbati, ſalutem & apoſtolicam benedictionem. Eos, qui in eccleſia Dei majorem locum pro meritis ſuis obtinere noſcuntur, & Romanæ eccleſiæ devotiores exiſtunt, decet nos in ſuis petitionibus facilius exaudire. Inde eſt, quod venerabilis fratris noſtri Cunradi, Salzeburgenſis archiepiſcopi, apoſtolicæ ſedis legati, conſanguinei tui, precibus inclinati, de apoſtolicæ ſedis benignitate uſum anuli tibi, tuisque ſucceſſoribus duximus indulgendum, Datum *Viterbii* II idus Julii.

Rebus, honeſtate, ſucceſſu, nobilitate,
Compta per Heinricos, Ottones & Ludowicos
A Carolo cœpta, quo principe culmen adepta,
Stematis eſt clari, revera digna vocari.
Regia, regalis locus & thronus imperialis,
Filia Romanæ ſedis liberrima plane. *

*Hic definit Freheri Chron. Laurish.

CODI-

CODICIS
LAURISHAMENSIS
PARS ALTERA
CHOROGRAPHICA

Hactenus donationes imperatorum, principum ac ſpectabilium perſonarum, privilegia quoque Laurishamenſis eccleſiæ, tam apoſtolica quam imperialia, ſuo digeſſimus ordine; nunc ad diverſas Chriſti fidelium traditiones, per diverſos pagos & provincias, in diverſis locis ac terminis tranſcribendas accingamur, ubi lectorem prima fronte præſtruimus, omnia traditionum exordia retexere laboris eſſe ſuperflui, præſertim cum omnium vel eadem, vel non multum diverſa ſit convenientia, ſed potius nos legitimas traditionum ſollemnitates, formas atque modos, teſtatorumque ac teſtium nomina, regum ſimul, ac imperatorum tempora, plena fide perſequi. Ceterum precariarum tranſſcribere formulas ocioſum duximus, eo quod ipſæ res preſtitæ ſuis traditionibus inſcriptæ ſint, & eædem precariæ ſive præſtariæ morte eorum, qui eas precario acceperant, vim & locum amiſerint. Igitur a PAGO RENENSI, in quo ipſum Laureshamenſe ſitum eſt monaſterium, ſumamus exordium.

CLXVII.

Donatio Thurineberti, fratris domini Cancronis, in Laureſham & in Birſtat anno XVI Pipini regis. (a)

1. Nov. In Chriſti nomine, ſub die I Novembris menſis, ego Turinebertus propter Deum & reverentiam ſancti Nazarii dono ad ipſum ſanctum locum, ubi ipſe dominus in corpore requieſcit, ſeu ad ipſos fratres, qui ibidem ſub venerabilis Gundelando abbate eo deſervire videntur, donatumque in perpetuum eſſe volo & promptiſſima voluntate confirmo, hoc eſt, manſum unum, qui ibidem propriſus eſt, ad illud clauſtrum faciendum circa ſanctum Nazarium, & quantumcumque ibidem debetur meæ poſſeſſioni, de jure meo in jus & dominationem ſancti N. dono, trado atque transfundo, ita ut ab hac præſenti die, & deinceps ad ipſum ſanctum locum, vel ad agentes ipſius omni tempore proficiat in augmentum. Similiter & in *Birſtather* marca manſum I, & pratum unum, & de terra araturia jurnales ſex dono ad jam præfatum martyrem Chriſti, ſanctum N. Siquis autem, ego ipſe, aut ullus de heredibus meis, hanc donationem meam infringere vel immutare voluerit, tunc inferat una cum agente fiſco auri dimidiam libram, argenti pondera duo, multam ſuſtineat, & quod repetit, evendicare non valeat; ſed præſens donatio iſta omni tempore firma

Nn 2 &

(a) Traditionum harum fere omnium chartæ notam chronologicam, præter diem & menſem, vix aliam habent, quam annos regnantis, ſub quo ſcriptæ ſunt, principis, Pipini maxime, Caroli M. ac Ludovici Pii. Annos Chriſti nati, æram noſtram vulgarem, addere quisque facillime poteſt, qui Pipinum an. 752, Carolum M. menſe Sept. 768, Ludovicum Pium menſe Jan. 814 regnare cœpiſſe non ignorat, & ſic porro. Annos Pipini ab a. 752 Laurishamenſes noſtros numeraſſe, non, quod hinc inde factum, repetiiſſe altius, vel id nobis perſuadet, quod in tanta traditionum ſub ipſo factarum copia nullam reperimus, quæ ſupra XVI regni ejus annos prodat. At decimo ſexto hoc, ultimo Pipini, & primo Caroli M. anno plurimas ſignatas eſſe, lector nobiſcum obſervabit.

& ſtabilis permaneat ſtipulatione ſubnixa, Actum in monaſterio *Laureſham* publice, & ſub die & tempore, quo ſupra. Signum HEIMERICI COMITIS, ſignum Gerwic, ſignum Dietto, ſignum Grantzo, ſignum Berthelmi, ſignum Geroldi, ſignum Lantboldi.

CLXVIII.

Donatio ejusdem, & filii ſui Ruotperti in Birſtatero marca anno II regni domini noſtri Karoli regis.

In Chriſti nomine; ego TURINEBERTUS, & filius meus RUOTPERTUS, donamus ad ſanctum Dei Nazarium martyrem, *& cetera uſque*: promptiſſima voluntate confirmamus, hoc eſt, in *pago Rinenſi*, in villa, quæ dicitur *Birſtat*, medietatem manſi unius pro anima Ruotperti, filii mei, a die præſente, ut habeatis jure tenendi, commutandi, vel quidquid exinde facere volueritis, liberam ac firmiſſimam poteſtatem. Si quis autem, ego ipſe vel filius meus R. *& reliqua, ut ſupra. Nomina teſtium ſupra ſcriptorum require.* Ego Samuel rogatus ſubſcripſi.

Donatio Deo ſacratæ Angilæ in Birſtat ſupra ſcripta eſt.

CLXIX.

Donatio Scoran in eadem villa anno III Karoli regis ſub Gundelando abbate.

Ego Scoran in Dei nomine dono pro anima Meginwardi, quem ſuus genitor Heribertus mihi tradidit, dono ad ſanctum Nazarium martyrem, qui requieſcit in corpore in *pago Rinenſi*, in monaſterio, quod vocatur *Laureſham*, ſuper fluvium *Wiſſcoz* ſitum, *& cetera ut ſupra uſque*: hoc eſt, rem meam in *Birſtat*, unam petiolam de prato, ex qua poſſunt colligi tres carradæ feni, ad integrum a die præſente de jure meo in jus &

 domi-

dominationem ſancti N. dono, trado atque transfundo, perpetualiter poſſidenda, *& reliqua uſque*: Actum eſt in mona-
3. Aug. ſterio *Laureſham* III nonas Auguſti. Signum Scoran, Meginwardi. Samuel ſubſcripſit.

CLXX.

Donatio Frumoldi in Birſtat anno X regni domini Karoli regis ſub Gundelando abbate.

In Chriſti nomine, ego Frumoldus pro Dei intuitu, vel pro animæ meæ remedio, ſeu pro æterna retributione per hanc cartulam donationis dono ad ſanctum Dei Nazarium, *& cetera uſque*: hoc eſt, rem meam in *pago Rinenſi*, in *Birſtat*, portionem meam de terra arabili, vel quidquid ibidem habere videor uſque in *Wiſſcoz*, a die præſente de jure meo in jus & dominationem ſancti N. dono, trado atque transfundo, *& reliqua, ut ſupra uſque*: tunc inferat ad ipſum locum ſanctum, vel ad agentes ipſius duplam peccuniam ſociante fiſco, auri uncias jj, argenti pondera jjjj multa ſuſtineat, *ceteraque uſque*:
11. Aug. Actum in monaſterio *Laureſham* III idus Auguſti. Signum Frumoldi, qui hanc donationem fecit & firmari rogavit, ſignum Grimoldi germani ejus, teſtis conſentientis & tradentis. Sig. Ripwini, Giſelhelmi, Herirat, Willonis. Ego Grimharius hanc donationem rogatus ſubſcripſi.

CLXXI.

Donatio Bernheri in Birſtat anno XIIII regni domini noſtri Karoli glorioſi regis, ſub Helmerico abbate.

Ego in dei nomine Bernherus dono ad ſanctum Dei Nazarium martyrem, qui requieſcit in corpore in *pago Rinenſi*, in monaſterio, quod vocatur *Laureſham*, *& reliqua, uſque*: rem meam, hoc eſt, medietatem unius manſi in *Birſtat*, a die præ-

præſente trado atque tranſfundo perpetualiter poſſidendum, *&*
cetera, uſque: actum in monaſterio *Lauresham* ſub die XII kalendas Februarii. Signum Bernheri, qui hanc donationem fecit. Autbertus ſubſcripſit. 21. Jan.

CLXXII.

Donatio Williharii ſacerdotis in Birſtat anno XXIII domini Karoli regni ejus, ſub abbate Richbodone.

In Chriſti nomine, ego Willaharius presbiter dono ad ſanctum Nazarium martyrem, *& reliqua uſque*: hoc eſt rem meam in *pago Rinenſi*, in *Birſtat*, duo mancipia his nominibus, Wiechram & Elihilt, cum duobus infantibus, & omnem laboratum eorum, ſimiliter & in *pago Spirenſi* unum manſum in villa *Bochingin* dono ad ſanctum Dei martyrem N. totum & ad integrum a die præſente & deinceps, *& cetera uſque*: actum in monaſterio *Lauresham* ſub die XVI kalendas Junii. 17. Maj.
Siguum Williharii presbiteri qui hanc donationem fecit, ſignum Herdrici, Bernhart. Ego Rudolphus hanc donationem rogatus ſubſcripſi.

CLXXIII.

Donatio Liebetagae in Birſtat anno XX regni domini noſtri, Karoli glorioſi imperatoris, ſub abbate Richbodone.

Ego in Dei nomine Liebetaga dono ad ſanctum martyrem Chriſti N. qui requieſcit in corpore in *pago Rinenſi*, in monaſterio, quod vocatur *Lauresham*, *& reliqua*, *uſque*: rem meam, hoc eſt, quidquid in *Birſtettero* marca habere viſa fui, tam manſis, campis, pratis, paſcuis, perviis, omnia & ex omnibus; ſimiliter & in *Wizillai*, quidquid mater mea mihi ibi dereliquit, tam manſis, campis, pratis, paſcuis, ſilvis, perviis, omnia & ex omnibus, de jure meo in jus & dominationem ſancti N. trado, atque transfundo perpetualiter ad poſſiden-

ſidendum ita, ut ab hac die & deinceps ad ipſum ſanctum locum proficiat in augmentum, ſtipulatione ſubnixa. Actum
23. Jul. in monaſterio *Laureſham* ſub die X kalendas Auguſti. Signum Liebetagæ, quæ hanc donationem fecit, & firmari rogavit, ſignum Grimoldi. Ego Reginbertus rogatus ſubſcripſi.

CLXXIV.

Item donatio Bernheri in Birſtat ſecunda vice facta, anno XXIIII regni domini noſtri Karoli regis, ſub abbate Richbodone.

In Chriſti nomine, ego Bernheri pro remedio animæ meæ dono ad ſanctum Nazarium martyrem Chriſti, qui requieſcit in corpore in *pago Rinenſi*, in monaſterio, quod vocatur *Laureſham, & reliqua*, hoc eſt, rem meam in *Birſtat*, quidquid ibidem viſus ſum habere, tam manſis, campis, pratis, paſcuis, perviis, ſilvis, aquis, aquarumve decurſibus, totum & ad integrum a die præſente trado, atque transfundo in dominium ſancti N. ita, ut ab hac die & deinceps ad ipſum locum ſanctum proficiat in augmentum, & hæc donatio omni tempore firma & ſtabilis permaneat ſtipulatione ſubnixa. Actum in mona-
23. Jul. ſterio Laureſham ſub die X kalendas Auguſti. Signum Bernheri, Megeheri. Ego Gundolfus rogatus ſubſcripſi.

CLXXV.

Donatio Meginheri & conjugis ejus Eugeniae in Birſtat, anno XXIIII regni domini noſtri, Karoli regis, Richbodone abbate.

Nos in Dei nomine Meginheri & conjux mea Eugenia donamus ad ſanctum dei martyrem N. qui requieſcit in corpore in *pago Rinenſi*, in monaſterio, quod vocatur *Laureſham*, *& reliqua usque*: rem meam in *Birſtat*, hoc eſt, unum jurnalem,

lem, & unam petiolam de prato ad unam carradam feni, a die præſente tradimus, atque transfundimus perpetualiter ad poſſidendum, ita, ut ab hac die & deinceps ipſius loci proficiat in augmentum ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio *Lauresham* ſub die XV kalendas Julii. Signum Meginheri & Eugeniæ conjugis ejus, qui hanc donationem fecerunt. Ego Reginbertus ſubſcripſi. 17. Jun.

CLXXVI.

Donatio Eigilolfi in Birſtat, anno X Ludovici imperatoris regni ejus, Adalungo abbate.

Ego in Dei nomine Eigilolfus dono ad ſanctum Nazarium Chriſti martyrem, qui requieſcit in corpore in *pago Rinenſi*, in monaſterio, quod vocatur *Laureshaem, & cetera, usque* rem meam in *Birſtat*, quidquid ibidem habeo proprietatis & mihi mater mea cum reliquis filiis illius in eadem marca hereditavit, id eſt, tertiam partem unius manſi, & xjj jurnales de terra araturia, & de pratis ad vjjjj carradas feni, unde accepi in eodem die a rebus ſancti Nazarii v libras argenti, & ipſam rem tradidi in præſenti de jure meo in jus & dominium præfati martyris N. ita, ut ab hac die habeatis poteſtatem, & hæc donatio omni tempore firma & ſtabilis permaneat ſtipulatione ſubnixa. Actum in *Birſtat* ſub die XVI kalendas Septemb. Signum Eigilolfi, qui hanc donationem fecit, ſignum Luitbrandi, Ratpodonis, Willonis, Rihrammi, Engilrammi, Wigehram, Hutpaldi, Gerberti, Adalhardi, Sigulfi, Sigolfi, Bernhardi, Theodonis. Aldwinus ſubſcripſit. 17. Aug.

CLXXVII.

Donatio Geroldi in Birſtat.

Gerold tradidit ad ſanctum Nazarium, quidquid proprietatis habuit in *Birſtat* & in *Huſun*. Hujus rei teſtes ſunt, Rud-

mut, Dudo, Hochbrath, Erinfrit, Gumbald, Kunibertus, Ruodolt, Rutganc, Lolbreth, Reginbreth, & alii plures.

CLXXVIII.

Donatio domini Heinrici comitis de Babeſtat, quae facta eſt anno XIIII glorioſi domini noſtri Karoli regis, regni ejus.

Si aliquid de ſubſtantia ſua homo ad ſtipendium ſervorum Dei erogaverit, hoc procul dubio in æterna remuneratione profectuoſum ſibi fore cognoverit. Quam ob rem ego in Dei nomine HEINRICUS COMES pro remedio animæ meæ, ut in futuro judicio veniam conſequi, atque ut æternam requiem adipiſci merear, dono ad monaſterium ſancti Nazarii, cognominatum *Laureſham*, ſitum ſuper fluvium *Wiſſgoz*, ubi ipſe miraculorum ſignis rutilans requieſcit in corpore, vel ad illam ſanctam congregationem monachorum, quæ ibidem Deo ſervire videtur, & ubi vir venerabilis abbas Helmericus præeſſe conſpicitur, donatumque in perpetuum eſſe volo & promptisſima voluntate confirmo, hoc eſt, quidquid mihi parentes mei in *Rinahgowe* in villa vel in marca, quæ dicitur *Babeſtat*, morientes reliquerunt, & ego a ſororibus meis in parentiam hereditatem accepi, tam campis, manſis, pratis, paſcuis, perviis, ſilvis, aquis, aquarumque decurſibus, domibus, ædificiis, acolis, terra culta & inculta, omnia & ex omnibus totum & ad integrum a die præſente de jure meo in jus & dominationem ſancti N. trado, atque transfundo in Dei nomine perpetualiter ad poſſidendum, ita, ut ab hac die habeant jus habendi, tenendi, donandi, commuttandi, vel quidquid exinde facere voluerint, liberam, ac firmiſſimam in omnibus poteſtatem teneant. Si quis vero, quod futurum eſſe minime credo, ſi ego ipſe, aut ullus de heredibus meis vel proheredibus, ſeu quælibet ulla extranea perſona contra hanc donationem

tionem a me factam venire temptaverit, aut eam infringere, vel immutare voluerit, tunc inferat ad ipſum locum ſanctum, vel ad agentes ejus auri uncias duas, argenti pondera jjjj multa ſuſtineat, & quod repetit, evendicare non valeat, ſed præſens donatio omni tempore firma & ſtabilis permaneat, ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio *Laureſham*, perſcriptaque eſt, ſub die XII kalendas Februarii. Signum Heinrici comitis, qui hanc donationem fecit & firmari rogavit, ſignum Heiningi, Guntrami, Berethelmi. Samuel rogatus ſubſcripſit. 21. Jan.

Donationem domini Werinheri comitis de *Wathenheim* & *Zulliſthein* & *Bibiloz* require inter donationes domini Ludovici pii imperatoris (pag. 57.)

CLXXIX.

Donatio Nandolfi & conjugis ejus Geilae, quae facta eſt anno XXXVIII regni domini noſtri glorioſiſſimi Karoli imperatoris in Zulliſtein.

Ego in dei nomine Nandolf & conjux mea Geila pro remedio animæ noſtræ, ſeu pro æterna retributione pariter donamus ad ſanctum Nazarium martyrem Chriſti, qui requieſcit in corpore in monaſterio, quod vocatur *Laureſham*, *& cetera usque*: rem meam, hoc eſt in villa, quæ dicitur *Zulleſthein*, omnem rem proprietatis meæ vel noſtræ, nihil prætermittentes, quod non donemus, & mancipia xxjjj, quorum nomina ſunt hæc: Raddolf, Waltheri, Lantmar, Witrat, Wachero Hildibalt, Waltman, Welafrith, Adelhere, Rutmar, Rutbirn, Adelswint, Hugiswint, Stillerat, Meginrat, Ruthouhe, Guntheith, Rutwic, Ratbreth, Luitger, Otger, una cum peculiari eorum ad integrum, a die præſente, *& reliqua usque*: ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio *Laureſham* ſub die

18. Jul. XV kalendas Auguſti. Signum Nandolfi & conjugis ejus, qui hanc donationem fecerunt, ſig. Erpold, Walger, Friderich, Erlebath, Elbrich, Herrich, Walaman, Ekkthart, Giſelbreht, Heimrich, Brun, Nending, Hiltolf, Beringer, Reginolf, Giſelher.

Donatio Adelberonis epiſcopi Auguſtenſis de *Gernesheim* ſuperius ſcripta continetur (pag. 97.)

CLXXX.

Donatio Ichae de Rorheim, & aliis villis inſcriptis, anno XV regni domini noſtri Karoli regis, Helmerico abbate.

4. Nov. In Chriſti nomine ſub die pridie nonas Novemb. Ego Icha Deo ſacrata pro Dei intuitu, vel pro remedio animæ meæ, ſeu pro æterna retributione per hanc cartulam donationis dono ad ſanctum Dei Nazarium martyrem, qui requieſcit in corpore in pago Rinenſi, in monaſterio, quod vocatur Lauresham, *& cetera, ut ſupra, uſque ad*: rem meam in *pago Rinenſi*, in *Rorheim*, & in *Wormacinſe* in *Hamme* & in *Dinenheim* & in *Rudolfesheim* & in *Bermersheim* & in *Eithinun* & in *Alaesheim*, tam manſis, campis, pratis, paſcuis, perviis, ſilvis, vineis, domibus, ædificiis, mancipiis his nominibus, Ado & conjux ejus Irminbirg & infantes eorum, Ado, Walthere, & conjux ejus Dietbirg & infantes eorum, Wolffunt & Liubſwint & Eberhard, omnia & ex omnibus totum & ad integrum, quantumcunque in jam dictis locis vel marcis habere viſa fui, peculium utriusque ſexus, in majori vel minori, mobilibus & immobilibus a die præſente *& reliqua omnia, usque :* tunc inferat una cum cogente fiſco auri uncias jjj, argenti pondera vj ſolvat, *& caetera usque*: ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio *Lauresham.* Signum Ichæ Deo ſacratæ, quæ hanc donationem fecit, ſignum Gunthardi presbiteri Rechionis, Egisheri, Nortgeri. Ego Rudolfus ſubſcripſi.

CLXXXI.

CLXXXI.

Largitio Adonis in Elmersbach anno I domini Karoli regis Gundelando abbate.

Ego Ado in Chriſti nomine pro remedio animæ dulciſſimæ neptis meæ Oſannæ, dono ad ſanctum Dei Nazarium martyrem, qui requieſcit in corpore in monaſterio, quod appellatur Lauresham, ſitum ſuper fluvium Wiſſcoz, vel ad agentes illius & ſervos Dei, qui ibidem deſerviunt, ubi vir venerabilis Gundelandus abba præeſſe videtur, donatumque in perpetuum eſſe volo, & promtiſſima voluntate confirmo, hoc eſt, rem meam in *pago Rinenſi* in *Elimaresbach* jurnales jj de terra, de uno latere Angelheri, ad integrum a die præſente trado atque transfundo, ita, ut ab hac die & deinceps omni tempore proficiat in augmentum ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio *Lauresham* publice ſub die kalendas Sept. Signum Adonis, qui hanc donationem feci. Signum Stulore Samuel ſcripſit. 1. Sept.

CLXXXII.

Donatio dominae Eufeminae Deo ſacratae de Babeſtat juxta Bierſtat, anno VIII regni domini noſtri magni Karoli glorioſi imperatoris, Gundelando abbate.

Ego Eufemia licet indigno nomine Deo ſacrata, pro remedio animæ meæ ſeu pro æterna retributione per hanc kartulam donationis dono ad ſanctum Dei Nazarium martyrem, qui requieſcit in pago Rinenſi, in monaſterio, quod vocatur Lauresham, ſuper fluvium Wiſſcoz ſitum, vel ad ipſam ſanctam congregationem monachorum, quæ ibidem deſervire ſub venerabili Gundelando abbate videtur, donatumque in perpetuum eſſe volo, & promptiſſima voluntate confirmo, hoc eſt quidquid mihi parentes mei in *pago Rinenſi* in marca & in villa, quæ dicitur *Babeſtat*, morientes dereliquerunt, & ego in ipſa

villa legitime viſa ſum habere, tam manſis, campis, pratis, paſcuis, perviis, ſilvis, aquis, aquarumve decurſibus, terra culta & inculta, & mancipiis, id eſt, Teuthilt & Tzeila, cum infantibus eorum, domibus, ædificiis, omnia & ex omnibus, totum & ad integrum, quidquid in jam dicta villa de germano, ſororeque mea accepi, a die præſente de jure meo in jus & dominationem ſancti N. trado, atque transfundo in Dei nomine perpetualiter ad poſſidendum, *& reliqua omnia usque:* tunc inferat una cum cogente fiſco auri uncias jj, argenti pondera jjjj, & tamen ſic quod repetit *& cetera usque:* actum in monaſterio
1. Oct. *Laureſham* ſub die kalendas Octobr. Signum Euſemiæ, quæ hanc donationem fecit, ſignum Heimrici, germani ejus. Hornungus ſcripſit.

CLXXXIII.

Donatio Rudolfi in ſuperiore Rorheim anno XXIII regni domini noſtri Karoli magni glorioſi imperatoris.

Ego in Dei nomine Rudolf dono ad ſanctum Nazarium martyrem Chriſti, qui requieſcit in corpore in pago Rinenſi in monaſterio, quod vocatur Laureſham, *& reliqua ut ſupra usque:* rem meam, hoc eſt, in *Rorheim* unum manſum, cui ſubjungitur ex uno latere ratio ſancti Nazarii, de alio Erlolfi, de tertio Racholfi, a die præſente trado atque transfundo, ut deinceps eidem loco proficiat in augmentum ſtipul. ſubnixa.
18. Febr. Actum in monaſterio *Laureſham* ſub die XII kalendas Martii. Signum Rudolfi, qui hanc donationem fecit, ſignum Reginoldi, Bubonis, Engelmari, Herimundi. Ego Rudolfus recognovi & rogatus ſubſcripſi.

CLXXXIV.

Anno XV regni domini noſtri Karoli.

Ego Grimolt dono pro remedio animæ Rudolfi ad ſanctum Nazarium, qui requieſcit in monaſterio Laureſham, quid-

quid

quid idem Rudolfus habere viſus fuit, de medietate bonorum ſuorum, manſis, campis, pratis, paſcuis, perviis, ſilvis a die præſenti ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio *Laureſham* X kalend. Octobr. Signum Grimoldi. Regimbertus ſcripſit. 22. Sept.
Hæ res in *Rorheim* ſuperiore ſitæ ſunt.

CLXXXV.

Donatio Rathfridi & Adalgardae & Eoleob in Elimaresbach anno XLIII regni domini noſtri Karoli magni imperatoris, Adalungo abbate.

Nos in Dei nomine Rathfrid, & Adalgart, & Eoleob pro remedio animæ Biligardæ donamus ad ſanctum Nazarium martyrem Chriſti, qui requieſcit in corpore in monaſterio, quod vocatur Laureſham, in *pago Rinenſi*, in villa, quæ dicitur *Elimaresbach*, j manſum, & quidquid ad ipſum manſum pertinet, tradimus atque transfundimus in jus & dominium ſancti Nazarii, ita, ut ab hac die & deinceps, *usque*: Actum in monaſterio *Laureſheim* ſub die III idus Julii. Signum Rathfridi & Adalgardæ & Eoleob, qui hanc donationem fecerunt, ſig. Oſirich, Heiminingi, Otberti, Abbonis, Rathdolfi, Rabaningi, Herimari. Ego Altwinus hanc donationem rogatus ſubſcripſi. 13. Jul.

CLXXXVI.

Donatio Fricconis & Erberwin in eadem villa facta anno XXI regni domini noſtri Karoli magni glorioſi imperatoris, Richbodone abbate.

In Chriſti nomine nos Fricko & Eberwin pro anima Waldolfi, quod ille nobis tradidit, donamus ad ſanctum Nazarium martyrem, qui requieſcit in corpore in monaſterio, quod vocatur Laureſham, hoc eſt rem in *pago Rinenſi*, in villa, quæ dicitur *Elimaresbach*, & in *Locheim*, duas partes de omni alode

ſuo

ſuo in manſis, campis, pratis, paſcuis, perviis, ſilvis, inſulis, domibus, ædificiis, cum adjunctis adjacentiis, aquis, aquarumve decurſibus, & mancipiis jjjj, quorum iſta ſunt nomina, Berthram, Dietlint, Ruoduvin, Liubuvin, omnia & ex omnibus a die præſente, *& cetera usque*: cum cogente fiſco auri uncias jj, argenti pondera jjjj perſolvat, *ac deinde*

1. Dec. *usque*: Actum in monaſterio *Lauresham* ſub die kalendas Decembris. Signum Fricconis & Eberuvini, qui hanc donationem fecerunt, ſignum Liutgeri, Oſirici, Alberti, Hiltdiuvardi, Hadonis, Entzonis, Wenilonis, Albgeri. Ego Donadeus ſubſcripſi.

CLXXXVII.

Largitio Bernharii in Locheim facta anno III regni domini noſtri Karoli magni & beatiſſimi imperatoris Gundelando abbate.

In Chriſti nomine ego Bernharius pro remedio animæ meæ dono ad ſanctum Nazarium martyrem Chriſti, qui requieſcit in corpore in monaſterio, quod vocatur Lauresham, hoc eſt in *pago Rinenſi* & in villa, quæ dicitur *Locheim*, pratum j, unde colligi poſſunt tres caradæ feni, cui ſubjungitur de uno latere Hariradus, de alio Guntharius, de tertio Dunkradus, de quarta parte fluvius *Rhenus*, a die præſente trado atque transfundo, *usque*: ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio *Lauresheim*. Signum Bernheri, qui hanc donationem fecit. Ego Samuel rogatus ſcripſi.

CLXXXVIII.

Donatio Starchradi in Locheim anno XVII domini noſtri Karoli magni, regni ejus, Richbodone abbate.

In Chriſti nomine ego Starchradus pro anima germani mei Fercheri dono ad ſanctum Nazarium martyrem Chriſti, qui requi-

requieſcit in corpore in pago Rinenſi, in monaſterio, quod vocatur Laureshaim, ſuper fluvio Wiſſcoz ſitum, vel ad illam ſanctam congregationem monachorum, quæ ibidem ſub venerabili abbate Richbodone Deo videtur deſervire, donatumque in perpetuum eſſe volo, & promptiſſima voluntate confirmo, hoc eſt, in *Rinenſi* in *Locheim* jjj jurnales de terra arabili, & in *Wormat.* in *Obbenheim* j petiam de vinea, cui ſubjungitur Amanolf & Herirat, & in *Dinenheim* j petiam de vinea, cui ſubjunguntur res prediſtorum heredum a die præſente trado atque transfundo in Dei nomine perpetualiter ad poſſidendum, ita, ut ab hac die & deinceps ad ipſum locum ſanctum proficiat in augmentum, ſtipulat: ſubnixa. Actum in monaſterio *Laureſham* ſub die II non. Februarii. Signum Starchradi, qui hanc donationem fecit, ſignum Aldonis, Udalheri, Altperti, Altradi, Nantheri clerici. Ego Rudolfus recognovi & ſcripſi. 4. Febr.

CLXXXIX.

Donatio Udalgozzi de eadem villa anno XXII regni domini noſtri glorioſiſſimi imperatoris Karoli magni.

Ego in dei nomine Udalgoz dono pro remedio animæ fratris mei Waldonis ad ſanctum Nazarium martyrem Chriſti, *ut ſupra*, quidquid in *Locheim* habere viſus ſum, pratis, paſcuis, a die præſente trado atque transfundo perpetualiter ad poſſidendum, ita ut ab hac die & deinceps ipſi ſancto loco proficiat in augmentum, ſtipulat: ſubnixa. Actum in monaſterio *Laureſham* ſub die kalendas Maji. Signum Udalgozi, qui hanc donationem fecit. Ego Ruodolfus ſcripſi. 1. Maj.

CLXXXX.

Donatio Wigberti & conjugis ejus Godehildis in Loheim anno XXIII regni domini noſtri Karoli magni glorioſiſſimi imperatoris, Richpodone abbate.

In Chriſti nomine ego Wigbertus & conjux mea Godehild donamus ad ſanctum Dei Nazarium martyrem, qui requieſcit in corpore, in monaſterio, quod vocatur Lauresham, in villa, quæ dicitur *Locheim*, manſum unum de uno latere Brunichonis, de alio Herirat, & jjj jurnales de terra a die præſente tradimus atque transfundimus in Dei nomine perpetualiter ad poſſidendum, ita, ut ab hac die & deinceps, *usque*: ſub die IIII
10. Nov. idus Novemb. Signum Wigberti & Godehildis, qui hanc donationem fecerunt. Ego Ruodolfus recognovi & ſcripſi.

CLXXXXI.

Donatio Brunichonis, Emichonis & Heriberti in eadem villa anno XXIIII regni domini noſtri Karoli magni imperatoris, Richbodone abbate.

Nos in Dei nomine Brunicho, Emicho & Heribertus donamus ad ſanctum Nazarium martyrem Chriſti, qui requieſcit in corpore in monaſterio Lauresham, rem noſtram in *pago Rinenſi*, hoc eſt, in *ſuperiori Locheim* unum manſum & x jurnales de terra araturia, pro anima Odradanæ tradimus, atque transfundimus in Dei nomine perpetualiter ad poſſidendum
8. Maj. ab hac die, & deinceps, *usque*: ſub die VIII idus Maji. Signum Brunichonis, Emichonis & Heriberti. Ego Reginbertus ſcripſi.

CLXXXXII.

CLXXXXII.

Donatio Buradae Deo ſacratae in Locheim ſuperiore anno XXV regni domini noſtri Karoli magni imperatoris, Richbodone abbate.

In Chriſti nomine, ego Burath Deo ſacrata dono pro remedio animæ meæ, & pro anima germani mei Raathardi, ad ſanctum Dei Nazarium martyrem, qui requieſcit in corpore in monaſterio, quod vocatur Lauresham, in *pago Rinenſi*, in *Locheim* manſum j & quidquid ad ipſum manſum aſpicit, terris, pratis, campis, paſcuis, perviis, ſilvis, aquis, aquarumve decurſibus, & mancipia duo, his nominibus, Gunduvin & uxor ejus Gebehilt, & frater ejus Eberhart, una cum peculiari eorum, & quidquid in eadem marca habere viſa fui, ad integrum, a die præſente de jure meo in jus & dominium ſancti Nazarii trado atque transfundo in Dei nomine perpetualiter ad poſſidendum, *& reliqua omnia ut ſupra usque*: tunc una cum cogente fiſco partibus ſancti Nazarii auri uncias duas & argenti pondera jjjj perſolvat, *& cetera usque:* Actum in monaſterio *Lauresham* ſub die XV kalendas Maji. Signum Burat, quæ hanc donationem fecit, ſignum Luitgeri, Regihhardi, Wigchrammi, Rutgozonis. Ego Samuel presbiter & monachus rogatus ſcripſi. 17. Apr.

CLXXXXIII.

Donatio Bernheri in Locheim facta anno XXXI regni domini noſtri Karoli magni beatiſſimi imperatoris, Richbodone abbate.

Ego in Dei nomine Bernherus pro remedio animæ meæ dono ad ſanctum N. martyrem Chriſti, qui requieſcit in corpore in monaſterio, quod vocatur Lauresham, rem meam in *pago Rinenſi* in *Locheim* duas partes de uno manſo, & de terra ara-

turia & pratum, & quidquid in ipſa marca habere viſus fui, de univerſis jj partes, omnia & ex omnibus, a die præſente trado atque transfundo in dominium ſancti N. ita, ut ab hac die & deinceps ad ipſum ſanctum Locum proficiat in augmentum, ſtipulat: ſubnixa. Actum in monaſterio *Laureshaim*
6. Jun. ſub die VIII idus Junii. Signum Bernheri, qui hanc donationem fecit & firmari rogavit, ſignum *Widegowi*, *filii* WARINI COMITIS, ſignum Hugimundi clerici, Adalberti, Subarenzionis, Hartwigi, Waltharii, Udalheri, Erlolfi, Frumoldi.

CLXXXXIV.

Donatio Erlindis & Richlindis in Gemminesheim tempore Pipini regis, & Gundelandi abbatis.

Regnante domino noſtro Pipino glorioſiſſimo rege, nos pariter Erlint & Richlint donamus in Chriſti nomine ad ſanctum N. martyrem, qui requieſcit in corpore in monaſterio, quod vocatur Laureſham, ſitum ſuper fluvium Wiſſcoz, vel ad illam ſanctam congregationem monachorum, quæ ibidem ſub venerabili abbate Gundelando Deo deſervire videtur, donatumque in perpetuum eſſe volumus, & promptiſſima voluntate confirmamus, hoc eſt, rem noſtram in *pago Rinenſi*, in *Gemminesheim*, prati jurnales vjjj, totum & ad integrum a die præſente de jure noſtro in jus & dominationem ſancti N. tradimus atque transfundimus perpetualiter ad poſſidendum, *& cetera omnia ut ſupra usque:* tunc cum cogente fiſco auri den. x, argenti pondus j perſolvat, *& reliqua usque*: Actum in mo-
26. Jun. naſterio *Laureſham* ſub die VI kalendas Julii. Signum Erlint & Richlindis, quæ hanc donationem fecerunt. Ego Harilandus ſcripſi.

CLXXXXV.

CLXXXXV.

Donatio Weningi in Gemminesheim facta anno XVI regni Pipini regis, ſub Gundelando abbate.

In Chriſti nomine, ego Waningus pro Dei intuitu & animæ meæ remedio, ſeu pro æterna retributione dono ad ſanctum N. martyrem, qui requieſcit in corpore in monaſterio, quod vocatur Lauresham, *& cetera usque*: rem meam in *pago Rinenſi*, in *Gemminesheim*, unum pratum, ex quo colligi poſſunt ſex caradæ feni, cui ſubjungitur de j latere res Phumani, de alio Chrodingi, germani mei, de tertia fronte ratio ſancti N. ad integrum a die præſente, *usque*: tunc cum cogente fiſco auri dimidiam libram, argenti libram j perſolvat, *& reliqua usque:* Actum in monaſterio *Laureshaim* ſub die XI kalendas Maji. Signum Waningi, qui hanc donationem fecit. Ego Samuel ſcripſi. 21. Apr.

CLXXXXVI.

Donatio Ruodingi in eadem villa anno II regni domini noſtri Karoli magni imperatoris, Gundelando abbate.

In Chriſti nomine, ego Rudingus pro remedio animæ meæ dono ad ſanctum Dei N. martyrem, qui requieſcit in corpore in monaſterio Lauresham, unum pratum in *Gemmineshaim* ad integrum a die præſente trado, atque transfundo, ita ut ab hac die & deinceps ad ipſum locum proficiat in augmentum vel ad agentes ipſius, omni tempore ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio *Laureſham* ſub die kalendas Auguſti. Signum Ruodingi, qui hanc donationem fecit & firmari rogavit. 1. Aug.

CLXXXXVII.

Luitfridus vendidit domino Gundelando abbati pratum in eadem villa. Gundelandus etiam venerabilis abbas emit in eadem villa, ſcilicet *Gemminisheim*, unum pratum a quodam Liutfrido, quod habet in longitudine LXVjjjj perticas, & in latitudine vjj, & ipſum pratum adjacet in uno latere prato Friduwini, unde prædictus Liutfridus accepit a domino Gun. abbate in taxationem duos ſolidos, & quod pluris erat precii ſancto N. donavit pro remedio animæ ſuæ. Si quis contra hanc venditionem vel donationem, legitime ab utroque factam, venire temptaverit, ſociante fiſco auri den. jjjj, argenti dimidam libram perſolvat, & quod repetit, evendicare non valeat, ſed præſens venditio firma & ſtabilis permaneat. Actum in monaſterio
18. Jun. *Laureſham* ſub die XIIII kalendas Julii, regnante glorioſiſſimo rege Pippino.

CLXXXXVIII.

Donatio Udae Deo ſacratae in Tornheim facta anno XI domini noſtri magni Karoli imperatoris, Helmerico abbate.

In Chriſti nomine, ego Uda Deo ſacrata pro remedio animæ meæ ſeu pro æterna retributione, ut veniam merear de peccatis meis adipiſci, per hanc cartulam donationis dono ad ſanctum Nazarium martyrem, qui requieſcit in corpore in pago Rinenſi, in monaſterio, quod vocatur Laureſham, ſitum ſuper fluvium Wiſſcoz, hoc eſt, rem meam in pago *Rinahgowe*, in locis nuncupatis *Thornheim* & *Elimaresbach* & *Erifeldon*, quidquid in iſtis locis de parte genitoris mei Theutacar, & genitricis meæ Freiheidæ legibus obvenit, nec non & quid mihi ſoror mea Folcheith pro anima illius ut traderem delegavit, ad integrum pro omnium noſtrorum ſalute tam manſis, campis, terris, pratis, paſcuis, perviis, ſilvis, domibus, ædificiis,

ciis, vel quidquid per legem habeo, trado atque transfundo. Similiter & in *Lobodingowe*, in *Scrizzesheim* & in *Sahſenheim* vineis quantumcunque in ipſis locis habere viſa ſum, vel per legem habere debeo, domibus, ædificiis, totum trado. Similiter & in *Wormacinſe* in *Dalaheim* & in *Dinenheim* & in *Oppenheim*, manſis, terris, campis, pratis, paſcuis, perviis, ſilvis, vineis, domibus, ædificiis, cum adjunctis adjacentiis, aquis, aquarumve decurſibus, omnia & ex omnibus, nec non & mancipia xxx his nominibus: Waltdolf, Wolfmunt, Bertlint, Ertman, Atto, Ratfrid, Godelint, Liuzela cum infantibus ſuis jj, Anſtraad, Sindicho, Madelint, Altlint, Heidolf, Neriolf, Godlint & frater ejus Liubbrath, Wela, Egilolf, Uuolkendrut, Waacheri cum uxore ſua Ingina, & filio ſuo Jagbolf, Mutheri, Wolfswint, Guthere, in totum xxx, hæc omnia ſuperius comprehenſa in quibuslibet locis, ubicunque mea videtur eſſe poſſeſſio, vel per legem mihi attingere debet, excepta hoba j, quam Madalheit habere videtur, & quidquid ad ipſam hobam aſpicit aliud, totum & ad integrum, ſicut jam diximus, de jure meo in jus & dominationem ſancti N. trado atque transfundo, *& cetera omnia ut ſupra, usque:* ad multam ſuſtinendam, pro qua cum cogente fiſco inferat ad agentes ipſius loci ſancti duplum peccuniam, hoc eſt, auri ſolidos jjjj, argenti pondera jj, *& reliqua usque:* Actum in monaſterio *Laureſham* ſub die II kalendas Julii. Signum Udæ, quæ hanc donationem fecit, ſignum Germoni, Orendili, Adalberti, Hugberti Erbuwundi, Hattonis comit. Rutwini & aliorum. 30. Jun.

CLXXXXIX.

Donatio domini Engilhelmi, & Modae in Thornheim anno VIIII regni Ludevici glorioſiſſimi imperatoris, Adelungo abbate.

Si aliquid ad loca ſanctorum vel in ſubſtantiam pauperum conferimus, hoc nobis procul dubio in æterna beatitudine retribu-

tribuere confidimus. Idcirco nos in Dei nomine Engelhelm & Mota conjux mea pro remedio animarum noſtrarum ſeu pro æterna retributione, ut nobis pius Dominus peccata noſtra dimittere dignetur in futuro, donamus pariter ad ſanctum N. martyrem, qui requieſcit in pago Rinenſi, in monaſterio, quod vocatur Laureſham, res noſtras in villa, quæ dicitur *Thornheim*, unum manſum indominicatum cum caſa optima & aliis ædificiis ſuper impoſitis, cui adjungitur ex uno latere res ſancti Bonifacii, de alio ſancti Petri, de tertia parte via publica, & alios manſos ſerviles jjj, & terram arabilem, & prata, quæ ad ipſos manſos pertinere videntur, & in eadem marcha biſangos jjj, vel quidquid habemus proprietatis in villa ſupradicta, quod in præſenti tempore noſtræ poteſtatis eſſe cognoſcitur, tam manſis, terris, paſcuis, pratis, perviis, ſilvis, domibus, ædificiis, mancipiis, his nominibus: Othger, Erlegoz, Rutleich, Albtrud, Rutganc, Hejo, Zeizman, Engilrat, Rutbirg, Odalrat, Zeizlint, Willa, Wiecrat, Willihilt, Oda, Solburg, Wenida, Strada, Odilolf, Liudan, Rutfrid, Adalfrid, Othger, Ruthart, Giſelmar, Adalman, Dietbirg, Liubbirg, Megindrith, Suongart, Iſindrut, Dietrat, Guda, Lantſwint, Seola, Sehſin, Witda, Zuiſo, Drebi, exceptis duobus mancipiis, Rethwin & Nogo. *De mobilibus invenies ſupra ſcriptum infra donationem Werinheri comitis, quae uno tenore donationum continentur, usque ad hoc.* Signum Engilhelmi & conjugis ejus Motæ, qui hanc donationem fecerunt, ſignum Herimanni, Atluvini, Gerhardi, Engilrammi, Egilheri, ſignum Gerharti, Wicramani, Hugbaldi, Waltperti, Willonis, Liutwardi, ſignum Luitbrandi, Einhardi, Lipoldi, Witpoldi, Hadomari, Wolfgeri.

CC.

CC,

Donatio Dodonis in Leheim facta anno XV regni Pippini regis, Gundelando abbate.

Ego in Dei nomine Dodo recogitans de peccatis meis, & audiens illud præconium Domini dicentis: date elemoſinam & ecce omnia munda ſunt vobis, idcirco pro Dei intuitu, vel pro animæ meæ remedio, ſeu pro æterna retributione per hanc kartulam donationis ſive teſtamenti dono ad ſacratiſſimum Dei martyrem Nazarium, qui requieſcit in corpore in pago Rinenſi in monaſterio, quod vocatur Lauresham, rem meam in loco *Leheim* nuncupato, tam terris, manſis, campis, pratis, paſcuis, perviis, ſilvis, aquis, aquarumve decurſibus, & quantumcunque in ipſa marcha habere videor, totum & ad integrum a die præſente de jure meo in jus & dominium ſancti N. trado atque transfundo, *& cetera omnia, usque:* auri libram j, argenti pondera jj, &c: Actum in monaſterio *Lauresham* ſub die VIII kalendas Maji. Signum Dodonis, qui hanc dona- 24. Apr.
tionem fecit & firmari rogavit. Ego Samuel rogatus ſcripſi.

CCI.

Donatio Ludewici in Leheim anno VI regni domini noſtri Karoli magni imperatoris, Gundelando abbate.

In Chriſti nomine ego Ludewicus pro remedio animæ Folmudæ dono ad ſanctum Nazarium martyrem, qui requieſcit in corpore in monaſterio, quod vocatur Lauresham, rem meam in *pago Rinenſi*, hoc eſt, in *Leheim* jurnales jj de terra araturia, & de prato, unde poſſunt colligi duæ carradæ feni, a die præſente trado atque transfundo in Dei nomine perpetualiter ad poſſidendum. Actum in monaſterio *Lauresham* ſub die III kalendas Junii. Signum Ludewici, qui hanc donationem 30. Maj.
fecit. Ego Samuel rogatus ſcripſi.

CCII.

Donatio Reginhelmi & Eginonis, Helphrici & Iſingart in Leheim anno VIIII regni domini noſtri Karoli magni glorioſiſſimi imperatoris, Gundelando abbate.

Nos in Chriſti nomine Reginhelmus, Egino, Helphricus & Iſingart, & Heriloch pariter donamus pro animabus horum, quorum nomina iſta ſunt: Frudold, Amalger, Rutile, Gerſuvind, Fricko ad ſanctum Dei Nazar. martyrem, qui requieſcit in corpore in pago Rinenſi, in monaſterio, quod vocatur Lauresham, hoc eſt, rem noſtram in villa, quæ dicitur *Leheim*, vjjjj jurnales de terra araturia & j manſum & omnia, quæ ad ipſum manſum aſpicere videntur, tam manſis, campis, pratis, paſcuis, perviis, ſilvis, aquis, aquarumve decurſibus, omnia & ex omnibus, totum & ad integrum a die præſente tradimus atque transfundimus, ita ut ab hac die, & deinceps ad ipſum ſanctum locum, vel ad agentes ipſius omni tempore proficiat in augmentum ſtipulatione ſubnixa. Signum Reginhelmi, qui hanc donationem fecit. Actum in
12. Jun. monaſterio *Lauresham* ſub die II idus Junii, ſignum Eginonis, Helphrici, Iſingardæ, Herilogæ. Ego Grimmarius rogatus ſcripſi hanc donationem.

CCIII.

Donatio Willonis in Leheim anno XXVI regni domini noſtri Karoli magni glorioſſimi imperatoris, Richbodone abbate.

In Dei nomine ego Willo pro remedio animæ meæ dono ad ſanctum Nazarium martyrem Chriſti, qui requieſcit in corpore in monaſterio, quod vocatur Lauresham, in *pago Rinenſi*, in *Leheimero* marca j manſum & de terra arabili vjjj jurnales, & de ſilva, ſicut ad ipſum manſum pertinere debet, hæc omnia a die præſente, *& reliqua omnia ut ſupra, usque:* Actum in

in monaſterio *Laureſham* ſub die II idus Junii. Signum Willonis, qui hanc donationem fecit, ſignum Handolfi, Dieto, Wilibaldi, Lantbodonis, Hungaſti, Wolfgeri, Wolfuvini. 12. Jun.

CCIV.

Donatio Gunthelmi in Leheim & in Dulgesheim anno XXXIII regni domini noſtri magni Karoli imperatoris, Richbodone abbate.

Ego in Dei nomine Fricko pro remedio animæ Gunthelmi, quod ipſe mihi tradidit, dono ad ſanctum Nazarium martyrem Chriſti, qui requieſcit in corpore in monaſterio, quod vocatur Laureſham, hoc eſt, rem meam in *pago Rinenſi*, in villa *Leheim*, x jurnales de terra arabili & pratum ad xjj carradas feni, & ego Fricko pro remedio animæ meæ dono j jurnalem in *Worm.* in *Dulgesheim* a die præſente trado atque transfundo, *& cetera usque*: Actum eſt in monaſterio *Laureſham* ſub die III non Maji. Signum Frickonis, qui fecit hanc donationem, ſignum Machelm, Bertheri, Berthelmi, Gerhelmi. Ego Reginbertus ſcripſi hanc donationem rogatus. 5. Maj.

CCV

Donatio Autfridi & Rodbirn in Erifeld anno XI regni domini noſtri Karoli magni, Helmerico abbate.

In Chriſti nomine ego Autfrid & conjux mea Roudbirn donamus pariter ad ſanctum N. martyrem Dei, qui requiescit in monaſterio, quod vocatur Laureſham, in pago Rinenſi, hoc eſt in villa, quæ dicitur *Erifeldun*, quidquid ibidem habere viſi fuimus, tam manſis, terris, campis, pratis, paſcuis, perviis, ſilvis, domibus, ædificiis, aquis, aquarumve decurſibus, totum & ad integrum, omnia & ex omnibus a die præſente trado & transfundo, *& cetera usque*: cum cogente fiſco

auri ſolidos jjj, argenti pondera jj perſolvat, &c: Actum in mo-
30. Jun. naſterio *Lauresham* ſub die II kalendas Julii. Signum Autfridi & conjugis ejus Ruotbirnæ, qui hanc donationem fecerunt.

CCVI.

Donatio Birichonis & Birnichonis in Erifeldun anno XIIII regni domini noſtri Karoli magni glorioſi regis Helmerico abbate.

Nos in Dei nomine Biricho & Birnicho pro anima Racholdi donamus ad ſanctum martyrem N. qui requieſcit in corpore in monaſterio Lauresham, in *pago Rinenſi* in *Erifeld* jjjj jurnales de terra arabili, quos nobis ipſe Racholdus manu proteſtativa tradidit, a die præſente *usque:* Actum in mona-
17. Febr. ſterio *Lauresham* die XIII kalendas Martii. Signum Biricho & Birnichonis, qui hanc donationem fecerunt. Ego Donadeus ſcripſi.

CCVII.

Donatio Burcmanni & conjugis ejus Waltdradae in Eriſeldun anno XXIII regni domini noſtri Karoli magni imperatoris glorioſiſſimi, Richbodone abbate.

Ego in Dei nomine Burcman & conjux mea Waltdrad pariter donatores per hanc kartulam donationis donamus ad ſanctum Dei N. martyrem, qui requieſcit in corpore in pago Rinenſi, in monaſterio, quod vocatur Laureſham, ſuper fluvium Wiſſcoz, vel ad illam ſanctam congregationem monachorum, quæ ibidem ſub venerabili viro Richbodone abbate deſervire Deo videtur, donatumque in perpetuum eſſe volumus, & promptiſſima voluntate confirmamus, hoc eſt, rem noſtram in *pago Rinenſi* in *Erinfelder* marca j manſum, de uno latere Birichonis, & de alio Richionis, & xjj jurnales de terra araturia & pratum ad x carradas feni, & quidquid in ipſa

marca

marca habere viſi ſumus, tam manſis, campis, pratis, paſcuis, perviis, ſilvis, aquis, aquarumve decurſibus, a die præſente de jure meo in jus & dominationem ſancti N. tradimus atque transfundimus, in Dei nomine perpetualiter ad poſſidendum, ita ut ab hac die & deinceps ad ipſum ſanctum locum proficiat in augmentum, ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio *Lauresham* ſub die V kalendas Junii. Signum Burcmani & conjugis ejus Waltdradæ, qui hanc donationem fecerunt, ſignum Giſelberti, Arnuwini, Ruotmundi, Alberti, Richoldi, Guotheri. Ego Reginbertus rogatus ſcripſi. 28. Maj.

CCVIII.

Donatio Liutburgae Deo ſacratae in eadem villa anno XXXIII domini noſtri Karoli magni, Richbodone abbate.

Ego in Dei nomine Liutburg Deo ſacrata pro remedio animæ meæ dono ad ſanctum N. martyrem rem meam in *pago Rinenſi* in *Erifeld* viii jurnales de terra araturia & in iiii locis prata, a die præſente de jure meo in jus & dominium ſancti N. trado atque transfundo, ita ut ab hac die & deinceps ipſi ſancto loco proficiat in augmentum ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio *Lauresham* ſub die VII idus Aprilis. Signum Liutburgæ, quæ hanc donationem fecit, ſignum Eburini, Reginhelmi, Rechionis, Hawin Altuwin, Batucho, Gericho, Irlicho, Hauvin, Colobooz, Ortwini, Benonis. Ego Reginbertus rogatus ſcripſi. 7. Apr.

CCIX.

Donatio ſubſcriptorum.

Eodem tempore, anno & die, ſub iisdem principibus & teſtibus, nos Liutburg & Williburg & Unwang donamus ad ſan-

ſanctum Dei martyrem N. pro anima Friduchonis, in *pago Rinenſi* in *Eriſeld* vj jurnales, & prata in jjjj locis, & vineam j in *Dinenheim*, & medietatem de omnibus rebus, quas Friducho viſus fuit habere, a die præſente tradimus atque transfundimus in Dei nomine perpetualiter ad poſſidendum. Actum in monaſterio Lauresham.

CCX.

Donatio Rantwigi in Herulfesheim anno XII regni domini noſtri Karoli magni, Gundelando abbate.

7. Nov. In Chriſti nomine ſub die VII idus Novemb. Ego Rantwinc dono in elemoſinam Berengrimi, quod ipſe mihi tradidit, ad ſanctum N. martyrem qui requieſcit in corpore in monaſterio, quod vocatur Lauresham, in *pago Rinenſi*, hoc eſt, quidquid prædictus Berngrim habere viſus fuit in *Herulfesheim*, tam manſis, campis, terris, pratis, paſcuis, perviis, ſilvis, vineis, domibus, ædificiis, accolis, accolabus, mancipiis, omnia & ex omnibus, totum & ad integrum a die præſente trado atque transfundo in Dei nomine perpetualiter ad poſſidendum, *& reliqua usque*: auri uncias jj, argenti pondera jjjj ad partem ipſius loci perſolvat. Actum in monaſterio Lauresham. Signum Rantwigi, qui hanc donationem fecit. Samuel ſcripſit.

CCXI.

Donatio Hugimundi in Herulfesheim anno XXXI domini noſtri Karoli magni, Richbodone abbate.

13. Mart. In Chriſti nomine ſub die III idus Martii, ego Hugimundus pro remedio animæ meæ dono ad ſanctum Nazarium martyrem Dei, qui requieſcit in corpore in pago Rinenſi, in monaſterio, quod vocatur Lauresham, hoc eſt, rem meam in *Herulfesheim* & in *Leheim* jjj manſos & LX jurnal. de terra araturia,

turia, & quidquid ibidem habere viſus ſum, campis, pratis, paſcuis, perviis, ſilvis, aquis, aquarumve decurſibus, omnia & ex omnibus, & mancipiis his nominibus, Gerlach, & conjux ejus Reginhilt, & infantes eorum v, Wolf, Ruthilt, Gerdrud, Mimihilt, & infantem j, Theodolf, Gerſunint & infantes eorum jjj, Atta & tres infantes, & quidquid in ſupellectili habere videntur, exceptis tribus manſis, aliud totum & ad integrum, tam majora quam minora, mobilibus quam immobilibus, a die præſente de jure meo in jus & dominationem ſancti N. trado atque transfundo, *& reliqua usque:* Actum in monaſterio *Lauresham*, tempore quo ſupra. Signum Hugimundi clerici, qui hanc donationem fecit, ſignum Frickonis, Rudingi, Filwola, Salemanni, Gerwini, Udilhelmi, Adolonis, Willonis, Bernheri, Thindonis. Ego Reginbertus ſcripſi.

CCXII.

Donatio Adelradi Engilboldi & Eberhildis in Oncular anno XIIII domini noſtri Karoli magni imperatoris glorioſiſſimi, Helmerico abbate.

In Dei nomine nos Adelradus, Engilbaldns & Eberhildis donamus ad ſanctum N. martyrem, qui requieſcit in corpore in pago Rinenſi, in monaſterio, quod vocatur Lauresham, in villa, quæ dicitur *Oncular*, jj jugera de terra araturia, cui ſubjungitur de uno latere fiſcus regis, a die præſente trado atque transfundo, *usque:* multam ſuſtineat auri uncias jj, argenti pondera tria, *& usque:* Actum in monaſterio *Lauresham* ſub die XV kalendas Februar. Signum Adelradi, Engilbaldi, 18. Jan.
Eberhildis, qui hanc donationem fecerunt, ſignum Frowiberti, ſignum Luttfridi, Rudolfi, Engilrammi, Reginoldi, Sparulfi, Folcholdi.

CCXIII.

CCXIII.

Donatio Mannelini presbiteri in Bibiloz inferiori.

In Chriſti nomine ego Mannelinus presbiter pro remedio animæ meæ dono ad ſanctum Dei Nazarium martyrem jjj curtes, & duas hubas ſitas in *Bibiloz* juxta *Otterdſtat* a die præſente trado atque transfundo de jure meo in jus & dominium ſancti N. perpetualiter poſſidendas. Hujus donationis teſtes ſunt Arnold, Heribertus, Waltcunus, Hiltigoz, Wuzelin.

CCXIV.

Donatio Werinheri in Phungeſtatt anno XVII regni domini noſtri Karoli magni imperatoris, Richbodone abbate.

In Chriſti nomine ego Werinherius pro remedio animæ meæ ſeu pro æterna retributione per hanc kartulam donationis dono ad ſanctum Dei Nazarium martyrem, qui requieſcit in corpore in pago Rinenſi, in monaſterio, quod vocatur Laureſham ſuper fluvium Wiſſcoz ſitum, vel ad illam ſanctam congregationem monachorum, quæ ibidem ſub venerabili viro Richbodone abbate Deo ſervire videtur, donatumque in perpetuum eſſe volo & promptiſſima voluntate confirmo, hoc eſt, rem meam in pago Rinenſi in *Phungeſtat* viii manſos & hobas ad ipſos pertinentes, Frumoldeshubam & manſum, Eolfeshubam & manſum, Ecchereshubam & manſum, Udenhubam & manſum, Dietleiheshubam & manſum, Winnimanneshubam & manſum, Frickolueshubam & manſum, & tria molina, & duo loca ad molina facienda, & *Germundeshoveſtatt*, & quidquid ad ipſas hubas aſpicere videtur, tam manſis, campis, pratis, paſcuis, domibus, ædificiis, pomiferis, ſilvis, terra culta & inculta, perviis, aquis, aquarumve decurſibus, omnia & ex omnibus, totum & ad integrum de jure meo in jus

jus & dominationem ſancti N. trado atque transfundo in Dei nomine perpetualiter ad poſſidendum, ita, ut ab hac die & deinceps ad ipſum ſanctum locum proficiat in augmentum. Si quis vero, quod futurum eſſe non credo, ſi ego ipſe aut ullus de heredibus meis, ſeu proheredibus meis vel quælibet alia perſona, quæ contra hanc donationem a me factam venire temptaverit, aut eam infringere vel immutare voluerit, tunc inferat una cum cogente fiſco auri uncias vj, argenti pondera jjjj coactus perſolvat, & nec ſic, quod repetit, evendicare valeat, ſed omni tempore hæc præſens donatio firma & ſtabilis permaneat ſtipul. ſubnixa. Actum in monaſterio *Lauresham*, ſub die XV kalendas Junii. Signum Werinheri, qui hanc do- 18. Maj.
nationem fecit, ſignum Nantheri filii ſui, ſignum Warini, Rantberti, Willimundi, Ermenfridi, Haderici, Beruvini. Ego Reginbertus ſcripſi.

CCXV.

Donatio Zeizonis & Imae in eadem villa facta, anno XXIIII regni domini noſtri Karoli magni imperatoris, Richbodone abbate.

Nos in Dei nomine Zeizo & Ima pariter donamus ad ſanctum Dei Nazarium martyrem *& cetera usque :* rem meam in pago Rinenſi *in phungeſterero* marcha pro anima Luitgeri fratris jj hubas & unum manſum & dimidium, & quidquid ad illas pertinet, tam campis, pratis paſcuis, ſilvis, excepto j bifango, inſuper mancipia jjj Magwar, Lintwar, Heilmunt tradimus atque transfundimus perpetualiter ad poſſidendum *& reliqua ut ſupra usque :* auri uncias jjj, argenti pondera jjjj perſolvat, &c: Actum in monaſterio *Lauresham* ſub die XV kalendas Julii. Signum Zeizonis & Imæ conjugis ejus, Liutgeri 17. Jun.
fratris ſui, qui hanc donationem fecerunt, ſignum Walech, Wilihelmi, Sigefridi, Duodonis, Othgeri, Berethhelmi, Herirat,

rirat, Bübonis, Giſelhelmi, Ripwini, Bernheri. Ego Reginbertus ſcripſi.

CCXVI.

Donatio ejusdem Zeizonis & Helmſuvindae in eadem villa anno XXXVI regni domini noſtri Karoli magni imperatoris, Richbodone abbate.

In Chriſti nomine ego Zeizo & conjux mea Helmſuvint pro remedio animæ noſtræ & Ermenfridi germani mei donamus ad ſanctum Dei Nazarium martyrem, *& reliqua usque*: hoc eſt, res noſtras in pago Rinenſi, in *Phungeſtat*, illas duas hubas, ubi Wolfgis & Hanno manere videntur, & quidquid ad ipſas hubas aſpicit, & illum manſum cum molendino, & cum padella ad braciare, qui eſt juxta fluvium *Mutdaha*, & molinarium nomine Baldvinum & culturas de utraque ripa, & illum *wilarem* juxta *Phungeſtat*, qui dicitur *Haſalaha*, cum ædificiis & cum pecunia ſeu veſtimentis, vel uthenſilibus, ſeu quidquid ad ipſum wilarem aſpicit, & mancipia x & vjj, quorum iſta ſunt nomina; Willigis, Nantger, Otbreth, Hilditrut, conjux ejus, Lioblint, Rutheit, Duoda, Wigbreth, Rutgis, Dietergis, Liobger, Ratger, Sigihilt, Elihilt, Engildrud, Erpheri, Erluiwin, hæc omnia jam dicta a die præſente tradimus atque transfundimus *& cetera omnia usque:* auri uncias jjj, argenti pondera jjjj, &c: Actum in monaſterio *Laureſham* ſub
31. Jan. die II pridie kalendas Februarii. Signum Zeizonis & conjugis ejus, Helmſuvindis, qui hanc donationem fecerunt, ſignum Bettonis presbiteri, *Gerhohi clerici filii* WARINI COMITIS, ſignum Adalberti, Giſelhelmi, Ripwini, Erbiuuardi, Folcheri, Bubonis, Salemanni, Mitthadi, Nandolfi, Giſelberti, Emprichonis. Ego Donadeus ſcripſi.

CCXVII

CCXVII.

Donatio Udilhohi in eadem villa facta, anno XVI regni Ludowici pii imperatoris, Adalungo abbate.

Ego in Dei nomine Udilhoh pro remedio animæ meæ, dono ad ſanctum Nazarium martyrem Chriſti rem meam in pago Rinenſi in *Phungeſterero* marcha, unum biſangum, qui dicitur Geroldeshuſa, cui adjungitur ex una parte ab oriente locus Ginnesloch, a meridiano terminatur in Jurbruoch, in occidente usque ad Steinfurt exit, ab aquilone terminatur in biſango Engilhelmi, & omne ædificium, quod in illo conſtructum eſt loco, id eſt, caſam, horreum & ſcuriam, & cetera ædificia omnia & ex omnibus, totum & ad integrum a die præſente trado atque transfundo, *& reliqua usque*: Actum ſub die V kalendas Julii. Signum Udilhohi, qui hanc donati- 27. Jun.
onem fecit, ſignum Richelmi, Wolfridi, Bernhardi, Cilbardi, Liutnandi, Ruttmani, Happonis, Liuthelmi, Meginberti, Thiotadi, Udonis.

CCXVIII.

Donatio Franconis in eadem villa, anno XXIII regni Ludewici pii imperatoris, Adelungo abbate.

Ego in Dei nomine Franko pro remedio animæ meæ & patris mei, dono ad ſanctum Nazarium martyrem Chriſti, qui requieſcit in corpore in monaſterio, quod vocatur Laureſham, rem meam in pago Rinenſi in *Pungeſtat*, hoc eſt, j molinum ſimul cum loco, in quo conſtructum eſt ipſum molinum, a die præſente trado atque transfundo, *& cetera usque*: Actum in monaſterio *Laureſham* ſub die XVI kalendas Ma... Signum Franconis, qui hanc donationem fecit, ſignum RUTHARDI COM. Herewigi, Walach, Adalgungi, Rudgeri, Luitrami, Witterami, Helihger, Walahelmi. Ego Altwinus ſcripſi.

CCXIX.

Donatio Batdagis in eadem villa facta anno XXIIII regni Ludowici pii imperatoris, Adalungo abbate.

Ego in Dei nomine Batdagis pro remedio animæ meæ & domini mei GUNTRAMI COMITIS dono ad ſanctum Nazarium martyrem Chriſti, qui requieſcit in corpore in monaſterio, quod vocatur Laureſham, rem meam in villa, quæ dicitur *Phungeſtat,* jj hubas, quas mihi tradidit jam præfatus Gunteramus manu poteſtativa coram idoneis teſtibus, & quidquid ad easdem hubas legitime pertinere videtur, tam manſis, terris, pratis, paſcuis, perviis, ſilvis, aquis, aquarumve decurſibus, omnia & ex omnibus trado atque transfundo in jus & dominium ſancti N. *& reliqua, ut ſupra usque*: Actum in
10. Apr. monaſterio *Laureſham* ſub die IIII idus Aprilis. Signum Badagis, qui hanc donationem fecit, ſignum RUOTBERTI COMITIS, Engilhelmi, Alberti, Rudingi, Rutberti, Rathfridi, Eringi, Erkenberti, Heriradi, Eigelwardi, Ekkehardi, Ridandi, Meginoldi. Altwinus ſcripſit.

CCXX.

Donatio Vdae Deo ſacratae anno IIII regni domini noſtri Karoli magni glorioſiſſimi imperatoris, Gundelando abbate.

Si aliquid de rebus noſtris ad loca ſanctorum vel in ſubſtantiam pauperum conferimus, hoc nobis procul dubio Deum in æterna beatitudine retribuere confidimus. Ego itaque Uda Deo ſacrata dono ad ſanctum N. martyrem unam petiolam vineæ in pago Rinenſi, in loco nuncupato *Addalahang*, cui de j latere adjungitur res Elegii presbiteri, de alio vero latere conſortis ſui, qui ipſam vineam diviſerunt, trado a die præſente perpetualiter ad poſſidendum. Si quis vero *& cetera*

omnia

omnia ut ſupra usque: auri libram j, argenti pondera jj coactus exſolvat, *& reliqua usque:* Actum in *caſtro Tulbiaginſe*, in villa, quæ dicitur *Stochheim* IIII die menſis Junii. Signum Udæ, Stagnari & Adalarii & Sigefridi, filiorum ejus, qui hanc donationem fecerunt, ſignum Glepherii, Fraſtradi, Ingolindæ, Eugenianæ. Ego Elegius præsbiter ſcripſi.

CCXXI.

Donatio Altramni praesbiteri in Altdolfesbac facta anno XI regni domini noſtri Karoli magni glorioſiſſimi imperatoris, Helmerico abbate.

In Chriſti nomine Altramnus præsbiter pro remedio animæ ſeu reverentia & amore ſancti Nazarii dono ad ipſius monaſterium, quod vocatur Lauresham, in quo idem prætioſus martyr in corpore quieſcit & miraclorum ſignis non mediocriter fulgeſcit, donatumque in perpetuum volo eſſe, hoc eſt, quidquid mihi dominus Helmericus abbas & fratres ſui mihi in beneficium conceſſerunt in loco, qui dicitur *Altdolfesbach*, & quidquid in ſilva ſibi adjacenti conlaborare, aut ſtirpare, vel ædificare ſeu attrahere potuero, tam in peculio majore, vel minore, quam in mancipiis ſexus utriusque, mobilibus, & immobilibus, omnia & ex omnibus, cum omni ſuperpoſito ædificio, totum & ad integrum trado atque transfundo perpetualiter ad poſſidendum, *& reliqua omnia usque:* Actum in monaſterio *Lauresham* ſub die V idus Julii. Signum Altramni præsbiteri, qui hanc donationem fecit, ſignum HEIMIRICI COMITIS, Guntramni, Berinonis, Albrath, Widrat, Walramni, Zeizonis. Ego Samuel rogatus ſubſcripſi. 27. Jun.

CCXXII.

Donatio Badugiſſi in Bettenheim anno XXXVI regni domini noſtri Karoli magni glorios. imperatoris, Richbodone abbate.

Ego in Dei nomine Badugis pro remedio animæ meæ ad ſanctum N. martyrem Chriſti dono, qui requieſcit in corpore in monaſterio, quod vocatur Laureſham, ubi vir venerabilis Richbodo abbas præeſſe videtur, donatumque in perpetuum eſſe volo, & promptiſſima voluntate confirmo, hoc eſt, rem meam in pago Rinenſi in *Betthenheim* j petiolam de manſo & j vineam, quæ ex uno latere ſubjungitur rebus ſancti Nazarii, de alio tenet Wolfleoz, a die præſente de jure meo in jus & dominium præfati martyris trado atque transfundo in Dei nomine perpetualiter ad poſſidendum, ita ut ab hac die; & deinceps ad ipſum ſanctum Locum proficiat in augmentum, & hæc donatio omni tempore firma & ſtabilis permaneat ſtipul. ſubnixa. Actum in monaſterio *Laureſham* ſub die VIII kalendas Aprilis. Signum Badugiſi, qui hanc donationem fecit, ſignum RUTPERTI COMITIS, Otgiſi, Cazonis, Iſanberti, Heriwigi, Hildibaldi, Marcoldi, Wolfberti, Hildibaldi, Adalingi, Eberhardi, Luitwini. Ego Reginbertus ſcripſi.

25. Mart.

CCXXIII.

Donatio Giſelhardi in eadem villa, eodem anno domini noſtri Karoli glorioſiſſimi imperatoris.

Ego in Dei nomine Giſelhard, cum Hildibaldo & Eberhardo donamus ad ſanctum N. martyrem Chriſti, qui requieſcit in corpore in monaſterio, quod vocatur Laureſham, quod nobis tradidit Ruthart manu poteſtativa, hoc eſt, in *Bettenheim* jj manſos & xxjj jurnal. de terra araturia & de vinea jj petiolas, & de prato ſuam portionem, & paſcuis, ſilvis, perviis, aquis,

aquis, aquarumve decurſibus, a die præſente, *usque*: Actum in monaſterio *Lauresham* ſub abbate Richbodone, die & tempore quo ſupra. Signum Giſelhardi, Hildibaldi & Eberhardi, qui hanc donationem fieri & firmari rogaverunt. Signum Hadonis, Dietmanni, Bihonis, Irminolfi, Herdrici, Wartmanni. Ego Reginbertus ſcripſi.

CCXXIV.

Donatio Hilelibaldi in Betenheim, anno XXXVIIII regni domini noſtri Karoli magni, Adalungo abbate.

Ego in Chriſti nomine Hildibaldus pro remedio animæ Folcniu, & viri ejus vvihingi, quod ipſa Folcniu manu poteſtativa tradidit, dono ad ſanctum martyrem Dei N. qui requieſcit in corpore in monaſterio Lauresham, quidquid ipſa Folcniu in villa *Bettenheim* habere viſa fuit, tam manſis, terris, pratis, campis, paſcuis, perviis, ſilvis, aquis, aquarumve decurſibus, omnia & ex omnibus, a die præſente trado, atque transfundo, *& reliqua omnia ut ſupra, usque:* Actum in monaſterio *Lauresham* ſub die X kalendas Martii. 20. Febr.
Signum Hildibaldi, qui hanc donationem fecit, ſignum RUTPERTI COMITIS, Wigchradi, Erichi, Enzonis, Ruthwigi, Engilberti, Ruthardi, Lorenzo, ſignum Adelhardi, Buremanni, Erbharti, Bernkari, Bilihelmi.

CCXXV.

Donatio Marcolfi & Luidonis in eadem villa.

Nos in Dei nomine Marcolf & Luido pro remedio animæ Ruotburgæ donamus ad ſanctum Chriſti martyrem N. qui requieſcit in corpore in monaſterio, quod vocatur Laureſham, hoc eſt, quod nobis tradidit jam dicta Rutburg in Rinenſi, in villa *Bettenheim* j manſum cum caſa & ſcuria & pomario,

&

& vineas, & terram aratoriam, & prata, & quidquid in eadem marcha habere viſa fuit, a die præſente tradimus atque transfundimus, *& reliqua omnia ut ſupra usque:* Actum in monaſterio *Laureſham.* Signum Marcolfi & Luidonis, qui hanc donationem fecerunt, ſignum Rathelmi, Gunzonis. Altwinus monachus ſcripſit.

CCXXVI.

Donatio Gerberti & conjugis ejus Lobdunae in Suenheim facta anno XIII regni Pippini regis, Gundelando abbate.

Si aliquid de rebus noſtris locis ſanctorum vel in ſubſtantiam pauperum conferimus, hoc nobis procul dubio a Deo in æterna beatitudine retribui confidimus. Igitur ego Gerbertus, & uxor mea Lobuduna in amore Domini noſtri Jeſu Chriſti & pro remedio animæ noſtræ damus, donatumque in perpetuum eſſe volumus ad baſilicam ſancti Nazarii, quæ conſtructa in pago, qui cognominatur *Rinahgowe*, manſum unum in villa, qui dicitur *Suainheim*, ex cujus uno latere eſt manſus Raponolfi, & de terra arabili jurnal. xxx, in ea vero ratione, ut ab hac die ipſa eccleſia vel agentes ejus integre debeant dominationi revocare, perpetualiter poſſidendum habendi, tenendi, dominandi, commutandi, & quidquid exinde pro oportunitate locorum, & uſu eccleſiæ faciendi liberam in omnibus habeant poteſtatem. Si quis contra hanc parvulam donationis juſtitiam venire temptaverit, vel infringere voluerit, auri jj ſolidos, argenti pondera jj coactus cum cogente fiſco partibus ſancti Nazarii perſolvat, & quod repetit, nullatenus evendicare valeat, ſtipulatione ſubnixa. Actum in *Loboduna civitate*
17, Nov. *publica*, facta ſub die XV kalendas Decembris. Signum Gerberti, qui fecit hanc donationem, ſignum Rohauo, Onodbaldi, Colamfridi, Marafridi, Adalmanni. Alapſi peccator indignus ſcripſi.

CCXXVII.

CCXXVII.

Donatio Dattonis & Wigunt in Suenheim facta anno VI regni domini noſtri Karoli magni imperatoris glorioſi, Gundelando abbate.

Nos pariter Datto & conjux mea Wigunt pro Dei intuitu vel pro animæ noſtræ remedio, ſeu pro æterna retributione per hanc cartulam donationis ſive teſtamentum donamus ad ſanctum Dei N. martyrem, qui requieſcit in corpore in pago Rinenſi, in monaſterio, quod vocatur Lauresham, hoc eſt, rem noſtram, quam Adalfridus presbiter de Ruperto comparavit, & nobis eam tradidit, quæ ſita eſt in *Sueinheimer marcha*, id eſt, manſos duos & jurnal. xvjj de terra araturia, & de prato, unde poſſunt colligi jjjj carradæ feni, a die præſente tradimus atque transfundimus, *& cetera omnia usque*: auri libram j, argenti pondera jj coactus perſolvat, &: Actum in monaſterio *Laureſham* ſub die VI kalendas Auguſti. Signum Dattonis & Wigcunt conjugis ejus, qui hanc donationem fieri & firmari rogaverunt. Ego Samuel rogatus ſcripſi. 27. Jul.

CCXXVIII.

Notitia de inquiſitione Hurfeldér marcha, in qua villa, quae dicitur Sueinheim, ſita eſt, & Rod.

In anno XIIII regni domini noſtri glorioſiſſimi imperatoris Karoli magni, publico apud eundem principem habito placito, facta eſt inquiſitio *de Suenheim*, ſi per drictum deberet adtingere ad villam *Hurfeldo* marcam, quam ipſe dominus & ſemper nominandus KAROLUS dedit in elemoſina ad partem ſancti Nazarii. Hæc ſunt nomina teſtium, qui in ipſo placito fuerunt, HEIMIRICUS COMES, filius dominæ noſtræ Williſuuindæ, Widrat, Franco, Folcrat, Erbiuuard, Benno, Friderich, Ernuſt, Irminulf, Waltheri, Heittung. Ibi fuerunt

etiam domini regis Gunteramus & Heriradus, cancellarius & ſcabini & teſtes, quorum iſta ſunt nomina: GUNTRAMNUS COMES, Albrat, Theodo, Zeizo, Frickio, Giſlelm, Sigefrit, Adalman, Herrirat, Rado, Rutger, Riphuuin, Stahal filius Maſſæ, Wellafrid, Hucbertus, Willehelm. Iſti omnes atteſtati ſunt, quod absque ulla ambiguitate per drictum in elemoſina domini regis ad partem ſancti Nazarii villa *Sueinheim* cum omnibus adjacentiis ſuis attingere deberet, eo quod infra marcam *Hurfeldun* ipſa villa *Sueinheim* ſita eſt. Igitur in illo die lunæ, quem nos dicimus ſecundam feriam proximo, qui fuit
6. Jun. VIII idus Junii, venerunt miſſi domini regis, RICHARDUS & GUNTRAMNUS COMES, in jam dictam villam *Sueinheim*, cum præfatis ſcabinis & teſtibus, & ſimiliter omnes conſona voce, ſicut prius in primo placito, dixerunt, ac ſic præcepto regali teſtificatio illorum confirmata eſt.

CCXXIX.

Venditio Geroldi in Huſun anno XII regni domini noſtri Karoli magni imperatoris, Helmerico abbate.

Ego Geroldus filius Egilolfi vendidi Helmerico venerabili abbati rem meam in pago Rinenſi, in illa marcha, quæ dicitur *Huſun*, vj jurnal. de terra arabili quæ accingitur ex utraque parte rebus ſancti Nazarii. Unde accepi a vobis in prætio taxato, juxta quod nobis complacuit, atque convenit, argenti jjj uncias, & ipſam rem vobis præſentialiter in Dei nomine perpetualiter tradidi poſſidendam, ita, ut ab hac die habeatis eandem rem jure tenendi, donandi, commutandi, vel quidquid exinde facere volueritis, liberam ac firmiſſimam in omnibus poteſtatem habeatis. Si quis vero, quod futurum eſſe minime credo, *& reliqua*, *usque*: duplam peccuniam, quam ego a vobis accepi, reſtituat, & tamen, quod repetit, evendicare non valeat, ſed præſens iſta venditio firma vobis & ſtabilis

ſtabilis permaneat ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio *Lauresham* ſub die III kalendas Auguſti. Signum Geroldi, qui hanc venditionem fecit. Ego Rudolfus hanc venditionem rogatus ſcripſi. 30. Jul.

CCXXX.

Donatio Waltheri & conjugis ejus Williſuuindae in Eberſtat anno XIIII regni domini noſtri Karoli magni, Helmericho abbate.

Nos in Dei nomine Waltherus & uxor mea Suuilliſuuinda donamus ad ſanctum Nazarium martyrem Chriſti, qui requieſcit in corpore in pago Rinenſi, in monaſterio, quod vocatur Lauresham, ſuper fluvium Wiſſcoz ſitum, vel ad illam ſanctam congregationem monachorum, quæ ibidem Deo ſervire videtur, ubi & vir venerabilis Helmericus abbas præeſſe dignoſcitur, donatumque in perpetuum eſſe volumus & promptiſſima voluntate confirmamus, hoc eſt, rem noſtram in pago Rinenſi in *Eberſtat*, quidquid ibi viſi fuimus habere, tam manſis, campis, pratis, paſcuis, perviis, ſilvis, aquis, aquarumve decurſibus, ad integrum a die præſente de jure noſtro in jus & dominationem ſancti Nazarii tradimus, atque transfundimus, in Dei nomine perpetualiter ad poſſidendum, ita ut ab hac præſenti die ad ipſum locum ſanctum vel ad agentes ipſius omni tempore proficiat in augmentum ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio *Lauresham* ſub die kalendas Septembris. Signum 1. Sept. Waldheri & conjugis ejus Willisuuindæ, qui hanc donationem fieri & firmari rogaverunt, ſignum Riphwin, Stahal. Ego Donadeus ſcripſi.

CCXXXI.

Donatio Stahal in Baſinsheim facta ſub rege Pippino, & Gundelando abbate.

Ego in Dei nomine Stalo dono ad ſanctum Nazarium martyrem Chriſti unum pratum & jurnal. jj de terra araturia a die præſente de jure meo in jus & dominationem ſancti Nazarii, qui requieſcit in corpore in pago Rinenſi, in monaſterio Lauresham, prædictam rem in *Baſinsheimer* marcha trado atque transfundo, ita ut ab hac die ad ipſum ſanctum locum vel ad agentes ipſius omni tempore proficiat in augmentum, ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio *Lauresham* temporibus Gundelandi abbatis, & regnante rege Pippino. Signum Stahal, qui hanc donationem fieri & firmari rogavit. Samuel ſcripſi.

CCXXXII.

Donatio Udonis, filii Landonis, in eadem villa anno XIIII regni Pippini regis, Sco Rutgando abbate.

In Chriſti nomine ego Udo, filius Landonis quondam, pro Dei intuitu vel pro remedio animæ meæ, ſeu & pro æterna retributione, ut veniam in futuro adipiſci merear, per hanc cartulam donationis ſive teſtamentum dono a præſenti die ad monaſterium ſancti Petri cognominatum Lauresham, quod eſt ſitum ſuper fluvium Wiſſcoz, in pago Rinenſi, ubi dominus Rutgangus archiepiſcopus præeſſe videtur, vel turba multa monachorum ibidem Deo deſervire conſpicitur, donatumque in perpetuum eſſe volo, & promptiſſima voluntate confirmo, hoc eſt, omnem portionem meam & quidquid in *Baſinsheim* vel in ejus fine a die præſente habere viſus ſum, de qualicunque attracto ad me ibidem legibus obvenit, tam manſis, terris, domibus, ædificiis, campis, pratis, vineis, cultis & incultis, ſilvis, farinariis, aquis, aquarumve decurſibus, omnia & ex om-

omnibus, quæ ego in præſenti tempore habere vel quibus dominari videor, ad integrum a die præſente de jure meo in jus & dominium ipſius monaſterii vel ipſius archiepiſcopi, aut ipſorum monachorum trado atque transfundo in Dei nomine perpetualiter ad poſſidendum, ita ut ab hac die habendi, tenendi, commutandi vel quidquid exinde pater ipſius monaſterii elegerit, faciendi libero in omnibus perfrui arbitrio. Si quis vero quod futurum eſſe non credo, *& reliqua omnia ut ſupra usque:* cum cogente fiſco auri libras jj, argenti pondera tria perſolvat, & donatio iſta omni tempore inviolata permaneat ſtipulatione ſubnixa. Actum in villa *Gaulago* publice ſub die XII kalendas Maji. Signum Udonis, qui hanc donati- 20. Apr. onem fieri & affirmari rogavit, ſignum Deſidrodo, Dedrone, Sigoini, Ganefardo, Ardoino, Andreæ, Guntramnus. Ego Donadeus rogatus ſcripſi.

CCXXXIII.

Venditio Dietberti in Baſnisheim, regnante domino noſtro glorioſo rege Pippino anno XIIII regni ejus.

Ego Theutbertus cum conjuge mea Juncfrida vendidimus domino venerabili abbati Gundelando rem noſtram in *pago Rinenſi*, in loco nuncupato *Baſinsheim*, quidquid mihi de parte conjugis meæ advenit, & genitrix ſua nomine Bertſuuint dedit, hoc eſt, tam manſis, campis, pratis, paſcuis, ſilvis, cultis & incultis, aquis, aquarumve decurſibus, totum & ad integrum trado, atque transfundo perpetualiter ad poſſidendum, & accepi a vobis pretium, juxta quod nobis placuit atque aptificavit, hoc eſt, argenti libras jj, & uncias jj tantum ita, ut ab hac die, *& cetera omnia, ut ſupra usque*: Actum in monaſterio *Laureſham* publice ſub die VIII kalendas Au- 25. Jul. guſti. Signum Dietberti, qui hanc venditionem fecit. Ego Rutwigharius rogatus ſcripſi hanc venditionem.

CCXXXIV.

Donatio Stali in eadem villa anno XIIII regni Pippini regis, Gundelano abbate.

6. Maj. In Chriſti nomine ſub die II non. Maji anno XIIII regni domini noſtri Pippini ego Stalus filius Liutheri quondam propter Deum & reverentiam ſancti Nazarii, vel pro animæ meæ remedio ſeu pro æterna retributione per hanc cartulam donationis ſive teſtamentum dono a die præſente ad ſanctum Nazarium martyrem Chriſti, qui requieſcit in corpore in pago Rinenſi, in loco, qui vocatur Laureſham, ſuper fluvium Wiſſcoz ſito, vel ad illos fratres, *& reliqua usque:* hoc eſt vineam meam *in Baſinsheim* ſuper fluvium *Liutra*, cui ſubjungitur de primo latere Erpho, de ſecundo latere tenet ipſe donator, de tertio tenet Lantbertus, de quarto Ciliuuardus, tenente ipſa vinea plus minus ſcamellis duobus & dimidio, a die præſente, *& reliqua omnia usque in finem donationis.* Signum Stali, qui hanc donationem fecit. Ego, qui ſupra, ſcripſi & hanc donationem, quam fecit dominus Stalanus, filius Liutheri.

CCXXXV.

Donatio Cilwardi in Baſinsheim anno XV regni domini noſtri Pippini regis, abbate Gundelando.

In Chriſti nomine ego Ciluuardus pro remedio animæ meæ dono ad ſanctum Dei Nazarium martyrem, qui requieſcit in corpore in pago Rinenſi, in monaſterio, quod vocatur Laureſham, rem meam in *Baſinsheim*, hoc eſt pratum j, cui ſubjungitur de uno latere ratio ſancti Nazarii, de alio tenet ipſe donator, a die præſente trado atque transfundo, *& reliqua.*
27. Maj. Actum in monaſterio *Laureſham* ſub die VI kalendas Junii. Signum Ciluuardi, qui hanc donationem fieri & affirmari rogavit, ſignum Stalo, Adone, Rachio, Giſalhelm, Irminulfi, Germundi. Samuel rogatus ſcripſi.

CCXXXVI.

CCXXXVI.

Donatio Stali in eadem villa anno XV regni domini noſtri Pippini regis, Gundelando abbate.

Ego Stalus donator cogitans pro remedio animæ meæ in Chriſti nomine, vel pro æterna retributione, ut veniam de peccatis meis adipiſci merear, dono a die præſente ad monaſterium, quod vocatur Lauresham, ubi ſanctus Nazarius mart. requieſcit in corpore, partem pratelli ad duas carradas feni, in cujus uno latere tenet Ciluuardus, in alio latere Vdo, de tertia tenet genitrix mea Maſſa, ipſum trado atque transfundo in ea ratione, ut ad ipſum locum ſanctum omnibus diebus proficiat in augmentum. Actum in monaſterio *Lauresham* publice ſub die III kalendas Januarii. Signum Stali donatoris. 30. Dec.

CCXXXVII.

Donatio Walafridi in eadem villa anno XV regni domini noſtri Pippini regis, Gundelando abbate.

In Chriſti nomine ſub die VII kalendas Maji. Ego Walafridus 25. Apr.
pro Dei intuitu per hanc cartulam donationis dono ad ſanctiſſimum Dei martyrem N. qui requieſcit in corpore in monaſterio Lauresham, rem meam in *Baſinsheim*, hoc ſunt iiij jurnal. de terra araturia, de quorum uno latere tenet Riphuuin, de alio Riulficus, totum & ad integrum a die præſente de jure meo trado atque transfundo in jus & dominationem præfati martyris in Dei nomine perpetualiter ad poſſidendum. Si quis vero, quod futurum minime eſſe credo, *& reliqua ut ſupra.* Actum in monaſterio *Lauresham* publice ſub die & tempore quo ſupra. Signum Walafridi, Sigefridi filii ſui, Riphwini. Ego Samuel ſcripſi.

CCXXXVIII.

CCXXXVIII.

Donatio Gailradae in eadem villa anno XVI regni domini noſtri Pippini regis, Gundelano abbate.

Ego Gailrada pro animæ meæ remedio dono ad ſanctum Dei martyrem N. qui requieſcit in corpore in monaſterio, quod vocatur Lauresham, in *pago Rinenſi* rem meam in *Baſinsheimer* marcha, in villa, quæ dicitur *Huſun*, quæ ſita eſt ſuper fluvium Wiſſcoz, manſis, campis, pratis, paſcuis, aquis, aquarumve decurſibus, ſilvis, perviis, terris cultis & incultis, omnia & ex omnibus, quantumcunque ibi viſa fui habere, a præſenti tempore trado atque transfundo perpetualiter ad poſſidendum cum j mancipio nomine Dothlegberto, ut omni tempore ad ipſum ſanctum locum proficiat in augmentum. Actum
1. Aug. in monaſterio *Lauresham* ſub die I menſis Auguſti. Signum Gailradæ, quæ hanc donationem fecit.

CCXXXIX.

Venditio Racheri & conjugis ejus Berſuuindae in eadem villa anno XVI ut ſupra.

Ego Gundelandus abbas in Dei nomine emi ad opus ſancti Nazarii ab homine Racherio nomine, & conjuge ſua Berſuuinda res proprietatis eorum in *Baſinsheim*, id eſt, manſos cum campis, pratis, curtilibus, ortis, perviis, ſilvis, aquis, aquarumve decurſibus, quidquid ego Raccher & conjux mea in ipſa villa denominata habuimus, in integrum tibi & ſancto Nazario tradimus, unde & accipimus a te in pretium duas libras argenti, ita ut ab hac die habeas, & quidquid exinde volueris facias. Si quis vero, quod futurum minime eſſe credo, *& reliqua omnia ut ſupra usque*: Actum in monaſterio *Lauresham* ſub die & tempore quo ſupra. Signum Raccheri & conjugis ejus Bertheri, qui fecerunt hanc venditionem, ſignum Udonis. Ego Samuel ſcripſi.

CCXL.

Venditio Stali in eadem villa anno XV domini Pippini regni ejus, Gundelando abbate.

Venerabili in Chriſto patri Gundelando abbati atque emptori, Stalus venditor, filius Luitwini quondam, conſtat a vobis vendidiſſe; quæ ita vendidi, pratum meum in loco *Baſinsheim* nuncupato, quod tenet in longitudine perticas xxx, & in latitudine perticas xj & dimidiam, cui ſubjungitur de j latere res Ciluuardi, de alio vero tenet Lampertus & Udo, de alio tenet genitrix mea Maſſa, unde accepi a vobis pretium, juxta quod nobis complacuit atque convenit, hoc eſt, uncias jjj argenti tantum, ita, ut ab hac die habeatis poteſtatem, quidquid exinde volueritis facere. Si quis vero, quod futurum eſſe minime credo, contra hanc venditionem a me factam venire temptaverit, aut eam infringere vel mutare voluerit, quia cuiquam maledicere nolumus, caveat, ne iram Dei omnipotentis & ſancti Nazarii incurrat, & inſuper inferat vobis tantum & iterum tantum, quantum a vobis accepi, vel quantum ipſum pratum emelioratum valuerit, & quod repetit, evendicare non valeat, ſed præſens venditio firma & ſtabilis permaneat. Actum in monaſterio *Lauresham* ſub die menſis Junii XV. Signum Stali, qui hanc venditionem fecit, ſignum Hairmanni, Grimuldi.

CCXLI.

Donatio ejusdem & jjjj. venditiones ejus in eadem villa factae ab eo, anno I & II, XIII & XVIII regnj domini noſtri glorioſiſſimi imperatoris Karoli magni, ſub Gundelano & Helmerico abbatibus.

Anno primo regni domini noſtri glorioſiſſimi imperatoris Karoli magni ego Stalus fateor me vobis vendidiſſe rem

CCXXXVIII.

Donatio Gailradae in eadem villa anno XVI regni domini noſtri Pippini regis, Gundelano abbate.

Ego Gailrada pro animæ meæ remedio dono ad ſanctum Dei martyrem N. qui requieſcit in corpore in monaſterio, quod vocatur Laureſham, in *pago Rinenſi* rem meam in *Baſinsheimer* marcha, in villa, quæ dicitur *Huſun*, quæ ſita eſt ſuper fluvium Wiſſcoz, manſis, campis, pratis, paſcuis, aquis, aquarumve decurſibus, ſilvis, perviis, terris cultis & incultis, omnia & ex omnibus, quantumcunque ibi viſa fui habere, a præſenti tempore trado atque transfundo perpetualiter ad poſſidendum cum j mancipio nomine Dothlegberto, ut omni tempore ad ipſum ſanctum locum proficiat in augmentum. Actum
1. Aug. in monaſterio *Laureſham* ſub die I menſis Auguſti. Signum Gailradæ, quæ hanc donationem fecit.

CCXXXIX.

Venditio Racheri & conjugis ejus Berſuuindae in eadem villa anno XVI ut ſupra.

Ego Gundelandus abbas in Dei nomine emi ad opus ſancti Nazarii ab homine Racherio nomine, & conjuge ſua Berſuuinda res proprietatis eorum in *Baſinsheim*, id eſt, manſos cum campis, pratis, curtilibus, ortis, perviis, ſilvis, aquis, aquarumve decurſibus, quidquid ego Raccher & conjux mea in ipſa villa denominata habuimus, in integrum tibi & ſancto Nazario tradimus, unde & accipimus a te in pretium duas libras argenti, ita ut ab hac die habeas, & quidquid exinde volueris facias. Si quis vero, quod futurum minime eſſe credo, *& reliqua omnia ut ſupra usque*: Actum in monaſterio *Laureſham* ſub die & tempore quo ſupra. Signum Raccheri & conjugis ejus Bertheri, qui fecerunt hanc venditionem, ſignum Udonis. Ego Samuel ſcripſi.

CCXL.

CCXL.

Venditio Stali in eadem villa anno XV domini Pippini regni ejus, Gundelando abbate.

Venerabili in Chriſto patri Gundelando abbati atque emptori, Stalus venditor, filius Luitwini quondam, conſtat a vobis vendidiſſe; quæ ita vendidi, pratum meum in loco *Baſinsheim* nuncupato, quod tenet in longitudine perticas xxx, & in latitudine perticas xj & dimidiam, cui ſubjungitur de j latere res Ciluuardi, de alio vero tenet Lampertus & Udo, de alio tenet genitrix mea Maſſa, unde accepi a vobis pretium, juxta quod nobis complacuit atque convenit, hoc eſt, uncias jjj argenti tantum, ita, ut ab hac die habeatis poteſtatem, quidquid exinde volueritis facere. Si quis vero, quod futurum eſſe minime credo, contra hanc venditionem a me factam venire temptaverit, aut eam infringere vel mutare voluerit, quia cuiquam maledicere nolumus, caveat, ne iram Dei omnipotentis & ſancti Nazarii incurrat, & inſuper inferat vobis tantum & iterum tantum, quantum a vobis accepi, vel quantum ipſum pratum emelioratum valuerit, & quod repetit, evendicare non valeat, ſed præſens venditio firma & ſtabilis permaneat. Actum in monaſterio *Laureſham* ſub die menſis Junii XV. Signum Stali, qui hanc venditionem fecit, ſignum Hairmanni, Grimuldi.

CCXLI.

Donatio ejusdem & jjjj. venditiones ejus in eadem villa factae ab eo, anno I & II, XIII & XVIII regnj domini noſtri glorioſiſſimi imperatoris Karoli magni, ſub Gundelano & Helmerico abbatibus.

Anno primo regni domini noſtri glorioſiſſimi imperatoris Karoli magni ego Stalus fateor me vobis vendidiſſe rem

meam in *Baſinsheim*, hoc eſt, medietatem manſi unius cum omni aſpicientia ſua, tam pratis, paſcuis, ſiluis, aquis, aquarumve decurſibus & de terra arabili xjjjj jurnales, ſitis in eadem marcha, & pro his accepi a vobis duas libras argenti.

Item ego Stalus in Dei nomine dono ad ſanctum Nazarium martyrem Chriſti, qui requieſcit in corpore in monaſterio, quod vocatur Lauresham, j jurnalem prati in eadem marcha.

Item ego Stalo vendidi vobis vineam j & terram ad vineam faciendam in eadem marcha, de cujus uno latere adjacet terra Riphuuini & germani ſui, & alio genitricis meæ Maſſæ, de tertio latere tenet Udo, & ipſa terra tenet in longo perticas vjjjj, & in lato quinque, pro qua accepi a vobis uncias v.

Item conſtat me Stalonem vendidiſſe vobis vineam meam in *pago Rinenſi* in jam dicta villa, unde accepi a vobis in pretio taxato dimidiam libram.

Item ego Stalus fateor me vobis vendidiſſe aliam vineam in eadem marcha, pro qua tantundem accepi a vobis in pretio taxato, & prædictam terram tam in vineis, agris, pratis, quam in omnibus aſpicientiis ſuis, a die præſente vobis tradidi, ut habeatis eam jure tenendi, commuttandi, vel quidquid exinde facere volueritis, liberam ac firmiſſimam in omnibus habeatis poteſtatem. Si quis vero, quod futurum eſſe minime credo, ſive ego ipſe aut aliquis de heredibus meis vel proheredibus aut quælibet extranea perſona, quæ contra hanc donationem ſive venditionem a me factam ullo umquam tempore venire temptaverit, aut infringere vel mutare voluerit, tunc inferat ipſis emptoribus bis tantum, quantum eadem terra meliorata valuerit, & præſens donatio & venditio ſtabilis permaneat. Signum Stali, qui hanc venditionem fecit, ac Maſſæ
28. Febr. matris ejus, ſignum Udonis. Ego Samuel rogatus ſcripſi II. kalendas Martij.

CCXLII.

CCXLII.

Venditio Maſſae in Baſſinsheimmer marcha anno XI regni domini noſtri Karoli magni glorioſiſſimi imperatoris, Helmericho abbate.

Domino patri Helmerico abbati atque emptori Maſſa Deo ſacrata venditrix, dum non eſt incognitum & conſtat me vobis vendidiſſe, & ita vendidi illam quartam partem de *Inſula*, quæ jacet inter fluvios *Wiſscoz* & *Suarzaha*, & quidquid in ipſo loco meæ videtur eſſe poſſeſſionis, tum terris, campis, pratis, paſcuis, perviis, ſilvis, aquis, aquarumve decurſibus, ad integrum. Unde accepi a vobis in pretio taxato xxx ſolidos tantum, ipſamque inſulam meæ portionis præſentialiter vobis tradidi poſſidendam, ita, ut ab hac die, *& reliqua omnia uſque*: Actum in monaſterio *Laureſham* ſub die XV kalendas Maji. Signum Maſſæ, quæ hanc venditio- 17. Apr.
nem fecit, ſignum Stalo, filii ſui. Ego Samuel rogatus ſcripſi.

CCXLIII.

Donatio jum dicti Stalonis in eadem villa, anno VI regni domini noſtri Karoli magni & beatiſſimi imperatoris, Gundelando abbate.

In Chriſti nomine, ſub die idus Maii, ego Stalus dono ad 15. Maj.
ſanctum Nazarium martyrem, qui requieſcit in corpore in monaſterio, quod vocatur Laureſham, ſuper fluvium Wiſscoz ſitum, hoc eſt in *Baſinsheim* vineam j plantaria & terram novariam ad vineam faciendam, a die præſente trado atque transfundo in Dei nomine perpetualiter ad poſſidendum, ita, ut ab hac die & deinceps ad ipſum locum ſanctum, vel ad

 agen-

agentes ipſius omni tempore proficiat in augmentum ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio *Lauresham* ſub die & tempore, quo ſupra. Signum Stalo, qui hanc cartam donationis fieri & firmari rogavit. Ego Samuel rogatus ſcripſi.

CCXLIV.

Donatio Stahal & Maſſae matris ejus in eadem villa, anno XXI regni domini Karoli primi, Richbodone abbate.

Nos in Dei nomine Stahal & genitrix mea Maſſa pro remedio animæ noſtræ donamus ad ſanctum Dei Nazarium martyrem, qui requieſcit in corpore in pago Rinenſi, in monaſterio, quod vocatur Lauresham, rem noſtram in *Baſinsheimer* marcha, illum bifangum juxta *Suarzaha*, in loco, qui vocatur *Foraenbibiloz*, quid quid ibi viſi fuimus habere, & ſtirpatum, & propriſum ad ſtirpandum, totum de jure noſtro in jus & dominationem ſancti Nazarii tradimus atque transfundimus perpetualiter ad poſſidendum, ita, ut ab hac die & deinceps ad ipſum ſanctum locum omni tempore proficiat in augmentum. Si quis vero, quod futurum eſſe minime credo, *& reliqua omnia, ut ſuperius ſcripta ſunt, uſque:* Actum in monaſterio *Lauresham*, ſub die X. kalendas Julii. Signum Stalo, Maſſæ, qui
22. Jun. hanc donationem fieri & firmari rogaverunt. Signum Haganonis, Herimanni, Nandolfi, Ottonis, Tittonis, Lantwardi. Ego Reginbertus ſcripſi.

CCXLV.

CCXLV.

Donatio eorundem & Riphuuini & Giſelhelmi in eadem marcha anno VI regni domini noſtri Karoli magni, Gundelando abbate.

Nos in Chriſti nomine, Maſſa & Stahal, Giſelhelmus & Riphuuinus filii mei, donamus ad ſanctum Dei Nazarium martyrem, qui requieſcit in corpore in monaſterio Laureſham, ubi venerabilis Gundelandus abba præeſſe videtur, donatumque in perpetuum eſſe volumus & promptiſſima voluntate confirmamus, hoc eſt, in pago Rinenſi, in *Baſinsheimer* marcha unum bivangum vel maſtunga, cum terra ex integro, qui circumcingitur ab oriente fluvio *Suarzaha*, a meridie *Hepphenheimmere* termino, ab aquilone in iiij rubis, qui ſunt contra ipſum monaſterium, ab occaſu illo lacu, ubi Udo ſtirpauit, usque in *Wiſscoz*, infra iſtam terminationem a die præſente cum omnibus ſuperpoſitis tradimus atque transfundimus, ut faciant actores ipſius monaſterii de jam dicta re, quidquid profectuoſum eſſe judicavererint eccleſiæ, & ad hoc faciendum liberam ac firmiſſimam habeant poteſtatem. Signum Maſſæ, Stahal, Giſelhelmi, Riphuuini, qui hanc donationem fecerunt. Ego Folcradus indignus monachus ſcripſi.

CCXLVI.

Donatio Riphuuini & Giſelhelmi in Baſinsheim, anno X regni domini noſtri Karoli magni, Gundelando abbate.

In Chriſti nomine nos Riphuuinus & Giſelhelmus donamus ad ſanctum Dei Nazarium martyrem, qui requieſcit in corpore in pago Rinenſi, in monaſterio, quod vocatur Laureſham, ſuper fluvium Wiſscoz ſitum, hoc eſt, rem meam im pago *Rinahgowe* illud pratum, quod contiguum eſt prato ſancti Nazarii, a die præſente tradimus atque transfundimus, ita, ut ab

ab hac die & deinceps ad ipſum ſanctum locum vel ad agentes ipſius omni tempore proficiat in augmentum ſtipulatione ſub-
27. Jun. nixa. Actum in monaſterio *Laureſham* ſub die V kalendas Julii, & tempore quo ſupra. Signum Riphuuini & Giſelhelm, qui hanc donationem fecerunt. Ego Grimarius rogatus ſcripſi.

CCXLVII.

Venditio Riphuuini praefati in Baſinsheim facta, anno I domini noſtri Karoli magni, Gundelando abbate.

Ego Riphuuinus fateor me vobis vendiſſe de terra arabili jurnal. jjjj in *Baſinsheimer* marcha, & accepi a vobis in pretio, juxta quod nobis complacuit atque convenit, caballum unum, & memoratam terram veſtro miſſo præſentialiter tradidi poſſidendum, & loca ſingula, ubi jacebant, aſſignavi, ita ut ab hac die habeatis jure habendi, tenendi, donandi, commutandi, vel quidquid exinde facere volueritis, libero perfruamini arbitrio. Si quis vero, quod futurum eſſe minime credo, *& reliqua omnia ut ſupra, usque*: Actum in monaſterio *Laureſham*, ſub die & tempore quo ſupra. Signum Riphuuini & Giſelhelmi, qui hanc venditionem fecerunt, ſignum Rachionis, Ciluuardi. Ego Samuel rogatus ſcripſi.

CCXLVIII.

Donatio Altramni praesbiteri & Autberti in eadem marcha, anno IV domini noſtri Karoli magni glorioſiſſimi imperatoris, Gundelando abbate.

17. Mart. In Chriſti nomine, ſub die XVI kalendas Aprilis, anno IV regni domini noſtri Karoli regis; ego Altramnus præsbiter & germanus meus Autbertus pro Dei intuitu, vel pro animæ noſtræ remedio, & pro æterna retributione, ut veniam de peccatis noſtris adipiſci mereamur, per hanc cartulam donationis

nis donamus ad eccleſiam ſancti Petri vel ſancti Nazarii martyris, qui requieſcit in corpore in pago Rinenſi, in monaſterio Lauresham, vel ad illos ſervos Dei, qui ibidem deſervire videntur, ubi vir venerabilis Gundelandus abba præeſſe videtur, donatumque in perpetuum eſſe volumus & promptiſſima voluntate confirmamus, hoc eſt, rem noſtram in pago Rinenſi, in *Baſinsheim*, ſuper rivulo *Liutra*, tam manſis, campis, terris, pratis, paſcuis, perviis, ſiluis, vineis, domibus, ædificiis, baſilicam, quæ eſt in honore ſancti Michaelis conſtructa, cum adjunctis adjacentiis, farinariis, aquis, aquarumve decurſibus, cultum & incultum, omnia & ex omnibus, totum & ad integrum, tam de comparato, vel de quolibet attracto, noſtra in eadem videtur eſſe poſſeſſio, a die præſente de jure noſtro in jus & dominationem ſancti Nazarii donamus, tradimus atque transfundimus, ita, ut ab hac die habeatis jure habendi, tenendi, donandi, commutandi, vel quidquid exinde facere volueritis, liberam ac firmiſſimam in omnibus habeatis poteſtatem. Si quis vero, quod fieri minime credimus, ſi nos ipſi, aut ullus de heredibus noſtris vel proheredibus, ſeu quislibet ulla oppoſita & extranea perſona, qui contra hanc donationem a nobis factam venire temptaverit, aut eam infringere, vel inmutare voluerit, tunc inferat ad ipſum ſanctum locum vel ad agentes ipſius duplam pecuniam ſociante fiſco, auri uncias jjjj, argenti pondera v multa ſuſtineat, & quod repetit, evendicare non valeat, ſed præſens donatio iſta omni tempore firma & ſtabilis permaneat ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio *Lauresham* publice ſub die & tempore, quo ſupra. Signum Altramni præsbiteri & Autberti, germani ſui, qui hanc donationem fieri & affirmari rogaverunt, ſignum HEIMIRICI COMITIS, Herimanni, Berthelmi, Rudingi, Gervvigi. Ego Samuel rogatus ab Altramno & Autberto hanc donationem ſcripſi.

CCXLIX.

CCXLIX.

Donatio Walefridi & Ruotniu, anno VII regni domini noſtri Karoli magni glorioſiſſimi imperatoris, Gundelando abbate.

Nos Welafrid & conjux mea Ruotniu in Chriſti nomine donamus ad ſanctum N. martyrem, qui requieſcit in corpore in monaſterio Lauresham, pro remedio animarum noſtrarum, rem noſtram in *Baſinsheim*, hoc eſt, unum propriſum cum ædificio & manſis, campis, paſcuis, pratis, peruiis, vineis, domibus, aquis, aquarumve decurſibus, & quantumcunque ibidem habere viſi fuimus, totum & ad integrum tradimus atque transfundimus, perpetualiter a die præſente poſſidendum, *& reliqua omnia usque:* Actum in monaſterio *Lauresham* II idus Junii. Signum Welafridi & conjugis ejus Ruotniu, qui hanc donationem fieri & affirmari rogaverunt. Signum Guntramni, Alberti, Folcradi, Willonis, Giſelhelmi, Riphuuini, Stahal, Irminulfi, Udonis.

12. Jun.

CCL.

Donatio Lamberti clerici, qui dedit in eadem villa, anno V regni domini noſtri Karoli magni, Gundelando abbate.

In Chriſti nomine, ego Lambertus pro remedio animæ meæ dono ad ſanctum Dei N. martyrem, qui requieſcit in corpore in monaſterio, quod vocatur Lauresham, rem meam in *Baſinsheim*, hoc eſt, manſum j & quidquid ad ipſum pertinet, a die præſente trado atque perpetualiter ad poſſidendum, *& reliqua ut ſupra.* Si quis autem, quod futurum eſſe minime credo, *de cetero ut ſupra usque*: Actum in monaſterio *Lauresham* XI kalendas Septembris. Signum Lamberti clerici, qui hanc donationem fecit, ſignum Samuel, qui hanc donationem rogatus ſubſcripſi.

22. Aug.

CCLI.

CCLI.

Item donatio Lamperti, filii Hadonis, & genitricis ejus Regenlindis in eadem villa, anno quo ſupra.

Ego Lampertus, filius Hadonis quondam, & genitrix mea Regelint pariter pro animarum noſtrarum remedio ſeu pro æterna retributione donamus ad ſanctum Dei Nazarium martyrem, qui requieſcit in corpore in monaſterio Lauresham, ubi vir venerabilis Gundelandus abbas præeſſe videtur, rem noſtram in villa *Baſinsheim*, tam manſis, terris, campis, pratis, paſcuis, perviis, ſilvis, vineis, domibus, ædificiis, cum adjacentiis ſuis, aquis, aquarumve decurſibus, & quidquid ibidem habere viſi fuimus, à præſente die, exceptis duobus illis propriſis, quorum unus ſuper rivum *Lutra* jacet, alter ad *Luterbach*. Similiter in *pago Lubdoninſe* in *Vitenheim*, in *Suabeheim*, & in *Doſsenheim*, tam manſis, campis, terris, pratis, paſcuis, perviis, ſilvis, vineis, domibus, ædificiis, aquis, aquarumve decurſibus, & mancipia xvjj, ad integrum à die præſente de jure noſtro in jus & dominium ſancti Nazarii tradimus atque transfundimus perpetualiter ad poſſidendum, *& reliqua ut ſupra.* Actum in monaſterio *Lauresham* VIII idus Decembr. & tempore quo ſupra. Signum Lamberti 6. Dec. & Regenlindis matris ejus, qui hanc donationem fecerunt, ſignum Heilradi clerici, Auttacchri clerici. Ego Samuel ſcripſi hanc donationem.

CCLII.

Donatio Stali & Riphuuini in Baſinsheim, anno XV regni domini Pippini regis, Gundelando abbate.

In Chriſti nomine ego Stahal & germanus meus Riphuuinus donamus ad ſanctum Dei N. martyrem, qui requieſcit in corpore in monaſterio Lauresham, ubi venerabilis Gundelandus

abba præeſſe videtur, hoc eſt, illum propriſum, qui jacet in illo angulo, ubi *Suarzaha* intrat in fluvium *Wiſſcoz*, & ſic per loca prius deſſignata, tradimus atque transfundimus, cumque propriſo omne, quod nobis reliquit genitor noſter Liutuuinus, ita ut ab hac die ad ipſum ſanctum locum vel ad agentes ipſius omni tempore proficiat in augmentum ſtipulatione ſubnixa.
3. Maj. Actum in monaſterio *Laureſham* V nonas Maji. Signum Stali, Giſelhelmi, Riphuuini, qui hanc donationem fecerunt. Ego Samuel rogatus ſcripſi.

CCLIII.

Donatio Teutlindis in eadem villa anno V domini Karoli imperatoris, Gundelando abbate.

In Chriſti nomine, ego Dietlint peccatrix pro Dei intuitu & remiſſione peccatorum meorum, ſeu & pro æterna retributione, nec non & pro anima Ciluuardi, filii mei, dono ad ſanctum Dei Nazarium martyrem, qui requieſcit in corpore in monaſterio Laureſham, quod ipſe mihi tradidit manu poteſtativa, hoc eſt, in pago Rinenſi, in *Baſinsheim*, quidquid ipſe Ziluuardus habere viſus eſt, & quantumcunque mihi de parte jugalis mei Altwini legibus obvenit, tam de comparato, quam de quolibet attracto in ipſo fine habere viſa ſum, hoc eſt, tam caſis, campis, terris, pratis, perviis, ſilvis, vineis, domibus, ædificiis, mancipiis, caſis, caſalibus, ſuperpoſitis, cum adjunctis adjacentibus, aquis, aquarumve decurſibus, farinariis, peculium utriusque ſexus, majoris vel minoris, mobilibus & imobilibus, omnia & ex omnibus totum & ad integrum, a die præſente de jure meo in jus & dominationem ſancti Nazarii martyris trado atque transfundo, in Dei nomine perpetualiter ad poſſidendum, *& reliqua omnia ut ſupra.* Actum
1. Maj. in monaſterio *Laureſham* publice ſub die kalendas Majas. Signum Teutlindæ, quæ hanc donationem fecit, Welfridi, Udonis,

nis, Stahal, Riphuuini, Rechionis, Sigefridi. Ego Samuel rogatus ſcripſi.

CCLIV.

Donatio Adelheidis in eadem villa anno XV regni domini noſtri Karoli I, Richbodone abbate.

Ego in Dei nomine Adelheit pro remedio Heidungi animæ dono ad ſanctum Nazarium martyrem Chriſti, qui requieſcit in corpore in monaſterio Lauresham, ubi videtur vir venerabilis abba Richbodo præeſſe, hoc eſt, in *Baſinsheimer* marcha jjj jurnales: de terra araturia, a die præſente trado atque transfundo perpetualiter ad poſſidendum, ita, ut ab hac die, & deinceps ad ipſum ſanctum locum proficiat in augmentum, ſtipulat. ſubnixa. Actum in monaſterio *Lauresham* ſub die idus Martii. Signum Adelheit, quæ hanc donatio- 15. Mart.
nem fecit. Ego Reginbertus ſcripſi.

CCLV.

Donatio Hadonis & Teutmanni in eadem villa anno XXI regni domini noſtri Karoli magni, Richbodone abbate.

Nos in Dei nomine Hadonis & Teotman pro remedio animæ genitoris noſtri Jrminulfi donamus ad ſanctum Nazarium martyrem, qui requieſcit in corpore in monaſterio Lauresham, hoc eſt, unum propriſum & ſuper riuulum *Liutra*, & omni parte rationi ſancti Nazarii attinentem, a die præſente tradimus atque transfundimus perpetualiter ad poſſidendum, ut deinceps ad ipſum ſanctum locum proficiat in augmentum ſtipulat. ſubnixa. Actum in monaſterio *Lauresham* III kalendas Januarii. Signum Hadonis & Theotmanni, qui hanc do- 30. Dec.
nationem fecerunt, ſignum Welafrid, Erkenfrid, Giſelhelm,

 Ger-

Geruuigi, Ruodolt, Riphuuini, Birnicho, Saraman, Meginfridi. Ego Rudolfus rogatus ſcripſi.

CCLVI.

Donatio Gerniu in eadem villa anno XXI regni domini noſtri Karoli magni, Richbodone abbate.

Ego in Dei nomine Gerniu pro remedio animæ meæ & pro anima Irminulfi, viri mei, dono ad ſanctum Chriſti martyrem Nazarium, qui requieſcit in corpore in monaſterio Laureſham, hoc eſt, rem meam in *Baſinsheim*, quidquid ibi habere viſa fui, excepta j haſtunna, aliud totum, tam manſis, campis, pratis, paſcuis, perviis, ſilvis, vineis, domibus, ædificiis, aquis, aquárumve decurſibus, vel quidquid dici aut nominari poteſt, a die præſenti & deinceps trado atque transfundo de jure meo in jus & dominium præfati martyris, ut omni tempore ipſi loco ſancto proficiat in augmentum ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio *Laureſham* XIII kalen-
20. Jan. das Februar. anno quo ſupra. Signum Gerniu, quæ hanc donationem fecit, ſignum GUNTRAMNI COMITIS, & Hadonis, filii ejus, Theotmanni, Giſelhelmi, Riphuuini, Erkanfridi, Luttonis, Willonis, Herirat, Altgooz. Ego Reginbertus rogatus ſcripſi.

CCLVII.

Donatio Giſelhelmi in eadem villa anno XXV regni domini noſtri Karoli magni.

Anno XXV domini noſtri Karoli regis primi ego Riphuuinus in Longobardiam cum domino meo, jam dicto rege, iturus tradidi Giſelhelmo germano meo omnem rem proprietatis meæ, quam viſus fui in *Baſinsheim* habere, in ea ratione, ut ſi non rediero in patriam noſtram, eandem rem meam traderet

ret ad ſanctum Dei martyrem Nazarium, ſi vero reverterer, reſignaret mihi traditionem meam.

CCLVIII.

Donatio Wichelmi in eadem villa anno XXVIIII regni domini noſtri Karoli magni, Richbodone abbate.

Ego in Dei nomine Uuigelmus pro remedio animæ meæ & conjugis meæ Eugeniæ dono ad ſanctum martyrem Chriſti Nazarium, qui requieſcit in corpore in monaſterio Laureſham, hoc eſt, rem meam in pago Rinenſi, in *Baſinsheim* j manſum & hobam & pratum, & ad XL carradas feni, & quidquid in ipſa marcha habere viſus fui, a die præſente de jure meo in jus & dominium ſancti Nazarii trado atque transfundo ad poſſidendum in perpetuum, ita ut ab hac die ad ipſum ſanctum locum proficiat in augmentum, ſtipulat. Subnixa. Actum in monaſterio *Laureſham* kalendas Decembris. Ego Wanbertus in vice Reginberti ſcripſi. 1. Dec.

CCLIX.

Donatio Riphuuini, anno XXXVIII regni domini noſtri Karoli magni, Adelungo abbate.

Ego in Dei nomine Riphuuinus pro remedio animæ meæ, ſeu pro æterna retributione dono ad ſanctum Chriſti martyrem Nazarium, qui requieſcit in corpore in monaſterio Laureſham, hoc eſt, rem meam in *Baſinsheim*, & in *pago Lobudeninſe*, in *Clopphenheim* & in *Doſsenheim*, & in *Wormacinſe* in *Dinenheim*, quidquid in iſtis locis habere viſus ſum, & ad meam poſſeſſionem pertinere videtur, ſive etiam, quod mihi parentes mei in ſupradictis locis reliquerunt, nihilque prætermitto, ſed omnia & ex omnibus trado, tam manſis, terris, pratis, campis, paſcuis, perviis, ſilvis, vineis, cum adjunctis adjacentiis

tiis, aquis, aquarumve decurſibus, domibus, ædificiis, totum de jure meo in jus & dominium ſancti Nazarii trado, atque transfundo perpetualiter ad poſſidendum, *& reliqua usque*:
1. Aug. Actum in monaſterio *Lauresham* publice kalendas Auguſti. Signum Riphuuini, qui hanc donationem fecit, ſignum Giſelhelmi, Duodonis, Sigefridi, Diethelmi, Bubonis, Hildibaldi, Dietmanni, Albſteini, Heidungi, Eginonis, Sigemundi, Zilimundi. Ego Altuuinus rogatus ſcripſi.

CCLX.

Donatio Giſelhelmi in eadem villa, anno IIII regni Ludowici pii imperatoris, Adalungo abbate.

Ego in Dei nomine Giſalhelm pro remedio animæ meæ dono ad ſanctum Chriſti martyrem Nazarium, qui requieſcit in monaſterio Lauresham, hoc eſt, rem meam j eccleſiam cum reliquis, & eundem manſum, in quo ipſa eccleſia ſita eſt, ad integrum a die præſente de jure meo in jus & dominium pretioſiſſimi martyris Nazarii, *& reliqua omnia ut ſupra, usque*:
22. Jun. Actum in monaſterio *Lauresham* XI kalendas Auguſti. Signum Giſelhelmi, qui hanc donationem fieri & firmari rogavit, ſignum Eberhelmi, Hucberti, Udilolfi, Wolfheri, Wilfridi, Gundold, Adalberti, Rutberti, Ernuſti, Engilberti. Ego in in Dei nomine Altuuinus monachus ſcripſi.

CCLXI.

Donatio Adaluuini in eadem villa, anno VIIII regni domini noſtri Ludowici pii imperatoris (a) *Samuele abbate.*

Si aliquid ex facultatibus noſtris ad loca ſanctorum condonamus, mercedem apud Dominum in futura retributione habere

(a) Error monachi Laurish. ignari, Ludovicum pium imp. a. 848, quo traditio hæc facta eſt, jam fuiſſe defunctum, locumque regnandi in

bere confidimus. Idcirco ego in Dei nomine Adaluuinus pro remedio animæ meæ ſeu quondam parentum meorum dono ad ſanctum Chriſti martyrem Nazarium, qui requieſcit in corpore in monaſterio Lauresham, hoc eſt, biſangum in pago Rinenſi, in *Baſinsheimere* marcha, cui ſubjungitur ex una parte res ſancti N. ex altera parte, id eſt, in aquilonali res mea, a die præſente de jure meo in jus & dominium ſancti N. trado atque transfundo perpetualiter ad poſſidendum, *& cetera usque*: Actum in monaſterio *Lauresham* anno Dominicæ incarnationis DCCCXLVIII, ſub die V kalendas Auguſti. Signum Adaluuini, qui hanc donationem fecit, ſignum Zeizonis, Gundoldi, Helandi, Adaluuini, Adalhohi, Eginonis, Starcheri, Reginberti, Heimirici, Friduberi. Ego Himmi indignus monachus ſcripſi in vice Thiothroci. 28. Jul.

CCLXII.

Donatio Adaluuini in eadem villa anno X regni domini Ludowici imperatoris piiſſimi (b), *Samuele abbate.*

Ego in Dei nomine Adaluuinus pro animæ meæ remedio, ſeu propter pecuniam modo mihi neceſſariam, dono ad ſanctum Chriſti martyrem Nazarium, qui requieſcit in corpore in pago Rinenſi in monaſterio Lauresham, ſito ſuper fluvium Wiſscoz, vel ad illam ſanctam congregationem monachorum, quæ ibidem ſub venerabili viro Samuele epiſcopo atque abbate die noctuque Domino Deo deſervire videtur, donatumque in perpetuum eſſe volo & promptiſſima voluntate confirmo, hoc

Germania feciſſe filio ſuo Ludovico, cognom. Germanico. Vidimus ſupra, eundem ſcriptorem pari ignorantia confudiſſe Lotharios, patrem & filium. Vid. pag. 51.

(b) Idem error, ut ex Samuele abbate intelligimus, qui cum monaſterio ſuo ſeptendecim annis præfuiſſet, electus non 817, uti male legitur p. 56, ſed an 837, obiit denique an. 855, regnante Ludovico Germ. Vid. pag. 64.

hoc eſt, rem propietatis meæ in *Baſinsheim* inter terram factam & adhuc in ſilva faciendam ad x jurnales, a die præſente de jure meo *& cetera omnia usque*: ſtipulatione ſubnixa.
15. Oct. Actum in monaſterio *Laureſham* idus Octobris. Signum Adalwini, qui hanc donationem fecit, ſignum Ciluuardi, Welafrid, Geroldi, Grimoldi, Hucberti, Wolfheri, Egilberti. Ego Thiothroch monachus ſcripſi.

CCLXIII.

Donatio Liuttwini ibidem anno XI regni domini Ludowici imperatoris, Adalungo abbate.

Ego in Dei nomine Liuttuuin pro remedio animæ meæ dono ad ſanctum Chriſti martyrem Nazarium, qui requieſcit in corpore in monaſterio Laureſham, ubi vir venerabilis Adalungus abba præeſſe videtur, donatumque in perpetuum eſſe volo, & promptiſſima voluntate confirmo, hoc eſt, rem proprietatis meæ in pago Rinenſi, in villa *Baſinsheim*, quidquid in ea videor habere, ſicut mihi ex hereditareo jure parentum meorum conſtare videtur, ſeorſum pariter fratrum & ſororum mearum diviſa, quod ego ſingulariter usque in præſens poſſedi & tenui, totum & ad integrum, tam manſis, terris, pratis, paſcuis, perviis, ſilvis, vineis, domibus, ædificiis, omnia & ex omnibus a die præſente trado atque transfundo perpetualiter ad poſſidendum, ita, ut ab hac die & deinceps ad ipſum ſanctum locum proficiat in augmentum ſtipulatione ſubnixa. Actum
22. Oct. in monaſterio *Laureſham* ſub die XI kalendas Novembris. Signum Liuttwini, qui hanc donationem fieri & firmari rogavit, ſignum Eberhelmi, Ciluuardi, Reginhelmi, Wolfrich, Albuuini, Liuthelmi, Berethfridi, Nithardi, Gozonis. Ego Altuuinus ſcripſi.

CCLXIV.

CCLXIV.

Donatio Wighelmi anno XIII regni Ludewici imperatoris, Adalungo abbate.

In Chriſti nomine, ego Wighelmus pro remedio animæ, & conjugis meæ Eugeniæ dono ad ſanctum Dei martyrem Nazarium, qui requieſcit in corpore in monaſterio *Laureſham*, quidquid ego & conjux mea Eugenia in villa *Baſinsheim* habemus propietatis, tam manſis, terris, pratis, paſcuis, ſilvis, omnia & ex omnibus a die præſente trado atque transfundo, *& reliqua omnia ut ſupra usque*: Actum ſub die V kalendas Septembris. Signum Wighelmi, qui hanc donationem fecit, ſignum Reginhelmi, Rutwig, Erbiuuardi, Gundoldi, Altuuini, Berthuuini, Heidánrici, Cunibexti, Wighardi, & ceterorum ſupra ſcriptorum. 28. Aug.

CCLXV.

Donatio Richelmi in eadem villa, anno V Ludowici junioris, Samuele abbate.

Licet parva & exigua ſint, quæ pro inmenſis peccatis noſtris Chriſto offerimus, tamen pius Dominus noſter non quantitatem muneris, ſed cor inſpicit offerentis, qui dicit, date elemoſinam, & omnia munda ſunt vobis. Idcirco ego Richelmus cogitans de timore Dei, vel æterna retributione, ut veniam de peccatis meis apud Dominum adipiſci valeam, dono ad ſanctum Dei martyrem N. qui requieſcit in corpore in pago Rinenſi, in monaſterio Laureſham, ſito ſuper fluvium Wiſscoz, ubi pretioſa congregatio monachorum die noctuque deſervire videtur Domino, & Samuel epiſcopus & abba præeſſe dinoſcitur, donatumque in perpetuum eſſe volo, & promptiſſima voluntate confirmo, hoc eſt, rem meam in villa nuncupata *Baſinsheim*, quidquid in eadem marca proprietatis habere viſus

ſum, tam terris, domibus, ædificiis, perviis, ſiluis, campis, vineis, paſcuis, aquis, aquarumve decurſibus, pratis, molinariis, atque mancipiis diverſi ſexus & ætatis, cultis rebus & incultis, moventibus ſe & inmobilibus, cum omnibus appenditiis & ad ſe pertinentibus, hæc omnia ſub integritate a die præſente de jure meo in jus & dominium ſancti N. trado atque transfundo perpetualiter ad poſſidendum, *& reliqua omnia usque:* Actum in monaſterio *Laureſham*
25. Jan. publice, anno Dominicæ incarnationis DCCCXIV, ſub die VIII kalendas Februarii. Signum Richelmi, qui hanc donationem fieri & firmari rogavit, ſignum Werinbaldi, Richelmi, Theodadi, Suelmanni, Othrammi, Nendingi, ſignum Ruthardi, Rutuuigi, Altradi, Albrici, Dattonis, Herphridi, ſignum Ruderici, Hartdradi, Rutfolgi, Reginbodonis, Luitbrandi, ſignum Theodakar, Rutfridi, Rodomanni, Saramanni, Eberhelmi. Ego Thietroch rogatus hanc donationem conſcripſi.

CCLXVI.

Donatio Amanoldi in Buoſinesheim, anno XVII regni domini noſtri Karoli magni imperatoris, Richbodone abbate.

In Chriſti nomine, ego Amanoldus pro remedio animæ meæ & germani mei Hadabaldi dono ad ſanctum Dei martyrem Nazarium, qui requieſcit in corpore in pago Rinenſi, in monaſterio Laureſham, ſito ſuper fluvium Wiſscoz, vel ad illos ſervos Dei, qui ibidem deſervire videntur, ubi vir venerabilis Richbodo abba præeſſe dinoſcitur, donatumque in perpetuum eſſe volo & promptiſſima voluntate confirmo, hoc eſt, in pago Rinenſi, in *Buoſinesheim*, manſis, terris, ſiluis, & prata in tribus locis, vel quidquid pater noſter nobis hereditavit, & quidquid ibi habere viſi fuimus, a die præſente trado atqne transfun-

fundo, ita ut ab hac die ad ipſum ſanctum locum vel ad agentes ipſius omni tempore proficiat in augmentum, ſtipulatione ſubnixa, Actum in monaſterio *Lauresham* ſub die XV kalendas Novembris. Signum Amanoldi, qui hanc donationem fecit, ſignum Rouholdi, Woldolfi, Erphonis, Rahcholfi, Binini, Alberti, Adalradi. Ego Rudolfus rogatus ſcripſi. 18. Oct.

CCLXVII.

Donatio Waltmundi & Hugimundi, filiorum Ebermundi, anno XXII domini noſtri Karoli magni imperatoris, Rihbodone abbate.

Audivimus, cum evangelium legeretur, vocem illam tonitrualis evangeliſtrarum ſententiæ, in qua dicit dominus noſter Jeſus Chriſtus, date elemoſinam & ecce omnia munda ſunt vobis, & alibi, ſicut aqua extinquit ignem, ita elemoſina extinquit peccatum. Idcirco nos in Dei nomine Waltmundus, filius quondam Ebermundi, & Hugimundus, filius meus, donamus ad ſanctum dei martyrem Nazarium, qui requieſcit in corpore in monaſterio, quod appellatur Laureſham, ſuper fluvium Wiſſcoz ſito, vel ad illam ſanctam congregationem monachorum, quæ ibidem adunata eſt, ubi vir venerabilis Rihbodo abba præeſſe videtur, donatumque in perpetuum eſſe volo & promptiſſima voluntate confirmo, hoc eſt, rem noſtram in pago Rinenſi, in villa *Buoſinesheim* jjj manſos, & quidquid in ipſa marca videor habere, terris, campis, pratis, paſcuis, perviis, ſilvis, vineis, domibus, ædificiis, propriſos jjj utriusque ſexus, majoris & minoris, item in *Wormacinſe*, in *Oppenheim*, vineas v, ſimiliter in *Uminesheim* j vineam & j manſum, & octoginta duos jurnales de terra in *Winolfesheim*, ſimiliter in *Wintersheim* & quidquid jam dictis locis habere videmur, tam de alode parentum quam de quolibet attracto ad nos noſcitur perveniſſe utriusque ſexus, in majore vel minore, mobilibus

vel

vel inmobilibus, quidquid dici vel denominari poteſt, & mancipia his nominibus: Ratdolf, Werinbalt, Luitman, Rigniu, Wigman, Giſelof, Baldrig, Lioplint, Rihlint, Ratlint, Ratpreth, Luitbreth, Vunihilt, Willihart, a die præſente de jure noſtro in jus & dominationem ſancti N. tradimus atque transfundimus, in Dei nomine perpetualiter ad poſſidendum, ita ut ab hac die & deinceps ad ipſum ſanctum locum, vel ad agentes ejus omni tempore proficiat in augmentum ſtipula-
22. Oct. tione ſubnixa. Actum in monaſterio *Lauresham* XI kalendas Novemb. Signum Waltmundi clerici, & Hugimundi clerici, qui hanc donationem fieri & firmari rogaverunt. Ego Rudolfus rogatus hanc donationem ſcripſi.

CCLXVIII.

Donatio Urendil & Eginae conjugis ejus in eâdem villa, anno XIIII regni domini noſtri Karoli magni imperatoris, Helmerico abbate.

Nos in Dei nomine Urendil & conjux mea Egina pro remedio animæ noſtræ ſeu pro æterna retributione donamus ad ſanctum martyrem Chriſti Nazarium, qui requieſcit in corpore in monaſterio Lauresham, rem noſtram in pago Rinenſi in villa, quæ dicitur *Buoſinesheim*, quidquid Orendil tradidit Eginæ conjugi ſuæ, in dotis titulo, & quidquid ipſe in eadem marça viſus fui habere. Similiter & in *Leheim*, quidquid ibi habuimus in his duobus locis, tam manſis, campis, pratis, paſcuis, perviis, ſilvis, vineis, ædificiis, acolabus, & mancipia xjj, omnia & ex omnibus, totum & ad integrum, a die præſente tradimus atque transfundimus, *& reliqua omnia ut*
3. Jun. *ſupra usque*: Actum in monaſterio *Lauresham* ſub die III non. Junii. Signum Orendil & conjugis ejus Eginæ, qui hanc donationem fieri & firmari rogaverunt, ſignum HEIMERICI COMITIS, ſignum Guntramni, Bennonis, Frickonis, Liutgeri, Hado-

Hadonis, Radonis, ſignum Hartuuini, Witterammi, Erbio-oris, Zeizonis, Berthelmi, Rutberti. Ego Reginbertus ſcripſi.

CCLIX.

Donatio Strahelmi clerici in Buoſinesheim, anno XII regni Ludowici imperatoris, Adalungo abbate.

Ego in Dei nomine Stralhelm clericus pro remedio animæ meæ dono ad ſanctum martyrem Chriſti Nazarium, qui requieſcit in corpore in monaſterio Laureſham, rem meam in *Buoſinesheim*, hoc eſt, j manſum & jurnales vjjj, & de pratis ad carradas vjjj, de vinea ad j carradam, in *Uppenheim* unam petiolam de vinea, a die præſente de jure meo in jus & dominium ſancti Nazari trado atque transfundo perpetualiter ad poſſidendum, ita, ut ab hac die & deinceps ipſi ſancto loco omni tempore proficiat in augmentum ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio *Laureſham*. Signum Stralhelmi, qui hanc donationem fecit, ſignum Eberhelmi, Osirici, Witheri, Bubonis, Albrat, Altberti, Rutwigi, Rutwini, Ruthohi, Gerrammi, Machelmi, Racholfi. Altwin ſcripſit.

CCLXX.

Donatio Folckradi in Buoſinesheim, anno XVII regni Ludewici pii, Adalungo abbate.

In Dei nomine ego Folcrat pro remedio animæ meæ & Hugimundi dono ad ſanctum Chriſti martyrem N. qui requieſcit in corpore in monaſterio Laureſham, ubi vir venerabilis Adalungus abba præeſſe videtur, hæc ſunt mancipia numero xxv, Irmindruth, Reginſuuint, Wenilo, Humbreth, Waltbertus, Gerbertus, Amala, Hiltdeſuuint, Wolfmunt, Eriuuin, Adelhart, Heriwart, Aralint, Rutlint, Liutſuint, Werinbalt, Liebeſta, Irminſuint, Wolfsuint, Amalſuint, Ratbirc, Hil-

 dimar,

dimar, Hadibalt, Odaltruth, & filii ejus, & in *Buoſinsheim* vineam j, & in *Obbenheim* jjj vineas, & in *Umineſheim* manſum j, & quidquid in iſtis jam dictis locis Hugimunt habuit proprietatis, totum & ad integrum a die præſente trado atque transfundo ad ipſum ſanctum locum, ut ipſi omni tempore
16. Apr. proficiat in augmentum. Actum in monaſterio *Laureſham* XVI kalendas Maji. Signum Folcradi, qui hanc donationem fecit, ſignum Happonis, Birningi, Altberti, Gutheri, Wolafridi, Giſelfridi, Bernhardi, Gimmundi, Reginberti. Altuuinus ſcripſit.

CCLXXI.

Donatio Guntrammi & Wialdrudis in eadem villa, anno XXI regni Ludewici imperatoris, Adalungo abbate.

Ego in Dei nomine Wialdrud & Guntram pariter mecum pro remedio animæ noſtræ & pro anima RUPERTI COMITIS, quondam viri mei, donamus ad ſanctum martyrem Chriſti Nazarium, qui requieſcit in corpore in monaſterio Laureſham, rem noſtram in *Buoſineſheim* manſum j cum ædificio, jurnales xxjj, prata ad carradas x feni, & quidquid ad ipſum manſum legitime pertinere videtur, a die præſente tradimus atque transfundimus in Dei nomine perpetualiter ad poſſidendum, ita, ut ab hac die & deinceps eidem monaſterio proficiat in aug-
19. Febr. mentum. Actum *Laureſham* XI kalendas Martii. Signum Wialdrut, quæ hanc donationem fecit, ſignum Engilhelmi, Bubonis, Odaceri, Adalrici, Ruotberti, Adalungi, Egilberti, Eidringi, Erbiuuardi. Altuuinus ſcripſit.

CCLXXII.

CCLXXII.

Traditio Gundolfi & conjugis ejus Hiltradae in eadem villa, anno XXXIII Ludewici regis junioris, Eigiberto abbate.

Nos in Dei nomine Gundolfus & conjux mea Hiltrat pro remedio animæ noſtræ donamus ad ſanctum martyrem Chriſti Nazarium, qui requieſcit in corpore in monaſterio Laureſham, res noſtras in *pago Rinenſi*, in villa, quæ dicitur *Buoſinesheim*, quidquid ibidem proprietatis habere viſi fuimus, tam manſis, terris, domibus, ædificiis, campis, pratis, paſcuis, perviis, ſilvis, cultis & incultis, ſeu quidquid nominari vel dici poteſt, quod ad eandem rem legitime pertinere videtur, & in *Wormacinſe* in villa *Dinenheim* manſum j & vineam j, hæc omnia ſuperius comprehenſa de jure noſtro in jus & dominium ſancti Nazarii tradimus atque transfundimus a die præſente perpetualiter ad poſſidendum, ita, ut ab hac die ad ipſum ſanctum locum &c. ſtipul. ſubnixa. Actum in monaſterio *Laureſham* VII idus Maji. Signum Gundolfi & Hiltradæ conjugis, qui fecerunt hanc donationem & firmari rogaverunt Signum Gutheri, Reginberti, Rutwigi, Rutberti, Sigeuuini, Werinbaldi, Ditto, Nantheri, Eugilberti, Geroldi, Frankonis, Wolfbern, Gatto, Eburkar, Rutmundi, Gibiho, Altrat, Waltheri, Hiltuuini, Ratroh. Tiothrach ſcripſit. 9. Maj.

CCLXXIII.

Donatio Reginmundi in eadem villa anno VI regni Heinrici regis anno DCCCCXXVI.

In Dei nomine ego Regimunt & conjux mea Gerſuuint donamus ad ſanctum martyrem Chriſti Nazarium, qui requieſcit in corpore in pago Rinenſi, in monaſterio, quod vocatur Laureſham, ſuper Wiſſcoz fluvium, rem meam in villa *Buoſinesheim*,

heim, manſum j & xv jurnal. *etc. omnia ut ſupra uſque:*
20. Jun. Actum in monaſterio *Lauresham* XII kalendas Julii. Signum Regimundi, qui hanc donationem fecit, ſignum Erlini, Libolfi, Waldolfi, Reginbodonis, Rutwardi, Adelbodonis, Oſirici, Richbodonis, Otberti, Gerbodonis, Dietgoci, Geroldi, Weningi, Folcberti, teſtes laici Benzo, Neldingine, Gerlachi.

CCLXXIV.

CCLXXIV.

Donatio Gumberti in Niwwenheim in Lobdunenſi, anno XIIII regni domini Pippini regis.

Si aliquid de rebus noſtris locis ſanctorum vel in ſubſtantiam pauperum conferrimus, hoc nobis procul dubio in æterna retributione apud Deum reſtitui confidimus. Igiturego Gumpertus in nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti pro animæ meæ remedio dono, donatumque in perpetuum eſſe volo ad baſilicam ſancti Nazarii, quæ conſtructa eſt ſuper fluvium Wiſſcoz, vineam meam in *pago Lobdunenſi*, in villa *Niuuenheim*, ex cujus una parte attinetur vinea Frideburgæ, & de alia parte via publica, in tertia parte ſuberfluit *Neckar* fluvius, in ea ratione, ut ab hac die ipſa ecclesia vel agentes ejus debeant dominando perpetualiter poſſidere, ita, ut ab hac die & deinceps jure habendi, tenendi, dominandi, vel quidquid exinde pro oportunitate ipſius baſilicæ elegerint faciendi, liberam in omnibus habeant poteſtatem. Si quis vero contra hanc parvulam donationem a me factam venire temptaverit, & eam infringere vel mutare voluerit, tunc partibus baſilicæ ſancti Petri auri ſolidos jjj, argenti pondera jj inferat, & tamen quod repetit, evendicare non valeat, ſed præſens iſta donatio omni tempore firma & ſtabilis permaneat ſtipulat. ſubnixa.
Actum in *Lobdenenſi civitate publica*, idus Novembris. Signum 13. Nov.
Gumberti, qui hanc donationem fieri & firmari rogavit, ſignum Harifridi, Nardaberti, Raginperti, Zeizonis, Onolbaldi. Haſſi indignus præsbiter donatinonem iſtam ſcripſi rogatus & ſubſcripſi.

Y y CCLXXV.

CCLXXV.

Donatio Ruperti & Hadonis in Niuwenheim anno XIIII domini noſtri Karoli magni glorioſi imperatoris Helmerico abbate.

Ego in Dei nomine Rupertus & Hado pro anima Giſelbaldi donamus ad ſanctum martyrem Chriſti Nazarium, qui requieſcit in corpore in pago Rinenſi, in monaſterio, quod vocatnr Lauresham, ſuper fluvium Wiſſcoz ſito, vel ad illam ſanctam congregationem monachorum, quæ ibidem Deo ſervire videtur, ubi vir venerabilis Helmericus abba præeſſe dignoſcitur, donatumque in perpetuum eſſe volumus & promptiſſima voluntate confirmamus, hoc eſt, quod ipſe tradidit nobis ſuper fluvium *Neckar*, in *Niuuuenhofen*, in confini *Hantſhcuesheim* j vineam, cui ſubjunguntur duæ partes noſtræ portionis, de j latere Frideburgæ, de tertio ſupra dictus fluvius, a die præſente tradimus atque transfundimus in Dei nomine perpetualiter ad poſſidendum, ita, ut ab hac die & deinceps ad ipſum locum ſanctum, vel ad agentes ipſius omni tempore proficiat in augmentum, ſtipulat. ſubnixa. Actum in mona-
28. Febr. ſterio *Lauresham* II kalendas Martii. Signum Rutperti & Hadonis, qui hanc donationem fieri, & firmari rogaverunt, ſignum Waldrici, Albrici, Herpholdi, Wachi, Rutperti, Germundi. Ego Grimarius ſcripſi.

CCLXXVI.

Donatio Richoldi in eadem villa anno XIIII regni domini noſtri Karoli magni glorioſi imperatoris, Gundelando abbate.

In Chriſti nomine ego Richoldus dono ad ſanctum Dei martyrem Nazarium, qui requieſcit in corpore in pago Rinenſi, in

in monaſterio, quod vocatur Laureſham, ſuper fluvium Wiſſcoz ſito, hoc eſt, rem meam in *Lobdunenſi*, in villa, quæ dicitur *Niuuuenheim*, portionem de una vinea, quam heredes mei ante tradiderunt, a die præſente trado atque transfundo in Dei nomine perpetualiter ad poſſidendum, ita ut ab hac die & deinceps ad ipſum ſanctum locum vel ad agentes ipſius omni tempore proficiat in augmentum ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio *Laureſham* idus Martii. Signum 15. Mart.
Richolt, qui hanc donationem fieri & firmari rogavit, ſignum Moroldi, Babonis. Ego Rudolfus ſcripſi.

CCLXXVII.

Donatio Helmbaldi in eadem villa, anno VIII Ludowici regis, Samuele abbate.

Ego in Dei nomine Helmbaldus pro Dei intuitu & pro animæ meæ remedio, ut veniam de peccatis meis apud Deum adipiſci merear, dono ad ſanctum Chriſti martyrem Nazarium, qui requieſcit in corpore in monaſterio Laureſham, hoc eſt, rem meam in *pago Lubdunenſi*, in villa *Niuwenheim* aream j, & de terra arabili jurnal. x, & in *Doſſenheim* vineam j, & in *Sitdenheim* jjj jurnal. prati, & mancipia tria his nominibus, Albſuint, Albhart, Baldrich, & quidquid ad easdem res legitime pertinere videtur, tam terris, domibus, ædificiis, caſticiis, vineis, pratis, paſcuis, campis, ſilvis, viis, perviis, uuadris, capis cultis & incultis, mobilibus & immobilibus, totum & ad integrum, a die præſente de jure meo in jus & dominationem ſancti Nazarii, rectorumque ejusdem monaſterii trado atque transfundo in Dei nomine perpetualiter ad posſidendum, *& cetera omnia usque*: ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio *Laureſham* III kalendas Martii. Signum Helm- 27. Febr.
baldi, qui hanc donationis cartulam fieri & firmari rogavit, ſignum Racheri, Nantheri, item Racheri, Dindonis, Rut-

 gangi,

gangi, Wolfgangi, Rantberti, Altuuini, Willibrath, Luibert, Otbrath, Druthmar, Hildibrath, Bruningi, Wolf. Tiethroh ſcripſit.

CCLXXVIII.

Donatio Adalradi, quam dedit filio ſuo iſtius cenobii monacho Salemanno & ſancto Nazario in Niuwenheim anno XXVIII regni Ottonis imperatoris auguſti, Gerbodone abbate.

In Chriſti nomine. Dum non eſt incognitum, ſed teſtibus idoneis videntibus conſtat eſſe manifeſtiſſimum, qualiter ego Adalrat cogitans pro remedio animæ meæ, parentumque meorum futura retributione quasdam res proprietatis meæ in *pago Lobodonenſi*, in *praeſidatu* CUNRADI COMITIS, in villa vel marcha *Niuwenheim* ſitas, ad ſanctum Dei N. tradidi, qui requieſcit corpore in pago Rinenſi, in loco, qui dicitur Laureſham, ubi venerabilis Gerbodo abbas præeſſe videtur, ea videlicet ratione, ut filius meus Salemannus, ejusdem monaſterii monachus, cum venerabilis præfati abbatis ceterorumque fratrum commeatu idem prædium cum univerſis utilitatibus ad illud pertinentibus teneat, atque meæ commemorationis cauſa in uſus fratrum usque ad exitum vitæ ſuæ procurandum habeat. Si quando Deo jubente ille obirit, tunc ſancta congregatio monachorum, qui ibidem die noctuque Domino deſervire dinoſcitur, liberum ac firmiſſimum habeant arbitrium.
13. Maj. Facta autem eſt hæc karta traditionis III idus Maji, anno ab incarnatione Dom. DCCCCLXVI, indictione VIIII. Signum Adelradi, qui hanc kartam firmare rogavit, ſignum Gerhardi, Mengotti, Wicnandi, Reginberti, Wezelini, Adelradi, Ecco, Dudo, Gerhoh, Reginbodo, Ratheri, Adelhart, Hertdrich, Adelbrath, Einhart. Udilbalt ſcripſit.

CCLXXIX.

Donatio Nordoini in Hantscuesheim.

Regnante domino noſtro glorioſiſſimo rege Pippino ego Nordoinus pro Dei intuitu, vel pro animæ meæ remedio, ſeu pro æterna retributione, ut veniam de peccatis meis adipiſci merear, per hanc kartulam donationis ſive teſtamentum dono a die præſente ad ſanctiſſimum Dei martyrem Nazarium, qui requieſcit in pago Rinenſi corpore in loco, qui vocatur Laureſham, ſuper fluvium Wiſſcoz ſito, vel ad illam ſanctam congregationem monachorum, qui ibidem Deo ſervire videntur, ubi vir venerandus Gundelandus abba præeſſe dinoſcitur, donatumque in perpetuum eſſe volo, & promptiſſima voluntate confirmo, hoc eſt, rem meam in *pago Lobodoninſe*, in *Hantscuesheim*, tam manſis, campis, pratis, ſilvis, aquis, aquarumve decurſibus, omnia & ex omnibus, totum & ad integrum, quantumcunque in jam dicto loco habere debeo, de jure meo in jus & dominium ſancti Nazarii trado atque transfundo perpetualiter ad poſſidendum, ita, ut ab hac die habeatis jure habendi, tenendi, donandi, comuttandi, vel quidquid exinde facere volueritis, liberam ac firmiſſimam in omnibus habeatis poteſtatem. Si quis vero, quod futurum eſſe minime credo, ſi ego ipſe, aut ullus de heredibus meis, ſeu aliqua extranea perſona, qui contra hanc donationem a me factam venire temptaverit, aut eam infringere vel immutare voluerit, cuiquam maledicere nolumus, caveat ne iram Dei omnipotentis incurrat, & inſuper inferat una cum ſacratiſſimo fiſco auri denarios x, argenti pondus unum, multa ſuſtineat, & quod repetit, evendicare non valeat, ſtipulatione ſubnixa. Actum in loco publico, qui vocatur *Lauresham*, XIII kalendas Maji. 19. Apr. Signum Nordoini, qui hanc donationem fieri rogavit, ſignum Giſelhelmi, Waningi, Ratfridi, Erkanfridi, Wolfgrimi, Rutdrid, Guntbaldi, Tanzo. Ego Haribertus ſcripſi & ſubſcripſi.

CCLXXX.
Donatio Hildiberti in eadem villa.

Ejusdem principis tempore ego Hildibertus in Chriſti nomine dono pro remedio animæ meæ ad ſanctum Dei martyrem N. qui requieſcit in corpore in monaſterio Lauresham, rem meam in *pago Lubodoninſe*, in villa *Hantscuesheim* vineam j a die præſente trado atque transfundo perpetualiter ad poſſidendum, ut omni tempore ad ipſum ſanctum locum proficiat in augmentum ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio *Lau-*
23. Maj. *resham* X kalendas Junii. Signum Hildiberath, qui hanc donationem fieri rogavit, Hildifrit, Lantbald, Nanther. Ego n. Samuel rogatus ſcripſi hanc donationem.

CCLXXXI.
Donatio Siguuin in Hantscuhesheim anno XIII regni domini Pippini regis, Rutgango archiepiſcopo & abbate.

Ego in Dei nomine Sigewinus & pro animæ meæ remedio ſeu & pro æterna retributione per hanc cartam teſtamenti dono ad eccleſiam peculiaris patroni mei ſancti Nazarii martyris, qui requieſcit in corpore in pago Rinenſi, in monaſterio, quod vocatur Lauresham, ſito ſuper fluvium Wiſſcoz, ubi dominus pater meus vir apoſtolicus Rutgangus abbas eſſe videtur, idem vineam meam in *pago Lobodoninſe* in villa *Hantſcuesheim* ſuper fluvium *Neckar* in ea conditione, ut ab hac die ipſius monaſterii monachi habeant, teneant atque poſſideant, vel quidquid exinde facere voluerint, liberam & firmiſſimam in omnibus habeant poteſtatem. Si quis vero, quod futurum eſſe minime credo, ſi ego ipſe, quod abſit, aut ullus de heredibus meis vel proheredibus, vel quislibet vel extranea perſona, qui contra hanc donationem venire conatus fuerit, aut irrumpere voluerit, iram Dei omnipotentis incurrat, inſuper

etiam

etiam inferat ipſius monaſterii ſacratiſſimis fratribus auri libram j, argenti pondera jj, & hoc, quod repetit, evendicare non valeat, ſed hæc preſens donatio firma & ſtabilis omni tempore permaneat, ſtipulatione ſubnixa. Actum in *Lobodone caſtro*, coram teſtibus, XI kalendas Auguſti. Signum Si- 22. Jul.
gewini, qui hoc teſtamentum fieri & firmari rogavit, ſignum WARINI COMITIS, Waldolfi, Aſericho, Agrimo, Ruthau, Waningo, Nandingo, Hariberto, Harirado. Donadeus ſcripſit.

CCLXXXII.

Donatio Wacchonis & Radogiſi in eadem villa anno XIIII Pippini regis, Gundelando abbate.

Nos Waccho & Radogis, nec non & Guntſo pro Dei intuitu, vel pro animæ noſtræ remedio, ſeu & pro æterna retributione, ut veniam delictorum noſtrorum poſſimus conſequi, per hanc kartulam donationis ſive teſtamentum donamus a die præſente ad ſanctum martyrem Chriſti Nazarium, qui requieſcit in corpore in pago Rinenſi in loco, qui appellatur Laureſham, ſuper fluvium Wiſſcoz ſito, hoc eſt, rem noſtram in *pago Lobodoninſe*, in *Hantſcuchesheim* vineam noſtram, quæ tenet dimidium jurnal. de terra, de cujus uno latere tenet Wigram, de alio Angilrada, a die præſente de jure noſtro in jus & dominationem ſancti Nazarii tradimus atque transfundimus perpetualiter ad poſſidendum, ita ut ab hac die habeatis jure habendi, tenendi, donandi, commutandi, vel quidquid exinde facere volueritis, liberam ac firmiſſimam in omnibus habeatis poteſtatem. Si quis vero, quod futurum eſſe non credo, *& cetera omnia ut ſupra*. Actum in monaſterio *Laureſham* X 23. Jul.
kalendas Auguſti. Signum Wacchonis, qui hanc donationem fecit, ſignum Bernoin, Graoine, Baldoin, Leuthardi.

CCLXXXIII.

CCLXXXIII.

Donatio Liuthardi in eadem villa anno XIIII regni domini noſtri Pippini regis, Gundelando abbate.

In Chriſti nomine, ego Liuthardus pro Dei intuitu, vel pro animæ meæ remedio ſeu & pro æterna retributione per hanc kartulam donationis ſive teſtamentum dono a die præſente ad ſanctum martyrem Chriſti Nazarium, qui requieſcit in corpore in pago Rinenſi, in loco, cui vocabulum eſt Lauresham, rem meam in *pago Lobodoninſe*, in villa, quæ dicitur *Hantſcuhesheim*, vineam meam, de cujus uno latere tenet Notbald, de alio ratione ſancti N. attingitur, & de una fronte tenent Berno & Baldolno, ad integrum de jure meo in jus & dominationem præfati martyris trado atque transfundo, in Dei nomine perpetualiter ad poſſidendum. Si quis vero, quod futurum eſſe minime credo, *& cetera omnia, ut ſupra, usque:* Actum in
25. Jun. monaſterio *Lauresham* ſub die VII kalendas Julii. Signum Liuthardi, qui hanc donationem fieri & firmari rogavit, ſignum Geraldi, Richulfi. Wiggarius ſcripſit.

CCLXXXIV.

Donatio Wolfgeri in eadem villa anno XIIII regni Pippini regis, Gundelando abbate.

In Chriſti nomine, ego Wolfgerus pro remedio animæ matris meæ Buggaranæ vel pro æterna retributione per hanc donationis kartulam ſive teſtamentum dono a die præſente ad ſanctum Dei martyrem Nazarium, qui requieſcit in corpore in pago Rinenſi, in monaſterio, quod vocatur Lauresham, ſuper fluvium Wiſſcoz ſito, hoc eſt, vineam meam in villa *Hantſcuchesheim*, in *pago Lobodonenſi*, ad integrum trado atque transfundo de jure meo in jus & dominium ſancti N. perpetualiter ad poſſidendum, ita ut ab hac die & deinceps habeatis

jure

jure habendi, tenendi, donandi, comutandi, vel quidquid exinde facere pro utilitate ipſius monaſterii volueritis, liberam ac firmiſſimam in omnibus habeatis poteſtatem. Si quis vero, quod futurum eſſe credo minime, *& cetera omnia, ut ſupra, usque :* Actum in monaſterio *Lauresham* publice V idus Aprilis. 9. Apr.
Signum Wolfgarii, qui hanc donationem fecit.

CCLXXXV.

Donatio Erkanfridi in eadem villa anno XV regni domini noſtri Pippini regis, Gundelando abbate.

Ego in Dei nomine Erkanfrid dono ad eccleſiam ſancti Nazarii Lauresham, vineam unam in *pago Lobodoninſe*, in *Hantſcuhesheim*, quam tradidit mihi Ratfrit manu poteſtativa, hanc transfundo de poteſtate mea in poteſtatem ſancti martyris N. cum ſtipulat. ſubnixa. Actum *Lauresham* X die menſis Aprilis. Signum Erkanfridi, qui hanc donationem fecit, ſignum Ermanfrid, Gammo, Cuniberti. Udilhart ſcripſit.

CCLXXXVI.

Donatio Manaoldi in eadem villa anno ejusdem principis quo ſupra.

In Chriſti nomine ego Manegoldus pro Dei intuitu, vel pro animæ meæ remedio, ſeu pro æterna retributione per hanc kartulam donationis dono ad ſanctum Dei martyrem N. qui requieſcit in corpore in pago Rinenſi, in monaſterio Laureſham, ſuper fluvium Wiſſcoz ſito, vel ad illam ſanctam congregationem monachorum, quæ ibidem ſervire videtur, ſub venerabili Gundelando abbate, donatumque in perpetuum eſſe volo, & promptiſſima voluntate confirmo, hoc eſt, rem meam in *pago Lobodoninſe*, in loco nuncupato *Hantſcuhesheim*, tertiam partem unius manſi & tertiam partem unius vineæ, a die præ-

ſente & deinceps, *& reliqua usque*: Actum in loco publico, qui
17. Apr. appellatur *Lauresham* XV kalendas Maji. Signum Manaoldi, qui hanc donationem fieri & firmari rogavit, ſignum Giſibaldi, Teutbaldi. Ego Samuel ſcripſi.

CCLXXXVII.

In eodem anno, quo ſupra, donatio Gautſeri in eadem villa.

In nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti ego Gautſeri pro remedio animæ meæ ſeu & pro æterna retributione dono ad ſanctum Nazarium, qui requieſcit in corpore in pago Rinenſi, in monaſterio Lauresham, ſuper fluvium Wiſſcoz ſito, hoc eſt, vineam meam in *Hantſcuhesheim*, quæ tenet duos ſcamellos, ipſam vineam a die præſente trado atque transfundo de jure meo in jus & dominationem ſancti N. perpetualiter ad poſſidendum. Si quis vero, quod omnino futurum eſſe non credo, *& reliqua usque*: cogente fiſco auri uncias v, argenti pondera jj multa ſuſtineat, *&*: Actum in monaſterio *Lauresham* publice die & tempore quo ſupra. Signum Gautſeri, qui hanc donationem fieri & firmari rogavit. Ego Samuel rogatus ſcripſi.

CCLXXXVIII.

Anno quo ſupra donatio Alaichonis.

Anno XV domini noſtri Pippini regis, ego Alaicho & conjux mea Bertſuint pro amore Dei & ſancti Nazarii & remiſſione peccatorum noſtrorum & pro æterna retributione per hanc kartulam donationis dono ad ipſum Dei martyrem N. qui requieſcit in corpore in pago Rinenſi, in monaſterio, quod vocatur Lauresham, ſuper fluvium Wiſſcoz ſito, vineam j in *Hantſcuhesheim* tenentem plus minus jurnal. jj, a die præſente ad integrum de jure meo in jus & dominium præfati martyris

trado

trado atque transfundo in Dei nomine perpetualiter ad poſſidendum, ita ut ab hac die & deinceps omni firma & ſtabilis permaneat præſens donatio ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio *Lauresham* publice V non. Junii. Signum Alaicho & Bertſuindæ, qui hanc donationem pariter fieri & firmari rogaverunt, ſignum Rachio, Engilberti filii ſui, Arigauz, Wildrih, Immunt, Haderich, Ruottman, Ericcho, Germunt. Ego Samuel ſcripſi hanc donationem.

CCLXXXIX.

Donatio Ruodingi, Aginoldi & Bacchildis in Hantſcuhesheim anno XV regni domini noſtri Pippini regis Gundelando abbate.

In nomine patris & filii & ſpiritus ſancti. Ille bene poſſedit res in hoc ſeculo, qui ſibi de caducis comparat æterna premia. Idcirco nos Chroding & Aginolt & Bacchilt pro Dei intuitu, vel pro animæ noſtræ remedio, ſeu pro æterna retributione per hanc kartulam donationis donamus ad ſanctum Dei martyrem Nazarium, qui requieſcit in corpore in pago Rinenſi, in monaſterio, quod vocatur Lauresham, ſuper fluvium Wiſſcoz ſito, vel ad illam ſanctam congregationem monachorum, qui ibidem ſervire Deo videntur, ubi vir venerabilis Gundelandus abba præeſſe dinoſcitur, donatumque in perpetuum eſſe volumus & promptiſſima voluntate confirmamus, hoc eſt, vineam noſtram in *pago Lobodoninſe*, in *Hantſcuesheim* ad integrum a die præſente de jure noſtro in jus & dominationem ſancti N. tradimus atque transfundimus perpetualiter ad poſſidendum, ita ut ab hac die & deinceps habeatis jure habendi, tenendi, donandi, comuttandi, vel quidquid exinde facere decreveritis, liberam ac firmiſſimam in omnibus habeatis poteſtatem. Si quis vero, quod futurum eſſe minime credimus, ſi nos ipſi, aut ullus de noſtris heredibus vel proheredibus,

ſeu quælibet oppoſita ulla perſona, quæ contra hanc donationem a nobis factam venire temptaverit, aut eam infringere vel inmutare voluerit, inferat una cum cogente fiſco auri ſolidum j, argenti dimidiam libram multa ſuſtineat, & quod repetit, evendicare non valeat, ſed præſens donatio omni tempore firma & ſtabilis permaneat ſtipulatione ſubnixa. Actum
8. Jun. in monaſterio *Laureſham* VI idus Junii. Signum Rudingi, Aginoldi & Bacchildis, qui hanc donationem fieri & firmari rogaverunt, ſignum Suaringi, Hejo, Hadorich, Hildibalt, Rutbertus, Bernhart, Machelm. Ego Samuel rogatus ſcripſi.

CCXC.

Donatio Gernandi eodem anno & tempore facta.

Anno XV imperii domini noſtri Pippini regis, ego Gernant pro Dei intuitu, vel pro animæ meæ, ſeu pro æterna retributione, ut veniam peccatorum meorum apud Deum invenire merear, per hunc donationis titulum dono a die præſente ad ſanctum Chriſti martyrem Nazarium, qui requieſcit in corpore in pago Rinenſi, in monaſterio, quod vocatur Laureſham, ſuper fluvium Wiſſcoz ſito, vel ad iſtam ſanctam congregationem monachorum, quæ ibidem Deo ſervire videtur, ubi vir venerabilis Gundelandus abba præeſſe dinoſcitur, donatumque in perpetuum eſſe volo rem meam in *Hantſcuhesheim*, hoc eſt, unam vineam, quam de jure meo in jus & dominationem ſancti N. trado atque transfundo perpetualiter ad poſſidendum ſtipulatione ſubnixa. Actum in loco publico, qui
8. Maj. appellatur *Laureſham* VIIII idus Maji. Signum Gernandi, qui hanc donationem fecit, ſignum Sigebaldi, Dodonis, Ermenbaldi, Zobil, Theutmari. Ego Samuel rogatus ſcripſi.

CCXCI.

CCXCI.

Donatio Liuthelmi in eadem villa.

Regnante domino noſtro Pippino rege, anno XV regni ejus, ego Liuthelm dono manu poteſtativa pro remedio animæ meæ & Witheri ad ſanctum Dei martyrem Nazarium, qui requieſcit in corpore in pago Rinenſi, in monaſterio, quod vocatur Laureſham, hoc eſt, rem meam in *pago Lobodonenſi*, in *Hantſcuhesheim* vineam j tenentem ſcamellum j & terram ad vineam faciendam, trado atque transfundo a die præſente, ut deinceps ad ipſum locum ſanctum vel ad agentes ipſius omni tempore proficiat in augmentum ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio *Laureſham* V kalendas Sept. Signum Liuthelmi, 28. Aug. qui hanc donationem fecit, ſignum Giſehelmi, Landonis, Ernuſt, Rutberti, Wolfgrimi. Ego Samuel rogatus ſcripſi.

CCXCII.

Donatio Emehilt in eadem villa Pippino rege, Gundelando abbate.

Eodem anno regni domini noſtri Pippini regis ego Emihilt in Chriſti nomine dono pro remedio animæ meæ ad ſanctum Dei martyrem Nazarium, qui requieſcit in pago Rinenſi corpore, in monaſterio, quod vocatur Laureſham, ſuper fluvium Wiſſcoz ſito, ubi venerabilis Gundelandus abbas præeſſe videtur, hoc eſt, vineam meam in *Hantſcuhesheim* ita, ut ab hac die & deinceps ad ipſum locum ſanctum omni tempore proficiat in augmentum ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio *Laureſham* ſub die III idus Junii. Signum Emehilt, qui 11. Jun. hanc donationem fieri & firmari rogavit, ſignum Guntheri. Ego Samuel ſcripſi.

CCXCIII.

Donatio Aſcherigi in eadem villa Pippino rege, Gundelando abbate.

12. Jun. In Chriſti nomine ſub die II idus Junii anno XV regni domini noſtri glorioſi regis Francorum Pippini, ego Aſchericus dono pro remedio animæ meæ ad ſanctum Dei martyrem Nazarium, qui requieſcit in corpore in pago Rinenſi, in monaſterio Laurisham nuncupato, ſuper fluvium Wiſſcoz ſito, cui venerabilis abba præeſſe videtur, rem meam in *pago Lobodonenſi*, hoc eſt vineam j in *Hantſcuhesheim*, a die præſente trado atque transfundo, ita, ut omni tempore ipſi ſancto monaſterio proficiat in augmentum, ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio *Lauresham* ſub die & tempore quo ſupra. Signum Emehilt, quæ hanc donationem fieri & firmari rogavit, ſignum Suaringi, Eginoldi, Rutperti, item Rutberti, Hildibaldi, Helmgeri. Ego Samuel ſcripſi.

CCXCIV.

Donatio Walteri in eadem villa anno XV Pippini regis, Gundelando abbate.

Ego Waltharius pro Dei intuitu vel pro animæ meæ remedio, ſeu pro æterna retributione, ut veniam delictorum meorum adipiſci apud Dominum merear, per hanc kartulam donationis ſive teſtamentum dono a præſenti die ad ſanctum Chriſti martyrem Nazarium, qui requieſcit in corpore in pago Rinenſi, in monaſterio, quod vocatur Lauresham, ubi Gundelandus venerabilis abba præeſſe videtur, donatumque in perpetuum eſſe volo, hoc eſt, rem meam in *pago Lobodon.* in *Hantſcuhesheim*, vineam meam ad integrum, ut habeatis poteſtatem exinde facere, quidquid volueritis. Si quis vero, quod futurum eſſe minime credo, *& reliqua usque*: cogente

fiſco

fiſco auri uncias jjj, argenti pondera jj multa ſuſtineat, *&*: ſtipulatione ſubnixa. Actum in *Lauresham* publice ſub die XII Aprilis anno XV regni domini noſtri Pippini regis. Signum Waltheri, qui hanc donationem fieri & firmari rogavit, ſignum Dedonis. Ego Wiglarius rogatus ſcripſi hanc donationem.

CCXCV.

Donatio Bleuthſindis in eadem villa anno XV Pippini regis, Gundelando abbate.

Primo die menſis Auguſti, gubernante imperium Francorum glorioſo rege Pippino, anno quo ſupra, ego Bleutſint pro Dei intuitu vel pro remedio animæ meæ, ſeu & pro æterna retributione, ut veniam peccatorum meorum adipiſci a Domino merear, per hanc kartulam donationis dono ad ſanctum Dei martyrem Nazarium, qui requieſcit in pago Rinenſi, in monaſterio, quod vocatur Laureſham, ubi venerabilis Gundelandus abba præeſſe videtur, donatumque in perpetuum eſſe volo, hoc eſt, rem meam in *pago Lobodon.* in *Hantſcuhesheim* vineam j & quidquid in *Mannenheim* videor habere, tam manſis, campis, totum & ad integrum, de jure meo in jus & dominium ſancti Nazarii trado atque transfundo perpetualiter ad poſſidendum, *& reliqua*: cum ſocio fiſco auri unciam j, argenti pondera jjjj multa componat, ſtipulatione ſubnixa. Actum in *Lauresham* die & tempore, quo ſupra. Signum Bleutſint, quæ hanc donationem fieri & firmari rogavit, ſignum Agio. Ego Harilandus ſcripſi.

CCXCVI.

Donatio Giſilbaldi in eadem villa, anno quo ſupra, Gundelando abbate.

In Chriſti nomine ſub die III kalendas Junii, anno XV regni domini noſtri Pippini regis, ego Giſilbalt pro Dei intuitu, 29. Maj.
vel

vel pro animæ meæ remedio & pro anima Guntuuini filiaſtri mei per hanc kartulam donationis dono ad ſanctum martyrem N. qui requieſcit in corpore Rinenſi, in monaſterio, quod vocatur Lauresham, ubi vir venerabilis Gundelandus abba præeſſe videtur, rem meam, hoc eſt tertiam partem unius manſi, & tertiam partem unius vineæ, in loco *Hantſcuhesheim* nuncupato, in pago *Lobodon.* a die præſente de jure meo in jus & dominium ſancti N. trado atque transfundo in Dei nomine perpetualiter ad poſſidendum, & quidquid exinde facere volueritis, liberam in omnibus poteſtatem habeatis. Si quis vero, quod futurum eſſe minime credo, auri ſolidos jjj, argenti uncias vj multa ſuſtineat & quod repetit, evendicare non valeat, ſed præſens iſta donatio firma & ſtabilis permaneat ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio *Lauresham*, ſub die & tempore quo ſupra. Signum Giſilbaldi, qui hanc donationem fecit, ſignum Erpholdi, Herrici, Eigiolfi. Samuel ſcripſit.

CCXCVII.

Donatio Olonis & Bozulphi in eadem villa, anno XV Pippini regis Gundelando abbate.

Nos in Chriſti nomine Olo & Bozulph pariter pro intuitu Dei & pro remedio animæ noſtræ ſeu & pro æterna retributione, ut veniam peccatorum noſtrorum apud Deum invenire mereamur, per hanc kartulam donationis ſive teſtamentum donamus a die præſente ad ſacratiſſimum Chriſti martyrem N. qui requieſcit in corpore in pago Rinenſi, in monaſterio, quod vocatur Lauresham, ubi Gundelandus abba præeſſe videtur, donatumque in perpetuum eſſe volumus, hoc eſt, rem noſtram in *pago Lobod.* in *Hantſcuhesheim*, petiam de terra araturia plus minus dimid. jurnal. quam de jure noſtro in jus & dominationem ſancti Nazarii tradimus atque transfundimus perpetualiter ad poſſidendum, ita ut ab hac die poteſtatem habeatis,

tis, quidquid exinde facere volueritis. Si quis vero, quod futurum eſſe minime credo, *& reliqua*: auri denarios x, argenti uncias jjj multa conponat, & donatio iſta omni tempore firma permaneat ſtipulat. ſubnixa. Actum in loco publico, qui vocatur *Laureſham* II kalendas Martii, anno XV regni domini 28. Febr.
noſtri Pippini regis. Signum Olon & Bozulfi, qui hanc donationem fieri & firmari rogaverunt. Similiter ego Adala dono in Dei nomine ad eundem Chriſti martyrem N. in jam dicto loco de ipſa terra meam portionem, quam nos inſimul tenere videmur. Signum Adalanæ. Ego Witglarius ſcripſi.

CCXCVIII.

Donatio Frickonis anno quo ſupra.

In Chriſti nomine ſub die III kalendas Junii, anno XVI regni 30. Maj.
domini noſtri Pippini regis, ego Friccho pro Dei intuitu, vel pro animæ meæ remedio ſeu & pro æterna retributione per hanc kartulam donationis dono ad ſanctum Dei martyrem Nazarium, qui requieſcit in corpore in pago Rinenſi, in monaſterio, quod vocatur Laureſham, ſuper fluvium Wiſscoz ſito, vel ad illam ſanctam congregationem monachorum, quæ ibidem ſub venerabili abbate Gundelando Deo ſervire videtur, donatumque in perpetuum eſſe volo, hoc eſt, rem meam in *Hantſcuhesheim*, viniolam j tenentem plus minus ſcamellum j, a die præſente de jure meo in jus & dominationem ſancti N. trado atque transfundo, ita, ut ab hac die & deinceps habeatis poteſtatem, exinde facere, quidquid volueritis. Si quis vero, quod futurum eſſe minime credo, *& reliqua*, cum ſocio fiſco auri uncias jjj, argenti ſolidos x multa ſuſtineat, & donatio iſta firma omni tempore permaneat, ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio *Laureſham* publice ſub die & tempore, quo ſupra. Signum Friconis, qui hanc donationem fecit, ſignum Salachonis. Ego Samuel rogatus ſcripſi.

CCXCIX.

Donatio Eberwini in eadem villa anni XVI regni Pippini regis, Gundelando abbate.

In nomine patris & filii & ſpiritus ſancti. Ille bene poſſidet res in hoc ſeculo, qui ſibi de caducis & terrenis comparat premia ſempiterna. Propterea ego Eborwin pro Dei intuitu, vel pro animæ meæ remedio, ſeu & pro æterna retributione dono ad ſanctum Chriſti martyrem Nazarium, qui requieſcit in corpore in pago Rinenſi, in monaſterio, quod vocatur Lauresham, ſuper fluvium Wiſſcoz ſito, ubi vir venerabilis Gundelandus abbas præeſſe videtur, donatumque in perpetuum eſſe volo rem meam in *pago Lobod.* id eſt, duas petiolas de vinea in *Hantſcuesheim*, de jure meo in jus & dominationem ſancti N. trado atque transfundo perpetualiter ad poſſidendum, ita, ut ab hac die & deinceps poteſtatem habeatis exinde facere, quidquid volueritis. Si quis vero, quod futurum eſſe minime ſpero, *& reliqua omnia ut ſupra.* Actum in monaſterio
11. Nov. *Laureſham* III idus Novemb. anno XVI regni domini noſtri Pippini regis. Signum Eboruuini, qui hanc donationem fecit, ſignum Dantzo, Erloldi. Harilandus ſcripſit.

CCC.

Donatio Guntheri anno quo ſupra.

Ego in Dei nomine Guntheri pro remedio animæ meæ dono ad ſanctum Chriſti martyrem N. qui requieſcit in corpore in pago Rinenſi, in monaſterio, quod vocatur Laureſham, ſuper fluvium Wiſſcoz ſito, ubi vir venerabilis Gundel. abbas præeſſe videtur, donatumque in perpetuum eſſe volo, hoc eſt, in *pago Lobod.* in *Hantſcuesheim* portionem meam de una vinea, a die præſente trado atque transfundo de jure meo in jus & dominium ſancti N. ita ut ab hac die & deinceps ad ipſum ſanctum

locum

locum omni tempore proficiat in augmentum ſtipulatione ſubnixa. Actum in mona. *Aohhuſun* III kalendas Maji, anno XVI regni domini Pipini regis. Signum Guntheri, qui hanc donationem fecit, ſignum Gunzzonis, Udalrici, Hucberti, Frideberti, Stucchi, Helmgozi. Ego Samuel rogatus ſcripſi. 29. Apr.

CCCI.

Donatio Humberti in eadem villa.

In Chriſti nomine ſub die kalendas Septembris anno XVI regni domini noſtri Pipini regis, Humbertus dono pro anima Hucberti rem ſuam, quam ipſe tradidit manu poteſtativa ad ſanctum martyrem Chriſti Nazarium, qui requieſcit corpore in pago Rinenſi, in monaſterio, quod vocatur Lauresham, ſuper fluvium Wiſſcoz ſito, ubi vir venerabilis Gundelandus aba præeſſe videtur, donatumque in perpetuum eſſe volo, id eſt, in *pago Lobod.* in *Hantſcuesheim* manſis, campis, vineis, ſilvis, aquis, aquarumve decurſibus, omnia & ex omnibus, totum & ad integrum, a die præſente de jure meo in jus & dominationem ſancti N. trado atque transfundo perpetualiter ad poſſidendum, ita, ut ab hac die & deinceps habeatis poteſtatem exinde facere, quidquid volueritis. Si quis vero, quod futurum eſſe minime credo, *& cetera usque*: cum cogente fisco auri dimidiam libram, argenti j pondus multa componat, & præſens iſta donatio firma permaneat ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio *Lauresham* ſub die & tempore quo ſupra. Signum Humberti, qui hanc donationem fecit. Ego Witlarius ſcripſi. 1. Sept.

CCCII.

Donatio Gautzeri, anno quo ſupra

Anno XVI regni domini noſtri Pippini regis, ego Gauzerius pro remedio animæ meæ complacuit animo meo aliquid de

rebus meis ad ſanctum martyrem Chriſti Nazarium delegare, qui requieſcit in corpore in pago Rinenſi, in monaſterio, quod vocatur Laureſham, ſuper fluvium Wiſscoz ſito, ubi vir venerabilis Gundelandus abba præeſſe videtur, donatumque in perpetuum eſſe volo, hoc eſt, in *pago Lobod.* in *Hantſcuhesheim,* tertiam partem de una vinea, quæ mihi de Mazzone provenit in portionem, a die præſente trado ſtipulatione ſubnixa.
25. Febr. Actum *Laureſham* VIII kalendas Febr. Signum Gauzerii, qui hanc donationem fecit, ſignum Friduuali, Stanardi, Landfridi, Maur, Erkehardi, Ramo. Ego Samuel ſcripſi.

CCCIII.

Donatio Berthae in Hantſcuhesheim.

In Chriſti nomine ego Bertha pro Dei intuitu vel pro remedio animæ meæ ſeu & pro æterna retributione, ut veniam de peccatis meis adipiſci merear, per hanc kartulam donationis dono ad ſanctum Dei martyrem Nazarium, qui requieſcit in corpore in pago Rinenſi, in monaſterio, quod vocatur Laureſham, ubi vir venerabilis Gundelandus abba præeſſe videtur, donatumque in perpetuum eſſe volo, hoc eſt, rem meam in *pago Lobodon.* in loco nuncupato *Hantſcuesheim*, id eſt, viniolas jj, ex quibus poſſunt colligi duæ carradæ vini, & de terra arraturia jjj jurnales, a die præſente de jure meo in jus & dominationem ſancti N. trado atque transfundo perpetualiter ad poſſidendum, ita, ut ab hac die & deinceps habeatis poteſtatem exinde facere quidquid volueritis. Si quis vero, quod futurum eſſe minime credo, *& reliqua usque*: Actum
20. Mart. in monaſterio *Laureſham* XIII kalendas Aprilis, anno XVI Pippini regis. Signum Berthæ, quæ hanc donationem fecit, ſignum Humberti, Sigefridi, Hildibaldi, Erkenfridi, Sicconis, Altmanni. Ego Harilandus ſcripſi.

CCCIV.

CCCIV.

Donatio Jungeradi in eadem villa.

Anno XVI regni domini noſtri Pippini regis, ego in Dei nomine Jungerat dono ad ſanctum martyrem Dei Nazarium, qui requieſcit in corpore in pago Rinenſi, in monaſterio Laureſham, ſuper fluvium Wiſſcoz ſito, ubi vir venerab. Gundelandus abba præeſſe videtur, donatumque in perpetuum eſſe volo, hoc eſt, viniolam j in *pago Lobod.* in *Hantſcuhesheim*, a die præſente de jure meo in jus & dominium ſancti N. trado atque transfundo perpetualiter ad poſſidendum, *& reliqua, ut ſupra usque*: Actum in monaſterio *Laureſham* kalendas Martii. Signum Jungeradi, qui hanc donationem fecit, ſignum Hildibaldi, Erkenbaldi, Ruduuini, Giſelhelmi, Erkanfridi, Gumberti, Gummari. Ego Harilandus ſcripſi. 1. Mart.

CCCV.

Donatio Maurlachi in eadem villa.

Ego in Dei nomine Maurlach dono ad ſanctum Dei martyrem Nazarium, qui requieſcit in corpore in pago Rinenſi, in monaſterio, quod vocatur Laureſham, ſuper fluvium Wiſſcoz ſito, vel ad illos ſervos Dei, qui ibidem Deo ſerviunt, ubi venerabilis Gundelandus abba præeſſe videtur, donatumque imperpetuum eſſe volo, & promptiſſima voluntate confirmo, hoc eſt in *pago Lobodoninſe*, in *Hantſcuesheim* vineam j quæ eſt affinis Aſcrichi, & de una fronte eſt terra dominicata, a die præſente de jure meo in jus & dominationem ſancti N. trado atque transfundo, ita ut ab hac die ad ipſum locum ſanctum vel ad agentes ejus omni tempore proficiat in augmentum, ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio *Laureſham* anno I domini noſtri Karoli magni regis. Signum Maurlach, qui hanc donationem fecit. Samuel rogatus ſcripſit.

CCCVI.

Donatio Adalmanni in Hantſcuesheim.

In Chriſti nomine ego Adalman dono pro remedio animæ meæ ad ſanctum Dei martyrem Nazarium, qui requieſcit in corpore in pago Rinenſi, in monaſterio *Laureſham*, ubi venerabilis abba Gundelandus præeſſe videtur, in *Hantſcuesheim* de manſo j portionem meam a die præſente trado atque transfundo, ita ut omni tempore ad ipſum ſanctum locum vel ad agentes ipſius proficiat in augmentis ſtipulat. ſubnixa. Actum in monaſterio *Laureſham* V nonas (a) Auguſti, anno I domini noſtri Karoli. Signum Adalmanni & Comanni filii ſui. Ego Samuel ſcripſi.

CCCVII.

Donatio Berhtdadi in eadem villa.

In anno I domini noſtri Karoli magni glorioſiſſimi regis, in
1. Aug. Chriſti nomine ſub die kalendas Auguſti, ego Bertdadus pro remedio animæ meæ dono ad ſanctum Dei martyrem Nazarium, qui requieſcit in corpore in monaſterio Laureſham, ubi vener. Gundelandus abbas præeſſe dinoſcitur, hoc eſt, rem meam in *Hantſcuhesheim*, jurnal. j de terra araturia, a die præſente, ut omni tempore eidem loco proficiat in augmentum ſtipulat ſubnixa. Actum in monaſterio *Laureſham*, tempore quo ſupra. Signum Bertdadi, Nortduini, Hucberti, Sigefridi, Hildibaldi, Erkanfridi. Ego Samuel rogatus ſcripſi hanc donationem & ſubſcripſi.

CCCVIII.

(a) Atqui Auguſtus menſis tantum quatuor nonarum dies habet; novum inſcitiæ monaſticæ, in chronologicis maxime rebus, documentum, cui alia hujus generis addere, nunc ſuperſedemus.

CCCVIII.

Donatio Riſſuindis in eadem villa.

Ego in Dei nomine Riſſuint dono ad ſanctum Nazarium, qui requieſcit in corpore in pago Rinenſi, in monaſterio, quod vocatur Laureſham, ſuper fluvium Wiſſcoz, ubi vir venerabilis Gundelandus abba præeſſe videtur, donatumque in perpetuum eſſe volo, hoc eſt in *pago Lobod.* in *Hantſcuhesheim* vineam j, cui ſubjungitur Liubodonis res ex uno latere, ex alio Hagmeradus, de fronte ſtrata publica, & j mancipium nomine Adalgard, a die præſente trado atque transfundo, ita, ut ab hac die ad ipſum locum ſanctum, vel ad agentes ipſius omni tempore proficiat in augmentis ſtipulat. ſubnixa. Actum in monaſterio *Laureſham* publice XVII kalendas Octobris, anno 16. Sept. I regni domini noſtri Karoli regis. Signum Riſſuint, quæ hanc donationem fieri & firmari rogavit. Ego Harilandus ſcripſi.

CCCIX.

Donatio Gerberti in Hantſcuhesheim.

Anno ſecundo regni domini noſtri Karoli regis, ego Gerbertus pro remedio animæ Udaluuini, quod mihi ipſe tradidit manu poteſtativa, dono ad ſanctum martyrem Chriſti Nazarium, qui requieſcit in corpore in pago Rinenſi, in monaſterio, quod vocatur Laureſham, ſuper fluvium Wiſſcoz, vel ad illos ſervos Dei, qui ibidem ſerviunt Deo, ubi vir venerabilis Gundelandus abba præeſſe videtur, donatumque in perpetuum eſſe volo & promptiſſima voluntate confirmo, hoc eſt, in *pago Lobod.* in *Hantſcuhesheim* vineam j, tenentem ſcamellum j, in monte, qui dicitur *Stagnaſtberge*, a die præſente trado atque transfundo, ita, ut ab hac die ad ipſum ſanctum locum, vel ad agentes ipſius omni tempore proficiat in augmentis ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio *Laureſ-*

ham

ham tempore quo ſupra. Signum Gerberti, qui hanc donationem fecit. Samuel rogatus ſcripſi.

CCCX.

Donatio Autdadi in Hantſcuhesheim.

In Chriſti nomine, ego Autdat pro remedio animarum patris mei Agonis & genitricis meæ Gellanæ dono ad ſanctum Dei martyrem Nazarium, qui requieſcit corpore in pago Rinenſi in monaſterio, quod vocatur *Laureſham*, ſuper fluvium Wiſſcoz, ubi vir venerabilis Gundelandus abba præeſſe videtur, donatumque in perpetuum eſſe volo, hoc eſt, vineam j cum terra, quæ ad eandem vineam pertinet, & eſt in pago Lobod. in *Hantſcuhesheim*, ad integrum a die præſente trado atque transfundo, ita ut deinceps ad ipſum ſanctum locum vel ad agentes ipſius omni tempore proficiat in augmentis, ſtipu-
1. Jul. lat. ſubnixa. Actum in monaſterio *Laureſham* kalendas Julii anno III regni domini noſtri Karoli. Signum Audat, qui hanc donationem fieri & firmari rogavit. Ego Harilandus ſcripſi.

CCCXI.

Donatio Wolfhardi & Marcſindis in eadem villa.

In anno IIII regni Domini noſtri Karoli magni ego Wolfhart & conjux mea Marcſint pariter donamus ad ſanctum Dei martyrem Nazarium, qui requieſcit in pago Rinenſi corporaliter, in monaſterio, quod vocatur Laureſham, ſuper fluvium Wiſſcoz ſito, vel ad illam ſanctam congregationem monachorum, quæ ibidem ſub venerabili viro Gundelando abbate Deo ſervire videtur, donatumque in perpetuum eſſe volumus, & promptiſſima voluntate confirmamus, hoc eſt, rem noſtram in pago *Lobodungowe*, in *Hantſcuhesheim* vineam j, cui ſubjungitur in uno latere res Liuthelmi, in alio Heinoldi, ſimiliter

in

in *Wibilinga* unam vineam, a die præſente tradimus atque transfundimus in Dei nomine perpetualiter poſſidendum. Si quis vero, quod fieri non credimus, contra hanc donationem a nobis factam venire temptaverit, aut infringere vel immutare voluerit, Deum habeat ex hoc inquiſitorem, & inſuper inferat una cum cogente fiſco auri uncias jj, argenti pondera tria multa ſuſtineat, & quod repetit, evendicare non valeat, ſed præſens donatio iſta firma omni tempore permaneat ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio *Laureſham* VIIII kalendas Maji. 23. Apr. Signum Wolfhardi & Marcſindis, conjugis ejus, qui hanc donationem fieri & firmari rogaverunt. Ego Herihaas ſcripſi.

CCCXII.

Donatio Heimonis in Hantſcuhesheim.

In Dei nomine ego Heimo dono ad ſanctum martyrem Chriſti Nazarium, qui requieſcit in corpore in pago Rinenſi, in monaſterio, quod vocatur Laureſham, ſuper fluvium Wiſſcoz ſito, vel ad illos ſervos Dei, qui ibidem ſub venerabili abbate Gundelando Deo ſervire videntur, donatumque in perpetuum eſſe volo, hoc eſt, in pago Lobod. in *Hantſcuesheim* jurnal. jj de terra pro me, & pro anima conjugis meæ Ratbirgæ, a die præſente trado atque transfundo, ita, ut deinceps ad ipſum locum ſanctum vel ad agentes ipſius omni tempore proficiat in augmentum ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio *Laureſham* II idus Junii, anno IIII regni domini noſtri Karoli re- 12. Jun. gis magni. Signum Heimonis, qui hanc donationem fecit. Ego Samuel rogatus ſcripſi & ſubſcripſi.

CCCXIII.

Donatio Giſelhelmi in eadem villa.

Ego in Dei nomine Giſelhelmus dono ad ſanctum Chriſti martyrem Nazarium, qui requieſcit in corpore in pago Rinenſi, in monaſterio, quod vocatur Laureſham, ſuper fluvium Wiſſcoz ſito, ubi vir venerabilis abba Gundelandus præeſſe videtur, donatumque in perpetuum eſſe volo, pro animæ meæ remedio, ſive pro genitore & genitrice mea, nec non & pro anima conjugis meæ Wibradæ, meum propriſum in *Odenwalt* ſilva in *Hantſcuhesheimer* marca, in *pago Lubodoninſe*, ſuper fluvium *Nekar* & *Ulvina*, tertiam partem illius propriſi cum terra & ſilva & omnibus adjacentiis ejus, quod ad meam portionem exinde adtingit, & in *Hillenbach* jurnal. j, a die præſente trado atque transfundo, ita ut deinceps ad ipſum ſanctum locum vel ad agentes ipſius omni tempore proficiat in augmentis ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio *Laureſham* VIIII kalendas Junii, anno IIII regni domini noſtri Karoli magni regis. Signum Giſelhelmi, qui hanc donationem fieri & firmari rogavit, ſignum Hucberti, Autadocor, Sigefridi, Rutgangi, Heimradi, Waltheri, Erckenfridi. Ego Samuel rogatus ſcripſi & ſubſcripſi.

24. Maj.

CCCXIV.

Donatio ejusdem ut ſupra.

Item egó Giſelhelm dono ad eundem locum duas partes unius bifangi in *Uluinouua* ea ratione, qua ſupra. Actum *Laureſham* kalendas Septembris eodem anno, quo ſupra. Signum ejusdem Giſelhelmi, Walramni, Trudbaldi, Erlolfi, Tyrolfi, Erkanberti, Udalberti, Trudberti, Engilberti, Oddaceri, Babonis, Wallacmari. Samuel ſcripſit.

1. Sept.

CCCXV.

CCCXV.

Donatio Erkanfridi & Weltrudis conjugis ejus in Hantſcuhesheim.

Anno XV regni domini noſtri Karoli magni glorioſi regis, ego Erkanfrit & conjux mea Weldrud donamus pro remedio animæ noſtræ ad ſanctum Chriſti martyrem Nazarium, qui requieſcit corporaliter in pago Rinenſi, in monaſterio, quod vocatur Lauresham, ſuper fluvium Wiſſcoz ſito, vel ad illam ſanctam congregationem monachorum, quæ ibidem deſervire videtur, ubi vir venerabilis Gundelandus abba præeſſe dinoſcitur, donatumque in perpetuum eſſe volumus, & promptiſſima voluntate confirmamus, hoc eſt, in pago Lubidunenſi in *Hantſcuhesheim* omnem rem proprietatis noſtræ, in manſis, campis, pratis, perviis terris, perviis ſilvis, vineis, domibus, ædificiis, cum adjunctis adjacentiis, aquis, aquarumve decurſibus ad integrum, exceptis IIII jurnal. de terra, & j viniola. Similiter in *Auſtringa* in *pago Chrehgauui* portionem noſtram ad integrum manſo, campis, pratis, perviis, ſilvis, aquis, aquarumve decurſibus. Similiter & in *Sicchenheim* in *Lobodungowe*, & in *Uluinisheim* tam manſis, quam terris, campis, pratis, paſcuis, perviis, aquis, aquarumve decurſibus ad integrum, quantumcunque ego Erkanfrid conjugi meæ Weltrudæ per dotis titulum condonavi, omnia hæc ſuperius comprehenſa a die præſente pariter tradimus atque transfundimus in Dei nomine perpetualiter ad poſſidendum, ita, ut ab hac die habeatis poteſtatem exinde facere, quidquid volueritis. Si quis vero, quod nunquam fieri credimus, contra hanc donationem venire temptaverit, tunc inferat ad ipſum locum ſanctum duplam pecuniam, hoc eſt, auri uncias jjj, argenti pondera jjjj multa ſuſtineat, & tamen, quod repetit, evendicare non valeat, ſed præſens iſta donatio omni tempore firma permaneat ſtipulat. ſubnixa. Actum in monaſterio *Lauresham*

25. Maj. VIII kalendas Junii. Signum Erkanfridi & Weltrudæ conjugis ejus, qui hanc donationem fieri & firmari rogaverunt, ſignum Eberhardi, Ruthoh, Snaringi, Hucberti, Hildibaldi, Williberti, Hildiberti. Ego Samuel ſcripſi.

CCCXVI.

Donatio Wacchonis in Hantſcuhesheim anno V regni domini noſtri Karoli regis, Gundelando abbate.

Ego Waccho pro remedio animæ meæ dono ad ſanctum Dei martyrem Nazarium, qui requieſcit in corpore in pago Rinenſi, in monaſterio, quod vocatur Laureſham, ſuper fluvium Wiſſcoz ſito, vel ad illam ſanctam congregationem monachorum, quæ ibidem Deo ſervire videtur, ubi vir venerabilis Gundelandus abbas præeſſe dinoſcitur, donatumque in perpetuum eſſe volo, & promptiſſima voluntate confirmo, hoc eſt, in pago Lobodonenſi in *Hantſcuhesheim* vineam j a die præſente de jure meo in jus & dominationem ſancti N. trado, atque transfundo in Dei nomine perpetualiter ad poſſidendum, ita, ut ab hac die ad ipſum locum ſanctum vel ad agentes ipſius omni tempore proficiat in augmentis ſtipulatione ſubnixa.
13. Jun. Actum in monaſterio *Laureſham* idus Junii. Signum Wacchonis, qui hanc donationem fieri & firmari rogavit, ſignum Theuberti, Hildibaldi, Ugonis, Bodonis, Almanni, Burgmanni, Lamberti. Samuel rogante Wacchone ſcripſit hanc donationem & ſubſcripſit.

CCCXVII.

Donatio Guntheri in Hantſcuhesheim anno V regni domini noſtri Karoli regis, Gundelando abbate.

In Chriſti nomine ego Guntherus dono pro remedio animæ meæ ad ſanctum Dei martyrem Nazarium, qui requieſcit

in

in pago Rinenſi corporaliter in monaſterio, quod vocatur Lauresham, ſuper fluvium Wiſſcoz ſito, ubi vir venerabilis Gundelandus abbas præeſſe videtur, donatumque in perpetuum eſſe volo, & promptiſſima voluntate confirmo, hoc eſt, rem meam in pago Lobodon. in *Hantſcuhesheim* quidquid mihi dereliquit genitrix mea, vel quidquid viſus fui habere in eadem villa & marcha, ita ut ab hac die & deinceps liberam habeatis poteſtatem exinde facere, quidquid volueritis. Si quis vero, quod futurum eſſe non credo, contra hanc donationem a me factam venire temptaverit, cogente fiſco auri dimidiam libram, argenti pondus unum ſuſtineat, & ſic quod repetit evendicare non valeat, ſed præſens iſta donatio omni tempore firma permaneat ſtipulat. ſubnixa. Actum in monaſterio *Lauresham*, V idus Julii. Signum Guntheri, qui hanc donationem fieri rogavit, ſignum Hartberti, Pauli, Harimanni, Humberti, Leutfridi. Samuel ſcripſit. 11. Jul.

CCCXVIII.

Donatio Ratfridi in eadem villa anno V regni domini noſtri Karoli magni regis.

Ego Ratfrid manu poteſtativa pro anima Rutperti dono ad ſanctum Nazarium, qui requieſcit corpore in monaſterio Lauresham, ſito ſuper fluvium Wiſſcoz in pago Rinenſi, ubi vir venerabilis Gundelandus abbas præeſſe videtur donatumque in perpetuum eſſe volo unum jurnal. de terra araturia in *Hantſcuhesheim*, in pago Lobodoninſi, a die præſente trado atque transfundo perpetualiter poſſidendum, ita, ut omni tempore ad ipſius loci proficiat augmentum ſtipulat. ſubnixa. Actum in monaſterio *Lauresham* III idus Junii. Signum Ratfridi, qui hanc donationem fieri rogavit, ſignum Erkanfridi, Wolfgrimi, Guntbaldi, Waningi. Ego Samuel rogatus ſcripſi hanc donationem & ſubſcripſi. 11. Jun.

 CCCXIX.

CCCXIX.

Donatio Rutberti, in Hantſcuhesheim, anno VI regni domini noſtri Karoli magni.

Ego in Dei nomine Rutpertus dono ad ſanctum Chriſti martyrem Nazarium, qui requieſcit in corpore in pago Rinenſi in monaſterio Lauresham, ſuper fluvium Wiſſcoz ſito, ubi vir venerabilis Gundelandus abba præeſſe videtur, donatumque in perpetuum eſſe volo, & promptiſſima voluntate confirmo, hoc eſt, omnem proprietatem meam, quam viſus ſum habere ac poſſidere in pago Lobod. in *Hantſcuhesheimer* marca, curtilibus, cum ſuperpoſitis ædificiis, campis, pratis, paſcuis, ſiluis, decimis, vineis, aquis, aquarumve decurſibus, exitibus & reditibus, cum omni præſidio domus, tam majore quam minore, & peculio utriusque generis, totum & ad integrum, a die præſenti pro remedio animæ meæ trado atque transfundo, ut faciendi de his omnibus actores ipſius loci, quidquid pro utilitate ejusdem eccleſiæ decreverint, liberam habeant poteſtatem. Si quis vero, quod futurum eſſe non credo, contra hanc donationem a me factam venire temptaverit, cum ſociante fiſco auri uncias vj & argenti pondera v multa ſuſtineat, & donatio iſta omni tempore inviolata permaneat ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio *Lauresham* VIII kalen-
24. Jun. das Julii. Signum Rutberti, qui hanc donationem fieri rogavit, ſignum Wacchonis, Hugberti, Sigefridi, Erkanbaldi, Hildebaldi, Erkanfridi, Ermenfridi. Ego Folcradus rogatus ſcripſi.

CCCXX.

CCCXX.

Donatio Regintrudis in eadem villa anno VI regni domini noſtri Karoli regis.

In Chriſti nomine ego Regintrudis manu poteſtativa dono pro anima mea & mariti mei Amanoldi ad ſanctum Dei martyrem N. qui requieſcit corpore in pago Rinenſi, in monaſterio, quod vocatur Lauresham, ſuper fluvium Wiſſcoz ſito, vel ad illos ſervos Dei, qui ibidem ſervire die noctuque videntur, ubi vir venerabilis Gundelandus abba præeſſe dinoſcitur, donatumque in perpetuum eſſe volo, rem meam in pago Lobodoninſe, hoc eſt, quidquid habere viſa fui in *Hantſcuhesheim* de terra araturia ſive in curtili. Similiter dono & illam vineam juxta eccleſiam, quæ conſtructa eſt in honorem ſancti Nazarii, & in ipſa marcha dono pro anima filiæ meæ Theudæ jurnal. j, & unam petiam de curtili a die præſente trado atque transfundo, in Dei nomine perpetualiter ad poſſidendum, ita, ut ab hac die poteſtatem habeatis exinde facere, quidquid volueritis. Si quis vero, quod futurum eſſe non credo, *& reliqua ut ſupra usque*: ſtipulat. ſubnixa. Actum in monaſterio *Lauresham* III non. Julii. Signum Regintrudis, quæ 5. Jul.
hanc donationem fieri & firmari rogavit, ſignum Liuthelmi & reliquorum in priori donatione ſcriptorum.

CCCXXI.

Donatio Ugonis & conjugis ejus Eremildis in eadem villa V Kalendas Januar.

Anno VII regni domini noſtri Karoli regis, ego Ugo & conjux mea Eremilt donamus pro anima filiæ noſtræ Berthrudis ad ſanctum Dei martyrem Nazarium, qui requieſcit corpore in pago Rinenſi, in monaſterio, quod vocatur Laureſham, ſuper fluvium Wiſſcoz ſito, ubi vir venerabilis Gundelandus

landus abba &c. donatumque in perpetuum eſſe volumus, hoc eſt, medietatem omnium rerum noſtrarum, quas in pago Lobodon. id eſt, in villa *Hantſcuhesheim* poſſidemus, a die præſente tradimus atque transfundimus, ita ut deinceps ad ipſum locum ſanctum, vel ad agentes ipſius omni tempore proficiat in augmentis ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio *Lauresham* die & tempore quo ſupra. Signum Ugonis & conjugis ejus Eremhildis, qui hanc donationem fieri & firmari rogaverunt, ſignum Zuogonis. Ego Samſon rogatus ſcripſi hanc donationem & ſubſcripſi.

CCCXXII.

Donatio Ratfridi in eadem villa V kalendas Julii anno X regni domini noſtri Karoli magni regis, Gundelando abbate.

In Dei nomine ego Ratfridus dono ad ſanctum Chriſti martyrem Nazarium, qui requieſcit in corpore in pago Rinenſi, in monaſterio, quod vocatur Laureſham, ſuper fluvium Wiſſcoz ſito, ubi vir venerabilis Gundelandus abba præeſſe videtur, donatumque in perpetuum eſſe volo, hoc eſt, rem meam in pago Lobodon. in *Hantſcuhesheim* j manſum cum caſa & ſcuria, & quidquid in ipſa marca viſus ſum habere, excepto j ſtirpo, tam manſis, campis, pratis, paſcuis, perviis, ſilvis, vineis, aquis, aquarumve decurſibus, omnia & ex omnibus, totum & ad integrum, & in *Sicchenheim* de prato ad duas karradas feni, & duo mancipia Udilbret & Theuſuind, a die præſente de jure meo in jus & dominium ſancti Nazarii trado atque transfundo, ita, ut ab hac die habeatis jure habendi, tenendi, donandi, comutandi, vel quidquid exinde facere volueritis, liberam ac firmiſſimam in omnibus habeatis poteſtatem. Si quis vero, quod futurum eſſe non credo, *& reliqua usque*: tunc inferat ad ipſum locum ſanctum vel ad agentes

ipſius

ipſius duplam peccuniam ſociante fiſco auri uncias jj, argenti pondera jjjj multa ſuſtineat, & quod repetit, evendicare non valeat, ſed præſens iſta donatio firma & ſtabilis permaneat ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio Laureſham ſub die & tempore, quo ſupra. Signum Ratfridi, qui hanc donationem fecit, ſignum Geroldi, Waltheri, Erkanfridi. Ego Grimarius rogatus ſcripſi.

CCCXXIII.

Donatio Nithardi & Richgardae in eadem villa VIIII kalendas Julii anno X regni domini noſtri Karoli magni regis.

Nos in Chriſti nomine Nithardus & conjux mea Richart donamus ad ſanctum Dei martyrem Nazarium, qui requieſcit in corpore in pago Rinenſi, in monaſterio, quod vocatur Laureſham, ſuper fluvium Wiſſcoz ſito, ubi vir venerabilis Gundelandus abbas præeſſe videtur, donatumque in perpetuum eſſe volo rem noſtram in Loboduninſe in *Hantſcuhesheim* quintam partem de vinea I, quæ jam vinea fuit & modo non eſt, a die præſente tradimus atque transfundimus, ita ut deinceps ad ipſum locum ſanctum, vel ad agentes ipſius omni tempore proficiat in augmentis, ſtipulat. ſubnixa. Actum in monaſterio *Laureſham* die & tempore quo ſupra. Signum Nithardus & Richgartæ, qui hanc donationem fieri & firmari rogaverunt. Ego Grimarius ſcripſi.

CCCXXIV.

Donatio Theutlindae in Hantſchuhesheim II non. Martii anno X regni domini noſtri Karoli magni regis, Gundelando abbate.

In Chriſti nomine ego Dietlint dono ad ſanctum martyrem Nazarium, qui requieſcit in corpore in pago Rinenſi in monaſterio,

ſterio, quod vocatur Lauresham, ſuper fluvium Wiſſcoz, ubi venerabilis abba Gundelandus præeſſe videtur, donatumque in perpetuum eſſe volo, hoc eſt, rem meam in pago Lobod. in villis nuncupatis *Hantſcuhesheim* & *Vittenheim*, & quidquid in ipſis manſis, campis, pratis, paſcuis, perviis, ſiluis, aquis, aquarumve decurſibus, omnia & ex omnibus, & mancipia his nominibus, Giſilhilt cum ſuis infantibus, Fridohilt cum infantibus ſuis, Berethilt cum infantibus ſuis, Werda cum infantibus ſuis, Hagina cum infantibus ſuis, Friko, Wolfwan, Libger, Sigeram, Theotdolt, Gumbirg, cum omnibus ſuperius deſcriptis de jure meo in jns & dominium ſancti Nazarii trado atque transfundo, ita, ut deinceps habeatis poteſtatem de ipſis rebus, quidquid pro utilitate eccleſiæ veſtræ facere decreveritis. Si quis vero contra hanc donationem a me factam venire temptaverit, *& cetera usque*: ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio *Lauresham* ſub die & tempore, quo ſupra. Sig. Teuthlindæ, quæ hanc donationem fieri & firmari rogavit, ſignum Rutgangi, Udonis, Williheri. Ego Grimarius ſcripſi.

CCCXXV.

Donatio Hartuuigi in eadem villa, anno X regni domini noſtri Karoli regis magni Gundel. abbate, VIII kalendas Novembr.

Ego Hatuuigus pro remedio animæ meæ dono in Chriſti nomine ad ſanctum martyrem Nazarium, qui requieſcit in corpore in pago Rinenſi, in monaſterio, quod vocatur Lauresham, ſuper fluvium Wiſſcoz ſito, ubi vir venerabilis Gundelandus abba præeſſe videtur, donatumque in perpetuum eſſe volo, hoc eſt, portionem meam de una vinea, quæ jacet inter vineas ſancti Nazarii, in illo clauſo ad *Hantſcuhesheim* in *Lobodungowe*, a die præſente de jure meo in jus & dominium præfati

ſati martyris trado atque transfundo, ita ut ad ipſum ſanctum locum vel ad agentes ipſius omni tempore proficiat in augmentis ſtipulat. ſubnixa. Actum in monaſterio *Lauresham* die & tempore, quo ſupra. Signum Hartuuici, qui hanc donationem fieri & firmari rogavit, ſignum Autberti, Adalmanni. Samuel ſcripſit.

CCCXXVI.

Donatio Hildrici & Beccae conjugis ejus in eadem villa anno X regni domini noſtri Karoli magni regis, Gundelando abbate.

Sub die VIII idus Junii ego Hildrich & conjux mea Becca pariter donamus pro remedio animæ noſtræ, ut veniam peccatorum noſtrorum mereamur, ad ſanctum Dei martyrem Nazarium, qui requieſcit in corpore in pago Rinenſi, in monaſterio, quod vocatur Lauresham, ſuper fluvium Wiſſcoz ſito, ubi vir venerabilis Gundelandus abba præeſſe volumus, hoc eſt, rem noſtram in Lobod. in locis *Hantſcuhesheim* & *Granisheim* nuncupatis, quidquid in ipſis locis habere viſi fuimus, tam manſis, campis, pratis, paſcuis, ſilvis, perviis, vineis, aquis, aquarumve decurſibus, & mancipio j nomine Gerulf, ad integrum a die præſente de jure noſtro in jus & dominationem ſancti N. tradimus atque transfundimus, ita, ut ab hac die habeatis jure habendi, tenendi, donandi, commuttandi vel quidquid exinde facere volueritis, liberum ac firmisſimum in omnibus habeatis pontificatum. Si quis vero, quod futurum eſſe minime credimus, ſi nos ipſi aut ullus de heredibus noſtris, vel proheredibus ſeu quislibet ulla oppoſita perſona contra hanc donationem a nobis factam venire temtaverit, aut eam infringere vel inmutare voluerit, tunc inferat ad ipſum locum ſanctum vel ad agentes ipſius duplam peccuniam ſociante fiſco auri uncias jj, argenti pondera jjjj multa ſuſtineat, & quod repetit, evendicare non valeat, ſed præſens 6. Jun.

donatio iſta omni tempore firma & ſtabilis permaneat, ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio Lauresham die & tempore quo ſupra. Sign. Hildrici & Beccæ, conjugis ejus, qui hanc donationem fieri & firmari rogaverunt, ſig. Haotilonis, Hugberti, Dachanti, Frickolfi, Friduuuini, Williberti, Nandrati, Helingi, Eckihardi. Ego Grimmarius rogatus ſcripſi hanc donationem & ſubſcripſi.

CCCXXVII.

Donatio Hartdradi in eadem villa XVI kalendas Julii anno X regni domini noſtri Karoli regis, Gundelando abbate.

Ego Hartdradus dono ad ſanctum martyrem Chriſti Nazarium, qui requieſcit in pago Rinenſi corpore, in monaſterio, quod vocatur Lauresham, ſuper fluvium Wiſſcoz ſito, ubi venerabilis abba Gundelandus præeſſe videtur, donatumque in perpetuum eſſe volo, hoc eſt, in *Hantſcuhesheim* unam petiolam de uno manſo, cui de j latere ſubjungitur ratio ſancti N. de alio tenet Starcheri, & aliam petiolam, ubi baſilica ſancti Nazarii in eadem villa conſtructa eſt, a die præſente trado atque transfundo, ita, ut deinceps ad ipſum locum ſanctum, vel ad agentes ipſius proficiat in augmentis ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio *Lauresham* die & tempore, quo ſupra. Signum Hartdradi, qui hanc donationem fecit, ſignum Hariberti, Rutheri, Erckanfridi, Northeri, Ruthardi, Bernhardi. Ego Grimmarius ſcripſi.

CCCXXVIII.

CCCXXVIII.

Donatio Salemonis in Hantſchuheſheim, III nonas Martii anno X regni domini noſtri Karoli magni, Gundelando abbate.

In Chriſti nomine, ego Salemon dono Dei martyri Nazario, qui requieſcit in corpore in pago Rinenſi, in monaſterio, quod vocatur Lauresham, ubi vir venerab. Gundelandus abba præeſſe videtur, donatumque in perpetuum eſſe volo, 'hoc eſt, vineam j, quam mihi tradidit Erkanfridus manu poteſtativa, in *Lobod.* in *Hantſcuheſheim*, ut traderem eam pro anima ſua jam dicto & ſemper dicendo martyri beato Nazario, hanc eandem vineam trado atque transfundo de jure meo in jus & dominium ſancti N. in Dei nomine perpetualiter poſſidendam, ita ut deinceps ad ipſum ſanctum locum omni tempore proficiat in augmentis, ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio *Laureſham.* Sig. Salemonis, qui hanc donationem fieri & firmari rogavit, ſig. Erkanfridi. Ego Grimmarius ſcripſi hanc donationem.

CCCXXIX.

Donatio Cunegundis in eadem villa, anno X regni domini noſtri Karoli magni regis.

Regnante domino noſtro magno Karolo ego Cunigundis dono pro remedio animæ meæ & reverentia ſanćti Nazarii, quod mihi pater meus Bertrad coram teſtibus manu poteſtativa tradidit, hoc dono ad ſanćtum Dei martyrem N. qui requieſcit in corpore in pago Rinenſi, in monaſterio, quod vocatur Laureſham, ſuper fluvium Wiſſcoz ſito, ubi venerab. Gundelandus abba præeſſe videtur, donatumque in perpetuum eſſe volo, hoc eſt, rem meam in pago *Lobodunenſi*, in *Hantſcuheſheimer* marca, j biſangum, quem pater meus propriſit in

 ſilva,

ſilva, quæ ad *Hantſcuhesheimer* marca aſpicere videtur, a die præſente trado atque transfundo, ita, ut deinceps ad ipſum ſanctum locum, vel ad agentes ipſius omni tempore proficiat in augmentis ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio *Lau-*
15. Mart. *resham*, idus Martii. Signum Cunigundis, quæ hanc donationem fecit, ſig. Erkanfridi, Balduini, Ruthardi, Wolfberti. Grimmarius ſcripſit.

CCCXXX.

Donatio Theutſuindae in Hantſchuhesheim anno X regni domini noſtri Karoli magni regis, Gundelando abbate.

Ego in Chriſti nomine Dietſuint dono ad ſanctum Dei martyrem N. qui requieſcit in corpore in pago Rinenſi in monaſterio Laureſham, ſuper fluvium Wiſſcoz ſito, ubi vir venerabilis Gundelandus abba præeſſe videtur, donatumque in perpetuum eſſe volo, hoc eſt, rem meam in *Lobodoninſe*, *Hantſcuhesheimer* marca, vineas in duobus locis, id eſt, in monte, qui juxta ipſam villam eſt, & in curte ipſa aliam, a die præſente trado atque transfundo, ita, ut deinceps ad ipſum locum ſanctum, vel ad agentes ipſius omni tempore proficiat in augmentis ſtipulat. ſubnixa. Actum in monaſterio *Laures-*
28. Maj. *ham*, ſub die V kalendas Junii. Signum Theutſuindis, quæ hanc donationem fieri & firmari rogavit, ſignum Bernhardi, Salemonis, Regingeri. Ego Rudolphus recognovi & ſcripſi.

CCCXXXI.

Donatio Hejonis in eadem villa anno XIII regni domini noſtri Karoli magni regis, Helmerico abbate.

In Chriſti nomine ego Hejo pro remedio animæ meæ ſeu pro æterna retributione, ut veniam merear de peccatis meis, per hanc cartulam traditionis dono ad ſanctum Dei martyrem

Na-

Nazarium, qui requieſcit in corpore in pago Rinenſi, in monaſterio, quod vocatur Laureſham, ſuper fluvium Wiſſcoz ſito, ubi vir venerabilis Helmericus abba præeſſe videtur, donatumque in perpetuum eſſe volo, in pago Lobodonenſi in *Hantſcuhesheim* j manſum &, quidquid ad ipſum manſum jure aſpicere videtur, tam terris, campis, pratis, paſcuis, perviis, ſilvis, aquis, aquarumve decurſibus, & rurſum ego Hejo & uxor mea Mehſuint tradimus in *Hillinbach* pro anima ipſius Mehſuindis j vineam, quam de jure noſtro in jus & dominationem ſancti Nazarii tradimus atque transfundimus, in Dei nomine perpetualiter ad poſſidendum. Si quis vero, quod futurum eſſe minime credo, *& reliqua omnia usque*: auri uncias jj, argenti pondera jjjj multa ſuſtineat, & iſta præſens donatio omni tempore firma permaneat ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio *Laureſham* V non. Junii. Signum Hejonis, qui hanc donationem fecit, ſignum Mehſuindis conjugis ejus, Hadoberti, Heriberti præsbiteri, Gramani, Walafridi, Rutperti. Ego Grimarius rogatus ſcripſi & ſubſcripſi.

CCCXXXII.

Donatio Liuboldi in eadem villa, anno XIII regni domini noſtri Karoli glorioſi regis.

Ego in Dei nomine Liubboldus pro remedio animæ meæ & germani mei Richuuini dono, quod ipſe mihi tradidit manu poteſtativa, ut traderem ad ſanctum martyrem Chriſti Nazarium, qui requieſcit in corpore in pago Rinenſi, in monaſterio, quod vocatur Laureſham, ubi vir venerab. Helmericus abba præeſſe videtur, donatumque in perpetuum eſſe volo, hoc eſt, in pago Lobodoninſe, in *Hantſcuhesheim* viniolam j, unde poſſunt colligi quindecim ſiclæ vini, ita ut ab hac die ad ipſum locum ſanctum vel ad agentes ipſius omni tempore proficiat in augmentis. Actum in monaſterio *Laures-*

res-

15. Febr. *reſham* XV kalendas Mártii, anno XIII domini noſtri Karoli. Signum Liuboldi, qui fecit hanc donationem. Ego Samuel rogatus ſcripſi & ſubſcripſi.

CCCXXXIII.

Donatio Bubonis in eadem villa, anno XIII regni domini noſtri Karoli magni regis, Helmerico abbate.

In Chriſti nomine, ego Bubo pro anima genitricis meæ Cilinæ ad ſanctum Dei martyrem Nazarium, qui requieſcit in corpore in pago Rinenſi, in monaſterio, quod vocatur Laureſham, ubi vir venerabilis Helmericus abba præeſſe videtur, donatumque in perpetuum eſſe volo, hoc eſt, rem meam in pago Lobod..in *Hantſcuhesheim* vineam j, a die præſente trado atque transfundo perpetualiter ad poſſidendum, ita, ut deinceps ad ipſum locum ſanctum vel ad agentes ipſius omni tempore proficiat in augmentis ſtipulatione ſubnixa. Actum in
16. Jan. monaſterio *Laureſham* XVII kalendas Februarii. Signum Bubonis, qui hanc donationem fieri & firmari rogavit. Ego Rudolfus recognovi & ſcripſi.

CCCXXXIV.

Donatio Eigilberti & Attae in eadem villa anno XIIII regni domini noſtri Karoli regis magni, Helmerico abbate.

Nos in Dei nomine Eigilbertus & Atta, pariter donamus ad ſanctum N. qui requieſcit in corpore in pago Rinenſi, in monaſterio, quod vocatur Laureſham, ſuper fluvium Wiſſcoz ſito, vel ad illam ſanctam congregationem monachorum, quæ ibidem ſub venerabili Helmerico abbate Deo ſervire videtur, donatumque in perpetuum eſſe volo, & promptiſſima voluntate confirmo, hoc eſt, rem noſtram in pago Lobod. in

Hant-

Hantſcuhesheim petiolam de manſo & *Suetzingum* j jurnal. de terra, a die præſente trado atque transfundo in Dei nomine perpetualiter ad poſſidendum, ut deinceps ad ipſum locum ſanctum vel ad agentes ipſius omni tempore proficiat in augmentis ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio *Lauresham* II non. Martii. Signum Eigilberti & Attæ, qui hanc donationem fieri & firmari rogaverunt. Grimherius recognovit & ſcripſit. 6. Mart.

CCCXXXV.

Donatio Wolfgozi & Hadeburgae anno quo ſupra.

Nos etiam Wolfgoz & Hadeburg donamus ad ſanctum Dei martyrem Nazarium, qui requieſcit in corpore in pago Rinenſi, in monaſterio, quod vocatur Lauresham, ubi venerab. Helmericus abba præeſſe videtur, donatumque in perpetuum eſſe volo, j jurnal. de terra araturia in *Hantſcuhesheim*, a die præſente & deinceps ad ipſum locum omni tempore proficiat in augmentis ſtipulatione ſubnixa. Actum *Lauresham* kal. Martii, anno quo ſupra. Sig. Wolfgauzi & Hadeburgæ, qui hanc donationem fecerunt. Grimarius ſcripſit. 1. Mart.

CCCXXXVI.

Donatio Magenberti in eadem villa facta IIII non. Martii.

Anno XIIII regni domini noſtri Karoli regis glorioſi ego quoque Magenbertus dono ad ſanctum Dei martyrem Nazarium, qui requieſcit corpore in monaſterio Lauresham, ubi vir venerabilis Helmericus abba præeſſe videtur, donatumque in perpetuum eſſe volo, jj jurnal. de terra araturia in *Hantſcuhesheim*, ita ut deinceps ad ipſum locum omni tempore proficiat in augmentis ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio *Lauresham* ſub die & tempore, quo ſupra. Signum Ma-

genberti, qui hanc donationem fieri & firmari rogavit. Ego Grimarius rogatus ſcripſi & ſubſcripſi.

CCCXXXVII.

Donatio Gerenthilo in Hantſcuhesheim anno XIIII regni domini noſtri Karoli.

6. Mart. Eodem anno, II non. Martii, ego Gerentilo pro anima patris mei dono ad ſanctum Dei martyrem, qui requieſcit in corpore in pago Rinenſi, in monaſterio, quod vocatur Laureshan, ſuper fluvium Wiſſcoz ſito, ubi vir venerabilis Helmericus abba præeſſe videtur, donatumque in perpetuum eſſe volo, hoc eſt, in Lob. in *Hantſcuhesheim* j viniolam, unde colligi poſſunt xx ſiclæ vini, a die præſente trado atque transfundo in Chriſti nomine perpetualiter ad poſſidendum, ita ut deinceps ad ipſum locum ſanctum vel ad agentes ipſius omni tempore proficiat in augmentis ſtipulat. ſubnixa. Actum *Laureſham* die & tempore, quo ſupra. Signum Gerentilonis, qui hanc donationem fieri & firmari rogavit. Ego Madelrat ſcripſi.

CCCXXXVIII.

Donatio Huperti & Irminlindis conjugis ejus in eadem villa, anno quo ſupra.

Nos in Dei nomine Hucbreth & conjux mea Irminlindis pariter donamus ad ſanctum Chriſti martyrem Nazarium, qui requieſcit in corpore in monaſterio, quod vocatur Laureſham, ſito ſuper fluvium Wiſſcoz in pago Rinenſi, ubi vir venerabilis Helmericus abba præeſſe videtur, donatumque in perpetuum eſſe volo, hoc eſt, j petiolam de vinea tradimus atque transfundimus perpetualiter ad poſſidendum, ita ut deinceps ad ipſum ſanctum locum vel ad agentes ipſius omni tempore proficiat in augmentis ſtipulatione ſubnixa. Actum in

mona-

monaſterio *Lauresham* VI kalendas Martii, anno quo ſupra. Signum Huperti & Irminlindis conjugis ejus, qui hanc donationem fecerunt, ſignum Leutrati & Bernwini. Ego Rudolfus ſcripſi rogatus & ſubſcripſi. 24. Febr.

CCCXXXIX.

Donatio Hiermos in eadem villa anno XIIII Karoli magni.

Ego in Dei nomine Hiermos pro remedio animæ meæ dono ad ſanctum martyrem Nazarium, qui requieſcit in corpore in pago Rinenſi, in monaſterio, quod vocatur Lauresham, ſuper fluvium Wiſſcoz ſito, ubi vir venerabilis Helmericus abba præeſſe videtur, donatumque in perpetuum eſſe volo, hoc eſt, vineam j in *Hantſcuhesheim*, & in *Menzingon* xjjjj jurnal. de terra arabili a die præſente & deinceps, ita ut ad ipſum locum ſanctum vel ad agentes ipſius omni tempore proficiat in augmentis ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio *Lauresham*. Signum Hiermos, qui hanc donationem fecit. Donadeus ſcripſit.

CCCXL.

Donatio Adalhardi in eadem villa, anno XV regni domini noſtri Karoli.

Domino noſtro Karolo magno regni gubernacula moderante, ego Adalhardus pro remedio animæ meæ & genitoris mei Clanberti, dono ad ſanctum Dei martyrem Nazarium, qui requieſcit in pago Rinenſi, in monaſterio, quod vocatur Lauresham, ſuper fluvium ſito Wiſſcoz, ubi vir venerabilis Gundelandus abba præeſſe videtur, donatumque in perpetuum eſſe volo, hoc eſt, in *Hantſcuhesheim* duas petiolas de vinea, & j in *Hillenbach* a die præſente & deinceps, ita ut ad ipſum ſanctum locum vel ad agentes ipſius omni tempore proficiat in augmentis. Si quis vero, quod futurum eſſe non credo, ſi

ego ipſe aut aliquis de heredibus meis, vel proheredibus contra hanc donationem a me factam venire temptaverit, duplam peccuniam, quantam res ipſa meliorata valuerit, actoribus monaſterii ejusdem inferat, & tamen, quod repetit, evendicare non valeat, ſed præſens iſta donatio omni tempore firma & ſtabilis permaneat ſtipulat. ſubnixa. Actum in monaſterio *Laureſham*. Signum Adalhardi, qui hanc donationem fecit. Ego Samuel ſcripſi.

CCCXLI.

Donatio Beddonis praesbiteri anno XV regni domini noſtri Karoli, Richbodone abbate.

24. Apr. Sub die VIII kalendas Maji ego in Dei nomine Betdo præsbiter, quod tradidit mihi Bretzlawo dono ad ſanctum Chriſti martyrem N. qui requieſcit in corpore, in pago Rinenſi, in monaſterio, quod vocatur Laureſham, ſuper fluvium Wiſſcoz ſito, ubi vir venerabilis Richbodo abba præeſſe videtur, donatumque in perpetuum eſſe volo, hoc eſt, vineam j in *Hantſcuhesheim*, a die præſente & deinceps poſſidendum, ita, ut ad ipſum ſanctum locum omni tempore proficiat in augmentis ſtipulat. ſubnixa. Actum in monaſterio *Laureſham* ſub die & tempore quo ſupra. Signum Bettonis, qui hanc cartam donationis fieri & firmari rogavit. Ego Rudolfus recognovi & ſcripſi.

CCCXLII.

Donatio Roolfi in eadem villa anno XVI regni domini noſtri Karoli magni, Richbodone abbate.

In Chriſti nomine ego Roolf dono ad ſanctum Dei martyrem Nazarium, qui requieſcit in corpore in pago Rinenſi, in monaſterio, quod vocatur Laureſham, ſuper fluvium Wiſſcoz ſito,

ſito, ubi vir venerabilis Richbodo abba præeſſe videtur, donatumque in perpetuum eſſe volo, quod mihi tradidit Ruothoc ad tradendum pro remedio animæ Galamanni, hoc eſt, j vineam in *Hantſcuhesheim* a die præſente & deinceps perpetualiter ad poſſidendum, ita ut ad ipſum locum omni tempore proficiat in augmentis ſtipulat. ſubnixa. Actum in monaſterio *Laureſham* VIII kalendas Febr. Signum Roolfi, qui hanc donationem fecit. Ego Adalungus ſcripſi & ſubſcripſi. 25. Jan.

CCCXLIII.

Donatio Waltheri & conjugis ejus Theodae in eadem villa anno XVII regni domini noſtri Karoli magni, Helmerico abbate.

Nos Waltheri & conjux mea Theoda donamus ad ſanctum Dei martyrem Nazarium, qui requieſcit in corpore in pago Rinenſi, in monaſterio, quod vocatur Laureſham, ſuper fluvium Wiſſcoz ſito, ubi vir venerabilis Helmericus abba præeſſe videtur, donatumque in perpetuum eſſe volumus, hoc eſt, rem noſtram in *Hantſcuhesheim*, jjjj mancipia & j hobam & quidquid ibidem viſi fuimus habere, manſis, campis, pratis, paſcuis, totum & ad integrum a die præſente tradimus atque transfundimus in Dei nomine perpetualiter ad poſſidendum, ita ut deinceps ad ipſum ſanctum locum omni tempore proficiat in augmentis ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio *Laureſham* V kalendas Junii. Signum Waltheri & conjugis ejus Theodæ, qui hanc donationem fecerunt. Ego Rudolfus ſcripſi. 28. Maj.

CCCXLIV.

Donatio Wacchonis in eadem villa, Gundelando abbate.

Regnante Domino noſtro glorioſiſſimo rege Karolo magno, ego Waccho dono pro remedio animæ meæ ad ſanctum

Dei martyrem Nazarium, qui requieſcit in corpore in pago Rinenſi, in monaſterio, quod vocatur *Laureſham*, ſuper fluvium Wiſſcoz ſito, ubi vir venerabilis Gundelandus abba præeſſe videtur, donatumque in perpetuum eſſe volo, hoc eſt, vineam j in *Hantſcuhesheim* & portionem meam de terra araturia, & quantumcunque ibidem habere viſus fui ad integrum a die præſente trado atque transfundo, ita, ut ab hac die ad ipſum ſanctum locum vel ad agentes ipſius omni tempore proficiat in augmentis ſtipulatione ſubnixa. Act. in monaſterio *Laureſham*. Signum Wacchonis, qui hanc donationem fecit, ſignum Adalmanni, Balduuuini, Bernuini, Lantberti, Eginoldi, Wolfmanni, Richuuini. Ego Samuel ſcripſi & ſubſcripſi.

CCCXLV.

6. Maj. Sub die II non. Maji anno XVIIII regni domini noſtri Karoli ego Rihbertus & conjux mea Manadun pariter donamus pro remedio animarum noſtrarum ad ſanctum Dei martyrem Nazarium, qui requieſcit in corpore in pago Rinenſi, in monaſterio, quod vocatur Laureſham, ſuper fluvium Wiſſcoz ſito, ubi vir venerabilis Richbodo abba præeſſe videtur, donatumque in perpetuum eſſe volo, hoc eſt, vineam j in pago Lobodon. in *Hantſcuhesheim* a die præſente trado atque transfundo in Dei nomine perpetualiter ad poſſidendum. Actum in monaſterio *Laureſham* ſtipulatione ſubnixa, die & tempore quo ſupra. Signum Rihberti, qui hanc donationem fecit, ſignum Tittonis. Ego Hunbertus recognovi & ſcripſi.

CCCXLVI.

Donatio Hucberti in eadem villa.

Anno XVIIII domini noſtri glorioſiſſimi regis Karoli magni, ego Hucbertus in Dei nomine dono pro remedio animæ meæ,

meæ, & pro requie animæ conjugis meæ Herniu dono ad ſanctnm Dei martyrem N. qui requieſcit in corpore in pago Rinenſi, in monaſterio, quod vocatur Lauresham, ſuper fluvium Wiſſcoz ſito, ubi vir venerabilis Helmericus abba præeſſe videtur, donatumque in perpetuum eſſe volo, in *Hantſcuhesheim* j petiolam de manſo a die præſente & deinceps, ut ad ipſum ſanctum locum vel ad agentes ipſius omni tempore proficiat in augmentis ſtipulat. ſubnixa. Actum in monaſterio *Lauresham* VI idus Julii. Signum Hucberti, qui hanc donationem fecit, ſig. Heilradi, Erkanfridi, Ratfridi, Udaluuani. Ego Grimarius ſcripſi. 10. Jul.

CCCXLVII.

Donatio Hucberti & Salemanni anno XX regni domini Karoli magni, Richbodone abbate.

Ego Hucbertus & Salemannus donamus pro remedio animæ Ruothohi, ad monaſterium ſancti Nazarii nomine Lauresham, ubi ipſe pretioſus martyr in corpore requieſcit, vel ad illos ſervos Dei, qui ibidem Dno ſervire videntur, ubi vir venerabilis Helmericus abba præeſſe dinoſcitur, donatumque in perpetuum eſſe volumus, & promptiſſima voluntate confirmamus, hoc eſt, in pago Lobod. in *Hantſcuhesheim* vineam j a die præſente de jure noſtro in jus & dominationem ſancti Nazarii tradimus atque transfundimus in Dei nomine perpetualiter ad poſſidendum ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio *Lauresham* kalendas Julii. Signum Hucberti & Salemanni, qui hanc donationem fecerunt, ſignum Erlolfi, Witheri, Fartmanni, Wolfberti. Ego Gerwardus rogatus ſcripſi & ſubſcripſi. 1. Jul.

CCCXLVIII.

CCCXLVIII.

Donatio Sicconis anno quo ſupra, idus Decembris.

In Dei nomine ego Sicco dono pro anima conjugis meæ Angilburgæ in pago Lob. in *Hantſcuhesheim* ad partem ſancti Nazarii, qui requieſcit in corpore in pago Rinenſi, in monaſterio Lauresham, ubi vir venerab. Richbodo abba præeſſe videtur, donatumque in perpetuum eſſe volo, hoc eſt, portionem meam de vinea in *Hantſcuhesheim*, quæ mihi de parte conjugis meæ jam dictæ legitime obvenit, quæ ſubjungitur deſubtus usque ad rivulum, deſuper attingit ad eccleſiam in *Lobetdenburg*, ad integrum, a die præſente & deinceps, ut eidem loco omni tempore proficiat in augmentis, ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio *Lauresham*. Signum Sicconis, qui hanc donationem fecit, ſignum Salemanni, Hildibaldi, Hartdradi, Nortuuini, Liohboldi, Milonis, Starcheri, Birichonis. Samuel ſcripſit.

CCCXLIX.

Donatio Bicconis in Hantſcuhesheim, anno XXI regni domini noſtri Karoli.

14. Jul. Pridie idus Julii ego Bicco dono pro anima Williburgæ, quod ipſa mihi tradidit, ut traderem ad ſanctum Dei martyrem Nazarium, qui requieſcit in corpore in pago Rinenſi, in monaſterio, quod vocatur Lauresham, ſuper fluvium Wiſſcoz ſito, ubi vir venerabilis Richbodo abba præeſſe videtur, donatumque in perpetuum eſſe volo, hoc eſt, tertiam partem de vinea j in *Hantſcuhesheim*, in Dei nomine perpetualiter ad poſſidendum a die præſente & deinceps, ut omni tempore eidem monaſterio proficiat in augmentis ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio *Lauresham*. Signum Bicconis, qui hanc donationem fecit, ſignum Erkanfridi, Hucberti, Ermenoldi, Emrichonis. Ego Iſinhardus ſcripſi.

CCCL.

CCCL.

Donatio Ratduuini in eadem villa, facta III kalendas Novembris.

Eodem etiam anno ego Ratuuin dono pro remedio animarum Liuthelmi & Engilradæ & parentum eorum ad ſanctum Dei martyrem Nazarium, qui requieſcit in corpore in monaſterio, quod vocatur Lauresham, ubi Richbodo abba præeſſe videtur, donatumque in perpetuum eſſe volo in *Hantſcuhesheim* jurnal. j de terra arabili in pago *Lobod.* a die præſente trado atque transfundo, ita, ut ab hac die ad ipſum locum ſanctum omni tempore proficiat in augmentum ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio *Lauresham*, die & tempore, quo ſupra. Signum Ratwini, qui hanc donationem fecit; ſignum Erkanfridi & aliorum.

CCCLI.

Donatio Wolfberti & Ratberti in Hantſcuhesheim, Richbodone abbate, anno XXII regni domini noſtri Karoli magni.

Nos in Dei nomine, Wolfbertus, & Ratbertus) pro animabus Hildigardis & Starckfridi donamus ad ſanctum Dei martyrem Nazarium, qui requieſcit in corpore in pago Rinenſi, in monaſterio, quod vocatur Lauresham, ſuper fluvium Wiſſcoz ſito, vel ad illam ſanctam congregationem monachorum, quæ ibidem ſub venerabili viro Richbodone abbate deſervire videtur; donatumque in perpetuum eſſe volumus, & promptiſſima voluntate confirmamus, hoc eſt, rem noſtram in *pago Lobod.* de uno manſo ſuam portionem, hoc eſt, medietatem & quidquid ipſa in eadem marcha habere viſa fuit, tam manſis, campis, pratis, paſcuis, perviis, ſilvis, vineis, aquis, aquarumve decurſibus, ad integrum a die præſente tradimus atque transfundimus in dominium ſancti Nazarii, ita, ut ab

hac die & deinceps ad ipſum locum ſanctum proficiat in augmentis ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio *Laureſham*
21. Febr. IX kalendas Martii. Signum Wolfberti & Ratberti, qui hanc donationem fieri & firmari rogaverunt, ſignum Egisheri, Egisberti, Adelhelmi, Eggiheri, Hermenoldi, Engivani, Rutbodonis. Ego Reginbertus ſcripſi.

CCCLII.

Donatio Theodan in eadem villa anno XXIII regni domini noſtri Caroli, Richbodone abbate.

In Chriſti nomine ego Theodan dono ad ſanctum Dei martyrem N. qui requieſcit in corpore in pago Rinenſi, in monaſterio, quod vocatur Laureſham, ubi vir venerabilis Richbodo abba præeſſe videtur, donatumque in perpetuum eſſe volo, hoc eſt, vineam j & terram ad ipſam pertinentem trado atque transfundo perpetualiter ad poſſidendum ſtipulat. ſub-
6. Mart. nixa. Actum in monaſterio *Laureſham* II non. Martii. Signum Theodan, qui hanc donationem fecit, ſig. Liobboldi, Rubbonis, Albrici, Minrichi, Wigberti, Theothardi, Witdradi, Spilahardi. Ego Rudolfus ſcripſi.

CCCLIII.

Donatio Erkanbaldi & Wieltrudis anno, quo ſupra, III Kalendas Januarii.

Ego quoque Erkanbaldus & conjux mea Wieldrudis donamus ad ſanctum Dei N. martyrem, qui requieſcit in corpore in pago Rinenſi, in monaſterio, quod vocatur Laureſham, ubi vir venerab. Richbodo abba præeſſe dinoſcitur, donatumque in perpetuum eſſe volo in pago Lobodoninſe in *Hantſcuhesheim* jj jurnales de terra, & j petiolam de prato, unde colligi poteſt j carada feni, a die præſente trado atque transfundo

ſundo perpetualiter ad poſſidendum, ita, ut deinceps ad ipſum ſanctum locum vel ad agentes ipſius omni tempore proficiat in augmentis ſtipulat. ſubnixa. Actum in monaſterio *Laureſham.* Signum Erkanbaldi & Wieltrudis, qui hanc donationem fecerunt, ſignum Altuuini, Reginhardi, Wichardi, Witheri, Adelhelmi, Radolfi. - Ego Rudolfus ſcripſi.

CCCLIV.

Donatio Hucberti & Liobgardae in eadem villa, III nonas Decemb.

Eodem vero anno ego Hucbertus & conjux mea Liebgarde donamus ad ſanctum Dei martyrem N. qui requieſcit in corpore in pago Rinenſi, in monaſterio, quod vocatur Laureſham, ubi vir venerab. Rihbodo abba præeſſe videtur, donatumque in perpetuum eſſe volo jurnal. j in *Hantſcuesheim*, a die præſente, ita ut deinceps ad ipſum ſanctum locum omni tempore proficiat in augmentis ſtipulat. ſubnixa. Actum in monaſterio *Laureſham.* Signum Hucberti & Liebgardæ, qui hanc donationem fecerunt. Ego Rudolfus ſcripſi.

CCCLV.

Donatio Buozulfi in eadem villa, XXV anno regni domini noſtri Karoli imperatoris, Richbodone abbate.

Ego in Dei nomine Buozolf pro remedio animæ filii mei Waltheri dono ad ſanctum Chriſti martyrem N. qui requieſcit in corpore in pago Rinenſi, in monaſterio, quod vocatur Laureſham, ubi vir venerabilis Richbodo præeſſe videtur, donatumque in perpetuum eſſe volo in *Hantſcuhesheim* vineam j ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio *Laureſham.* Sig. Bozulfi, qui hanc donationem fecit. Ego Wanbertus in vice Reginberti ſcripſi.

 CCCLVI.

CCCLVI.

Donatio Albolfi & Walmari in Hantſcuhesheim.

16. Jan. Anno XXIIII regni domini noſtri Karoli glorioſi imperatoris, die XVII kalendas Februarii, donamus ego Albolf & Walmar, quod nobis tradidit Druthmar manu poteſtativa pro anima ejus & Hucberti patris ſui, & Theodanæ matris ſuæ, ac Humberti fratris eorum, ad ſanctum Dei martyrem Nazarium, qui requieſcit in corpore in pago Rinenſi, in monaſterio, quod vocatur Laureſham, ſuper fluvium Wiſſcoz ſito, ubi vir venerabilis Richbodo abba præeſſe videtur, donatumque in perpetuum eſſe volumus, hoc eſt, in pago Lobodoninſe, quidquid Hucbertus in tribus marchis habere viſus fuit, in *Hantſcuhesheim* videlicet & *Doſſenheim*, & in *Suabaheim*, & uxor ejus Theoda, & filius illorum Druthmar, tam manſis, campis, pratis, paſcuis, vineis, ædificiis, pomiferis, omnia & ex omnibus, totum & ad integrum, mobilia & immobilia, & mancipia his nominibus, Albuin, Gunzila, Amalrich, Hurlolf, Hatto, Guntfrit, Wolfbreth, Thankolf, Sindolf, Liuda, Blidolf, Uda, Inga, hæc omnia transfundimus de jure noſtro in jus & dominationem ſancti N. ita ut ab hac die & deinceps quidquid exinde facere volueritis, liberam ac firmiſſimam in omnibus habeatis poteſtatem. Si quis vero, quod futurum eſſe non credimus, ſi nos ipſi, aut ullus de heredibus vel proheredibus noſtris, qui contra hanc donationem a nobis factam venire temptaverit, aut eam infringere vel immutare voluerit, tunc inferat una cum cogente fiſco partibus ipſius ſancti N. auri uncias jjj, argenti pondera jjjj, & nec ſic, quod repetit, evendicare valeat, ſed omni tempore hæc præſens donatio firma & ſtabilis permaneat ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio *Laureſham*, die & tempore, quo ſupra. Sig. Albolfi & Walmari, qui hanc donationem fieri & firmari rogaverunt, ſignum Bubonis, Weniberti, Heilradi, Erkanfridi. Ego Reginbertus ſcripſi.

CCCLVII.

CCCLVII.

Donatio Ruotperti in eadem villa.

Ego in Dei nomine Rutbertus pro remedio animæ meæ dono ad ſanctum Chriſti martyrem Nazarium, qui requieſcit in corpore in pago Rinenſi. in monaſterio, quod vocatur Laureſham, ſuper fluvium Wiſſcoz ſito, ubi venerab. Richbodo abbas præeſſe videtur, donatumque in perpetuum eſſe volo, hoc eſt, quidquid ego terræ araturiæ in *Hantſcuhesheim* habere viſus fui, ſimiliter & ad *Hohenmartim* & ad *Waltolf* terræ araturiæ videor habere, excepto j manſo & ſilva, & vineis, aliud ad integrum a die præſente trado atque transfundo in dominium ſancti N. ita, ut deinceps ad ipſum locum ſanctum omni tempore proficiat in augmentis, ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio *Laureſham* VIII kalendas Julii, anno XXVIJ regni domini noſtri Karoli regis. Sig. Rutberti, qui hanc donationem fecit, ſignum Egilberti, Tittonis, Cuniberti, Theutdolfi, Giſelhelmi, Eberhardi. Ego Samuel ſcripſi. 24. Jun.

CCCLVIII.

Donatio Starcheri, in eadem villa.

Anno eodem ego Starcheri dono pro remedio animæ fratris mei Birichonis ad ſanctum Dei martyrem Nazarium, qui requieſcit in corpore in pago Rinenſi, in monaſterio, quod vocatur Laureſham, ubi venerabil. Richbodo abba præeſſe videtur, donatumque in perpetuum eſſe volo, hoc eſt, vineam j in *Hantſcuhesheim*, ita, ut ab hac die ad ipſum locum ſanctum omni tempore proficiat in augmentis ſtipulat. ſubnixa. Sig. Starcheri, qui hanc donationem fecit, ſignum Hiltidingi. Ego Gundolfus rogatus ſcripſi & ſubſcripſi.

CCCLIX.

Donatio Erkanberti in villa ſupra dicta.

Anno autem XXVIIII regni domini noſtri Karoli glorioſi imperatoris ego Erkanbertus pro remedio animæ Hunoldi dono ad ſanctum Dei martyrem Nazarium, qui requieſcit in corpore in pago Rinenſi, in monaſterio, quod vocatur Laureſham, ubi vir venerab. Richbodo abba præeſſe videtur, donatumque in perpetuum eſſe volo, hoc eſt, rem meam in pago Lobod. inter *Hantſcuhesheim* & *Tittilesheim*, xx jurnales de terra araturia a die præſente trado atque transfundo in Dei nomine perpetualiter ad poſſidendum ſtipulat. ſubnixa. Actum
9. Febr. in monaſterio *Lauresham* V idus Febr. Signum Erkanberti, qui hanc donationem fieri & firmari rogavit. Ego Reginbertus ſcripſi.

CCCLX.

Donatio Erinfridi, in eadem villa.

Ego in Dei nomine Eramfridus pro remedio animæ genitoris mei Sigefridi dono ad ſanctum Chriſti martyrem Nazarium, qui requieſcit in corpore in pago Rinenſi, in monaſterio, quod vocatur Laureſham, ubi vir venerab. Richbodo abba præeſſe videtur, donatumque in perpetuum eſſe volo, hoc eſt, unam vineam in *Hantſcuhesheim*, a die præſente trado atque transfundo perpetualiter ad poſſidendum ſtipulatione ſub-
31. Maj. nixa. Actum in monaſterio *Lauresham* II kalendas Junii anno XXX regni domini noſtri Karoli glorioſiſſimi imperatoris. Signum Eramfridi, qui hanc donationem fecit. Ego Reginbertus ſcripſi.

CCCLXI.

CCCLXI.
Donatio Adonis & Abbonis.

Anno dehinc XXXI ejusdem principis ſub jam dicto abbate VIII kalendas Julii nos in Chriſti nomine Ado & Appo 24. Jun. pro remedio animæ Godeberti donamus ad ſanctum martyrem Dei Nazarium, qui requieſcit in monaſterio Laureſham ſuper fluvium Wiſſcoz ſito, donatumque in perpetuum eſſe volumus, hoc eſt, rem, quam ipſe Godebertus nobis tradidit manu poteſtativa in pago Lobod. in *Hantſcuhesheim* j manſum cum ædificio ſuperpoſito, & terram araturiam & vineas, & quidquid idem Godebertus in eadem marcha habere viſus fuit, majora & minora, omnia & ex omnibus de jure noſtro in jus & dominium ſancti N. tradimus a die præſente, atque transfundimus in Dei nomine perpetualiter ad poſſidendum, ita, ut deinceps ad ipſum locum omni tempore proficiat in augmentis ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio *Laureſham* die & tempore quo ſupra. Signum Adonis & Apponis, qui hanc donationem fieri & firmari rogaverunt, ſignum Hartberti, Eberuuini, Berengiſi, Hortheri, Albolfi, Weronis. Ego Reginbertus ſcripſi.

CCCLXII.
Donatio Erinberti in eadem villa.

In Dei nomine ego Arnbertus pro remedio animæ germani mei Wolfradi dono ad ſanctum Chriſti martyrem Nazarium, qui requieſcit in corpore in pago Rinenſi, in monaſterio, quod vocatur Laureſham, ſuper fluvium Wiſſcoz ſito, ubi vir venerab. Richbodo abba præeſſe videtur, donatumque in perpetuum eſſe volo & promptiſſima voluntate confirmo, hoc eſt, in pago Lobod. in *Hantſcuhesheim* j vineam a die præſente de jure meo in jus & dominium ſancti N. trado atque transfundo in Dei nomine perpetualiter ad poſſidendam, ita ut ab hac die

die & deinceps ad ipſum ſanctum locum proficiat in augmentum, & hæc donatio omni tempore ſit firma & ſtabilis permaneat ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio *Lauresham*
25. Oct. ſub die VIII kalendas Novemb. anno XXXIII regni domini noſtri Karoli magni & beati imperatoris. Signum Erinberti, qui hanc donationem fecit, ſignum Nendingi, Heribaldi, Heririch. Ego Reginbertus ſcripſi.

CCCLXIII.

Donatio Fartmanni & Ermenfridi.

Anno XXXIIII regni domini noſtri Karoli glorioſiſſimi imperatoris nos in Dei nomine Fartman & Ermenfrid donamus pro remedio animæ Odoldi ad ſanctum martyrem Chriſti Nazarium, qui requieſcit in corpore in monaſterio, quod vocatur Lauresham, in pago Rinenſi ſuper fluvium Wiſſcoz ſito, hoc eſt, quod ipſe Odoldus nobis tradidit, in pago Lobod. in *Hantſcuhesheim* v jurnal. de terra araturia & dimidium & j vineam, item Hardbertus, pater Odoldi, dedit j jurnal. in eadem marcha in dominium ſancti N. ita, ut ab hac die & deinceps ad ipſum ſanctum locum omni tempore proficiat in augmentum ſtipulatione ſubnixa. Actum in mona-
28. Aug. ſterio *Lauresham* V kalendas Sept. Signum Fartmanni & Ermenfridi, qui hanc donationem fieri & firmari rogaverunt, ſig. Hartberti, Siguuini, Ratberti, Starcfridi, Heimonis, Woluingi. Ego Reginbertus rogatus ſcripſi & ſubſcripſi.

CCCLXIV.

Donatio Geilſuindis.

Triceſimo dehinc VI anno regni domini noſtri Karoli glorioſiſſimi imperatoris ego Geilſuint pro remedio animæ meæ dono ad ſanctum Dei martyrem Nazarium, qui requieſcit in

cor-

corpore in pago Rinenſi, in monaſterio, quod vocatur Lauresham, ſuper fluvium Wiſſcoz ſito, ubi vir venerabilis Gundelandus abba præeſſe videtur, donatumque in perpetuum eſſe volo j manſum cum ædificio in *Hantſcuesheim*, & vjjj jurnal. de terra aratnria, & mancipia jjjj his nominibus: Waltrat, Liubrat, Udurat, Hildibirc, & omnem collaboratum meum, quem modo habeo, & quidquid videtur eſſe mea poſſeſſio, totum & ad integrum a die præſente trado atque transfundo in Dei nomine perpetualiter ad poſſidendum, ſtipulatione ſubnixa, VII kalendas Februar. Actum in monaſterio *Lauresham*. 26. Jan.
Signum Geilſuindis, quæ hanc donationem fecit, ſignum Theotberti, Rudwini, Roholfi, Altwini, Wolfberti, Fartmanni, Galamanni, Hildibaldi, Ermenfridi, Engilberti, Williheri. Altwinus ſcripſit.

CCCLXV.

Donatio Hildibaldi, in eadem villa.

Anno quoque regni domini noſtri Karoli piiſſimi imperatoris XXXVII ego in Dei nomine Hildibaldus pro remedio animæ meæ dono *& cetera omnia ut ſupra usque*: j vineam in *Hantſcuhesheim* & j pratum ad j caradam feni, & in *Chreugowe*, in *Menzingun* ego & conjux mea Ratdrud jjjj jurnales de terra araturia tradimus a die præſente de jure noſtro, atque transfundimus in jus & dominium ſancti N. *reliqua omnia ut ſupra usque*: Actum in monaſterio *Lauresham* X kalendas Maji. Signum Hiltdibaldi & Ratdrudis, qui hanc donationem fieri & firmari rogaverunt, ſignum Erkanberti, Nordiuuini, Reginbaldi, Dudonis. Ego Reginbertus ſcripſi. 22. Apr.

CCCLXVI.

Donatio Erkanbaldi & Wieldrudis, conjugis ejus.

Ego in Dei nomine Erkanbalt & conjux mea Wieldrut, & filius noſter Altwin, pro remedio animæ noſtræ donamus ad ſanctum martyrem Chriſti Nazarium, qui requieſcit in corpore in pago Rinenſi, in monaſterio, quod vocatur Laureſham, ubi vir venerabilis Adalungus abbas præeſſe videtur, donatumque in perpetuum eſſe volumus, hoc eſt, res noſtras in pago Lobod. in *Hantſcuesheim* j vineam, & jjj jurnal. de terra arabili, & in *Uluuenesheim* j jurnalem & in *Sickenheim* in Nordinoowa in duobus locis prata, a die præſente & deinceps, ut omni tempore eidem loco proficiat in augmentis. Actum in monaſterio *Laureſham* ſtipulatione ſubnixa, VII kalendas
25. Apr. Maji. Signum Erkanbaldi., Wieltrudis & Altuuin, qui hanc donationem fieri & firmari rogaverunt. Ego Reginbertas ſcripſi.

CCCLXVII.

Donatio Sigehardi in eadem villa.

Anno XLV regni domini noſtri Karoli glorioſiſſimi imperatoris, ego Sigehardus pro remedio animæ Engilgeri dono ad ſanctum Dei martyrem Nazarium, qui requieſcit in corpore in pago Rinenſi, in monaſterio, quod vocatur Laureſham, ſuper fluvium Wiſſcoz ſito, ubi vir venerabilis Adalungus âbba præeſſe videtur, donatumque in perpetuum eſſe volo, & promptiſſima voluntate confirmo, hoc eſt, j jurnal. de terra araturia, in *pago Lobod.* in villa, quæ dicitur *Hantſcuhesheim*, a die præſente trado atque transfundo in dominium ſancti Nazarii, ita, ut deinceps ad ipſum locum ſanctum proficiat in augmentum ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio *Lau-*
22. Oct. *reſham* XI kalendas Novemb. Signum Sigehardi, qui hanc donationem fecit, ſignum Ratwici, Adalbaldi, Richgeri, Rut-

Rutwardi, Egilberti, Ernuſti, Walrici, Birnichonis. Ego Altwinus ſcripſi.

CCCLXVIII.

Donatio Winitheri in Hantſcuhesheim anno XLV regni domini noſtri Karoli magni glorioſiſſimi imperatoris, Adalungo abbate.

In Chriſti nomine ego Winitherus dono pro remedio animæ Luitwini ad ſanctum Dei martyrem Nazarium, qui requieſcit in pago Rinenſi, in monaſterio, quod vocatur Laureſham, ſuper fluvium Wiſſcoz ſito, vel ad illam ſanctam congregationem monachorum, quæ ibidem ſub venerabili viro Adalungo abbate Dno ſervire videtur, donatumque in perpetuum eſſe volo & promptiſſima voluntate confirmo, hoc eſt, in pago Lobod. in *Hantſcuhesheim* j jurnal. & dimidium a die præſente trado atque transfundo perpetualiter ad poſſidendum, ita, ut deinceps ad ipſum ſanctum locum omni tempore proficiat in augmentum ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio *Laureſham* idus Novemb. Signum Winitheri, qui hanc donatio- 13. Nov.
nem fieri & firmari rogavit, ſignum Hadeberti, Sigolfi. Ego Altuuinus ſcripſi.

CCCLXIX.

Donatio Hiltdibaldi in eadem villa non. Novemb.

Eodem anno domini noſtri Karoli ego Hiltdibaldus pro animabus Hartberti, Alboldi & Amalgundæ dono ad ſanctum Dei martyrem N. vjj jurnal. de terra araturia in *Hantſcuhesheim*, ita, ut ab hac die & deinceps ad monaſterium Laureſham nuncupatum omni tempore proficiat in augmentum ſtipulatione ſubnixa. Signum Hildibaldi, Éranbaldi, Engilberti, Wolfberti, Meginberti, Wolfheri, Ratolfi, Ratwigi, Adalbalti, Richgeri, Rutbardi, Eigilberti, Ernuſti, Burichonis. Ego Altuuinus ſcripſi.

CCCLXX.

Donatio Engiltrudae ibidem Karolo rege Adalungo abbate.

Regnante domino noſtro Karolo magno glorioſiſſimo imperatore, ego Engildrud dono ad ſanctum Dei martyrem Nazarium pro remedio animæ meæ & parentum meorum, Eberhardi & Adeldrudæ, quod ipſi morientes mihi derelinquerunt, ut donarem ad monaſterium, quod vocatur Lauresham, in pago Rinenſi ſito, ſuper fluvium Wiſſcoz, vel ad illos ſervos Dei, qui ibidem, ubi ipſe pretioſus martyr in corpore requieſcit, & venerabilis Adalungus abba præeſſe videtur, die, noctuque Deo ſerviunt, donatumque in perpetuum eſſe volo j manſum in *Hantſcuhesheim* & xjjjj jurnales de terra arabili a die præſente & deinceps, ut ad ipſum locum omni tempore proficiat in augmentis ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio *Lauresham.* Signum Engiltrudis, quæ hanc donationem fieri & firmari rogavit, ſignum Vuluingi, Gunthardi. Ego Reginbertus ſcripſi.

CCCLXXI.

Donatio Adalſuindis in Hantſcuhesheim, anno II Ludewici imperatoris.

20. Maj. In Chriſti nomine ſub die XIII kalendas Junii, anno ſecundo domini noſtri Ludowici glorioſiſſimi imperatoris, ego Adalſuint cogitans cogitavi, ut aliquid ex rebus meis pro remedio animæ meæ & pro remedio animæ Rutberti viri mei ad ſanctum Nazarium martyrem tradere debuiſſem, quod ita & facere propoſui ea de cauſa, ut pius Dominus mihi in futuro veniam peccatorum noſtrorum præſtare dignetur, dono ad ſanctum Dei martyrem N. qui requieſcit in corpore in pago Rinenſi, in monaſterio, quod vocatur Lauresham, ſuper fluvium Wiſſcoz ſito, vel ad illos ſervos Dei, qui ibidem ſub venerabili

bili abbate Adalungo ſervire videntur, donatumque in perpetuum eſſe volo, hoc eſt, rem proprietatis meæ in pago Loboduninſe, in villa, quæ dicitur *Hantſcuhesheim*, quidquid ibidem videor habere; excepta j vinea, totum aliud tam manſis, terris, campis, pratis, paſcuis, perviis, ſilvis, vineis, domibus & ædificiis, aquis, aquarumve decurſibus, & tria loca in *Neckare* ad vineam faciendam, omnia & ex omnibus, totum & ad integrum a die præſente de jure meo in jus & dominium ſancti N. trado atque transfundo in Dei nomine perpetualiter ad poſſidendum, ita ut deinceps dominium habeatis tenendi, donandi, comutandi, vel quidquid exinde facere volueritis, liberam ac firmiſſimam in omnibus poteſtatem. Si quis vero, quod fieri non credo, ſi ego ipſe, aut ullus de heredibus vel proheredibus meis, ſeu quælibet alia extranea perſona, quæ contra hanc donationem a me factam venire aut eam infringere vel immutare voluerit, inprimitus iram omnipotentis Dei & ſancti N. & omnium ſanctorum Dei incurrat, & tunc inferat una cum ſociante fiſco auri uncias jjj, argenti pondera jjjj, & nec ſic, quod repetit, evendicare valeat, ſed præſens iſta donatio omni tempore firma & ſtabilis permaneat ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio *Laureshams* die & tempore, quo ſupra. Signum Adalſuindæ, quæ hanc donationem fieri & firmari rogavit, ſig. Hadeberti, Burgolfi, Iſanberti, Ratleibi, Witberti, Racheri, Rutfolchi, Dudonis, Betilonis, Starcheri, Eberhelmi, Geroldi, Hiltrici. Ego Altuuimus ſcripſi.

CCCLXXII.

Donatio Adelhelmi & Williburgis.

In eadem villa Adelhelm & conjux ejus Wilburc dederunt jjj manſos & jjj jurnal. vineæ cum pratis, & quidquid habuerunt ibidem.

 CCCLXXIII.

CCCLXXIII.
Donatio Erkanbaldi.

Eadem ſpe & devotionis gracia Erkanbaldus & uxor ejus Wieldrud ac filius eorum Altuuin dederunt ad ſanctum N. martyrem Chriſti j jurnal. de terra araturia in eadem villa. Signum Hildibaldi, Bicconis, Erkenberti, Hiltdiberti, Ratolfi, Meginberti, Udorici, Cuniberti.

CCCLXXIV.
Donatio Meginhardi.

Anno XII Ludowici imperatoris ego Meginhardus pro remedio animæ meæ dono ad ſanctum Dei martyrem Nazarium, qui requieſcit in corpore in pago Rinenſi, in monaſterio, quod vocatur Laureſham, ſuper fluvium Wiſſcoz ſito, ubi vir venerabilis Adalungus abba præeſſe videtur, donatumque in perpetuum eſſe volo in pago Lubodoninſe, in *Hantſcuhesheim* jjj jurnal. de terra a die præſente, ut deinceps ad ipſum ſanctum locum omni tempore proficiat in augmentis ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio *Laureſham*. Signum Meginhardi, qui hanc donationem fieri & firmari rogavit, ſignum Sigeberti, Ramberti, Heimirici, Rutberti, Meginhardi, Theganhardi, Gernemanni, Engilberti. Ego Altuuinus ſcripſi.

CCCLXXV.
Donatio Theodae in eadem villa anno XIII regni Ludewici imperatoris, Adalungo abbate.

Ego in Dei nomine Theoda pro remedio animæ meæ dono ad ſanctum Dei martyrem N. qui requieſcit in corpore in pago Rinenſi, in monaſterio Laureſham, ubi vir venerabilis Adalungus abba præeſſe videtur, donatumque in perpetuum eſſe

volo,

volo, hoc eſt, rem meam in pago Lubod. manſum j & quidquid ad ipſum pertinet, & mancipia jj, Erlebaldus & Pertſuint, & quodcunque habeo proprietatis in ipſa villa, ſive in eodem pago, omnia & ex omnibus a die præſente trado atque transfundo perpetualiter ad poſſidendum, ut omni tempore proficiat eidem loco in augmentis ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio *Lauresham* IIII non. Julii. Signum Theodæ, 4. Jul.
quæ hanc donationem fieri & firmari rogavit, ſignum Sigeberti, Heimirici, Trutberti, Ruduuini, Mazonis, Roholfi, Adalbaldi, Walacmari, Engilbaldi, Reginberti, Salamanni, Gundecari, Bettonis, Eberhelmi, Radolfi, Gerhohi. Ego Altuuinus ſcripſi.

CCCLXXVI.

Donatio Reginberti in eadem villa Ludowico imperatore, Adalungo abbate.

Tempore ejuſdem principis, videlicet Ludowici imperatoris, ego Reginbertus dono pro remedio animæ meæ ad ſanctum Dei martyrem N. qui requieſcit in corpore in pago Rinenſi, in monaſterio, quod vocatur Lauresham, ſuper fluvium Wiſſcoz ſito, ubi vir venerabilis Adalgundus abba præeſſe videtur, donatumque in perpetuum eſſe volo j manſum in *Hantſcuhesheim*, & in *Rohrbach* j vineam perpetualiter ad poſſidendum, ut deinceps ad ipſum locum ſanctum proficiat in augmentis ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio *Lauresham*. Signum Reginberti, qui hanc donationem fieri & firmari rogavit, ſignum Egisberti, Raccheri, Heimirici, Roholfi, Bubonis, Bernheri, Engilberti, Frideberti, Guntwini, Adalmanni, Riperti, Raffoldi, Gumperti, Warmanni. Altuuinus ſcripſit.

CCCLXXVII.

CCCLXXVII.

Donatio Engilberti & Wicberti in Hantſcuhesheim anno XV regni domini Ludowici imperatoris, Adalungo abbate.

Nos in Dei nomine Engilbertus & Wicbertus pariter donatores pro remedio animarum noſtrarum ac parentum noſtrorum donamus ad ſanctum Chriſti martyrem N. qui requieſcit in corpore in pago Rinenſi, in monaſterio, quod vocatur Laureſham, ſuper fluvium Wiſſcoz ſito, vel ad illam ſanctam congregationem monachorum, quæ ibidem ſub venerabili Adalungo abbate ſervire Deo videtur, donatumque in perpetuum eſſe volumus ac promptiſſima voluntate confirmamus, hoc eſt, rem noſtram in pago Loboduninſe, in *Hantſcuhesheim*, & in *Doſſenheim*, & in *Cilolfesheim* & in *Uluinesheim*, quidquid habemus proprietatis, & j vineam in *Doſſenheim*, excepta j via in Cilolfesheim, & j ſtirpo habente in longitudine perticas xxx, in latitudine xx, reliqua omnia tam manſis, terris, pratis, paſcuis, domibus, ædificiis, perviis, ſilvis & mancipiis, hæc nomina habentibus, Liutheri, Fridehilt conjux ejus, & infantes eorum, item Leobhilt, Albgoz, Otger, Geila, a die præſenti tradimus atque transfundimus in Dei nomine perpetualiter ad poſſidendum, ita, ut deinceps habeatis liberam atque firmiſſimam poteſtatem exinde facere, quidquid volueritis, ſtipulatione ſubnixa. Actum IIII idus
12. Jul. Julii. Signum Engilberti & Wicberti, qui hanc donationem fieri & firmari rogaverunt, ſig. Helmgeri, Spilhardi, Engilhardi, Beiningi, Nanthardi, Adalmanni, Bernhardi, Wolafridi, Willonis, Ruthardi, Eberhelmi, item Egilhardi. Altwinus ſcripſit.

CCCLXXVIII.

CCCLXXVIII.

Donatio Berolfi in eadem villa.

Ego in Dei nomine Berolf pro anima fratris mei Folchardi dono ad ſanctum Chriſti martyrem N. qui requieſcit in corpore in pago Rinenſi, in monaſterio, quod vocatur Laureſham, ubi venerabilis Adalungus abba præeſſe videtur, donatumque in perpetuum eſſe volo, inter *Hantſcuhesheim* & *Hillinbach* jurnal. j & pratum ad fenum caradam, a die præſenti, ut ad ipſum locum omni tempore proficiat in augmentis, ſtipulatione ſubnixa. Sig. Berolfi, qui hanc donationem fecit, ſignum Reginberti, Lanthelmi, Riendingi, Marchrati, Wolfgrimi, Waltdolfi, Noddingi. Altuuinus monachus ſcripſit.

CCCLXXIX.

Donatio Theotgardae.

Eodem quoque tempore ego Theotgart pro remedio animæ meæ dono ad ſanctum Dei martyrem N. vineam j in villa jam dicta perpetualiter ad poſſidendum, ſtipulatione ſubnixa. Signum Theodgardæ, quæ hanc donationem fecit, ſignum Helmgeri, Nagelhardi, & ceterorum ſupra ſcriptorum.

CCCLXXX.

Donatio Adalſuindis.

Anno XVI Ludowici imperatoris ego Adelſuint dono pro remedio animæ meæ & viri mei Rutberti ad ſanctum Chriſti martyrem N. qui requieſcit in corpore in pago Rinenſi, ubi venerabilis abba Adalungus præeſſe videtur, donatamque volò eſſe vineam meam in *Hantſcuheshem*, quæ vineis filiorum Engilberti & Willonis interjacet, ex omni parte, ut deinceps ad ipſum locum proficiat in augmentum ſtipulatione ſubnixa.

12. Jun. Actum in monaſterio *Laureſham* II idus Junii. Signum Adalſuindæ, quæ hanc donationem fieri & firmari rogavit, ſignum Geroldi, Wolfhardi, Eberhelmi, Theotmari. Item Gumbertus dedit x jurnales in *Hantſcuhesheim*, coram eisdem teſtibus.

CCCLXXXI.

Donatio Galamanni in Hantſcuhesheim & in Etingen anno ab incarnatione Chriſti DCCCLI, regni Ludovici regis XI, Samuele abbate.

Si aliquid de facultatibus noſtris ad loca ſanctorum condonamus, hoc nobis procul dubio in æterna retributione prodeſſe confidimus. Idcirco ego Galeman cogitans de Dei timore & æterna retributione, ut veniam peccatorum meorum apud Dominum adipiſci merear, dono ad ſanctum Chriſti martyrem Nazarium, qui requieſcit in corpore in pago Rinenſi, in monaſterio, quod vocatur Laureſham, ſuper fluvium Wiſſcoz ſito, vel ad illam ſanctam congregationem monachorum, quæ ibidem ſub venerabili viro Samuele epiſcopo & abbate Domino Deo ſervire die noctuque videtur, donatumque in perpetuum eſſe volo, hoc eſt, in *Hantſcuhesheim* quartam partem unius areæ & j petiolam de vinea, & quartam partem unius hubæ, quæ mihi LIUTHARIUS COMES tradidit, ſimiliter & in *Etingon* aream j præfati martyris rebus contiguam, & vineam j, & de terra arabili hobam j, & quidquid ad ipſas res legitime pertinere videtur, excepta una lacha ad piſcandum in *Etingen*, & prato in *Lobodenauua*, hæc omnia ſuperius comprehenſa de jure meo in jus & dominium ſancti Nazarii rectorumque ipſius monaſterii trado atque transfundo in Dei nomine perpetualiter ad poſſidendum, ita ut ab hac die pontificium habeant tenendi, donandi, comutandi, vel quidquid exinde facere voluerint pro utilitate ejusdem monaſterii, liberam ac firmiſſimam in omnibus poteſtatem, & hæc donatio a

me

me facta omni tempore firma & ſtabilis permaneat ſtipulatione ſubnixa, VII idus Auguſti. Signum Galamanni, qui hanc donationem fecit, ſignum Salemanni, Erkanberti, Wigbaldi, Meginrici, Theotberti, Galamanni, Iringi, Gerhohi, Salemanni, Waltheri, Waltidolfi, Nordi, Wiggrammi, Eremberti. Ego Thietroch ſcripſi. 7. Aug.

CCCLXXXII.

Donatio Hildradae in eadem villa anno I domini noſtri Ludewici regis junioris, Adalberone abbate.

Ego Hiltdrat in Dei omnipotentis nomine dono ad ſanctum Chriſti martyrem Nazarium, qui requieſcit in corpore in pago Rinenſi, in monaſterio, quod vocatur Lauresham, ubi venerabilis Adalbero abbas præeſſe videtur, donatumque in perpetuum eſſe volo, hoc eſt, omnes res proprietatis meæ in pago Lobodoninſe, in *Hantſcuhesheimero* marca, & quidquid habeo in *Rohrbachi* marca, & in *Buodesheimero* marca cum domibus, ceterisque ædificiis, terris, pratis, paſcuis, ſilvis, campis, aquis, aquarumve decurſibus, cultis locis & incultis, mobilibus & inmobilibus rebus, vel quidquid denominari poteſt vel dici, aut non poteſt, & mancipia his nominibus, Beddo & Badahildis & filia eorum Wolchandrut, & Ratmunt, hæc omnia a die præſente trado atque transfundo in Dei nomine perpetualiter ad poſſidendum, ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio *Lauresham* IIII idus Novemb. anno 10. Nov. ab incarnatione Domini DCCCC. Signum Adalberonis, piisſimi præſulis atque abbatis, qui hanc kartulam donationis ſcribere juſſit, ſignum Hiltdradæ, quæ hanc donationem fecit, ſignum Sigolfi præpoſiti, Duodonis, Huſi, Heimonis, Bahonis, Duodonis, Wenilonis, Otberti, Huſi, Erkanberti. Ego Sviger ſcripſi.

CCCLXXXIII.

Donatio Adelhelmi anno ab incarnatione domini DCCCLXXX, regni vero Ludowici regis XXXVII, (a) *Tiotrocho abbate.*

In Dei nomine ego Adalhelm & conjux mea Wiliburg donamus ad ſanctum martyrem Chriſti N. qui requieſcit in monaſterio Lauresham, ubi vir venerab. Tiotroch abba præeſſe videtur, donatumque in perpetuum eſſe volo, hoc eſt, rem meam in *Hantſcuhesheim* jjj manſos, ad vineas jjjj jurnal. de terra araturia jurn. xxvjj & pratum j, alterum in *Norduuuen*, mancipia vj, Hiltdiſuint cum tribus filiis ſuis, & Liubdrut cum filiis ſuis. Actum monaſterium *Lauresham*. Signum Adalhelmi, qui hanc donationem fecit, ſignum Huſi, Waltheri, Gerhardi, Wenilonis, Gerolfi, Meginberti, Engilberti, Dudonis, Babonis, ſignum Engilberti, Burgradi, Sigeberti, Ciluuardi, Adelradi, Heimerici, Luitfridi, Udilbaldi, Wegelenzonis.

CCCLXXXIV.

Donatio Nortwini anno XV regni domini noſtri Pippini regis, Gundelando abbate.

In Chriſti nomine ego Nortuuinus donator trado ad ſanctum martyrem Dei Nazarium, qui requieſcit in corpore in pago Rinenſi, in monaſterio, quod vocatur Lauresham, ubi Gundelan-

(a) Ludovicum Germ. ſcriptor monachus hic adducit, cujus regni annos ab 843, quo pax Virodun. coaluit, ſi numerare incipias, triginta & ſeptem an. 880 recte habebis. At Ludovicus hic e vita exceſſit an. 876, inter filios ſucceſſores relinquens Ludovicum juniorem, qui Franciam, in qua monaſterium S. Nazarii ſitum erat, atque Saxoniam anno iſto 880 omnino rexit, uti ex ipſo chronico Laurisham ſuperius pag. 76 conſtat.

delandus abba præeſſe videtur, trado atque transfundo j jurnal. de terra in *pago Lobodoninſe*, in *Hillenbach* a die præſente de jure meo in jus & dominationem ſancti Nazarii vel ad agentes ipſius, ita ut ab hac die omni tempore ibidem proficiat in augmentis ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio *Laureſham* publice kalendas Auguſti. Signum Nortwini, qui hanc donationem fieri & firmari rogavit, ſignum Bertdadi, Hartberti, Erkanfridi, Sigefridi, Hucberti, Bernhardi. Ego Samuel ſcripſi. 1. Aug.

CCCLXXXV.

Donatio Alſtrudis in Hillenbach facta anno I domini noſtri Karoli glorioſi regis, Gundelando abbate.

Ego Alſtrudis dono pro remedio animæ meæ ad ſanctum Dei martyrem Nazarium, qui requieſcit in pago Rinenſi corporaliter, in monaſterio, quod vocatur Laureſham, ſuper fluvium Wiſſcoz ſito, vel ad illos ſervos Dei, qui ibidem ſervire videntur, ubi vir venerabilis Gundelandus abbas præeſſe dinoſcitur, donatumque in perpetuum eſſe volo & promptiſſima voluntate confirmo, hoc eſt, in pago Lobodonenſi in *Hillenbach* portionem meam de vinea j a die præſente totum & ad integrum trado atque transfundo, ita ut ab hac die ad ipſum locum ſanctum vel ad agentes ipſius omni tempore proficiat in augmentis ſtipulatione ſubnixa. Actum in *Laureſham*, kalendas Novemb. Signum Alftdrudis, quæ hujus donationis cartulam fieri & firmari rogavit, ſignum Luithelmi, Sigefridi, Theodonis, Artbaldi, Ratfridi, Ermanfridi, Erkanfridi. Ego Harilandus ſcripſi. 1. Nov.

CCCLXXXVI.

Donatio Herchennonae Deo ſacratae in Hillenbach Karolo imperatore.

Anno II regni domini noſtri Karoli regis glorioſi, ego Herchenane pro remedio animæ meæ per hanc cartulam donationis dono ad ſanctum Dei martyrem Nazarium, qui requieſcit in corpore in pago Rinenſi, in monaſterio, quod vocatur Lauresham, ſuper fluvium Wiſſcoz ſito, ubi vir venerab. Gundelandus abbas præeſſe videtur, donatumque in perpetuum eſſe volo, hoc eſt, rem meam in pago Lobodoninſe, in loco *Hillenbach* nuncupato & in *Cloppheim*, quantumcunque viſa ſum habere in præſenti tempore, quod mihi hæreditario jure a parentibus meis ſeu de quolibet adtracto ad me noſcitur perveniſſe, per drictum legibus attingit mihi, totum, tam manſis, terris, campis, ſiluis, vineis, aquis, aquarumve decurſibus, mancipiis, omnia & ex omnibus, de jure meo in jus & dominium ſancti N. trado atque transfundo in Dei nomine perpetualiter ad poſſidendum. Si quis vero, quod futurum eſſe minime credo, ſi ego ipſa, aut ullus de heredibus meis, ſive aliqua extranea perſona contra hanc donationem a me factam venire temptaverit, vel eam infringere aut immutare voluerit, inferat una cum cogente fiſco auri libram dimidiam, argenti pondus j multa ſuſtineat, & quod repetit, evendicare non valeat, ſed præſens donatio iſta omni tempore firma & ſtabilis permaneat ſtipulatione ſubnixa. Actum in mona-
12. Jun. ſterio *Lauresham* publice, jj idus Junii. Signum Herchenonæ, quæ hanc donationem fieri & firmari rogavit, ſignum Crancronis, Teutaccar, Ude. Ego Samuel rogatus ſcripſi.

CCCLXXXVII.

CCCLXXXVII.

Donatio Giſelhelmi in Hillenbach anno VIII regni domini noſtri Karoli regis magni, Gundelando abbate.

Regnante domino noſtro glorioſiſſimo rege Karolo anno VIII regni ejus, ego Giſelhelm dono ad ſanctum Dei martyrem Nazarium, qui requieſcit in pago Rinenſi corporaliter, in monaſterio, quod vocatur Laureſham, ſuper fluvium Wiſſcoz ſito, ubi vir venerab. Gundelandus abba præeſſe videtur, donatumque in perpetuum eſſe volo, hoc eſt, vineam j in *Hillinbach*, a die præſente perpetualiter poſſidendum, ut deinceps ad ipſum locum proficiat in augmentis ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio *Laureſham* III kalendas Febr. Signum 30. Jan.
Giſelhelmi, qui hanc donationem fecit, ſignum Geroldi, Einhardi, Ermenoldi, Arnhelmi. Ego Grimarius ſcripſi.

CCCLXXXVIII.

Donatio Heriberti in eadem villa Gundelando abbate.

Anno X regni domini noſtri Karoli glorioſiſſimi imperatoris, ego Haribertus dono pro anima Gumberti, quod ipſe mihi tradidit manu poteſtativa coram teſtibus, ad ſanctum Dei martyrem Nazarium, qui requieſcit in pago Rinenſi corpore, in monaſterio, quod vocatur Laureſham, ubi venerab. abba Gundelandus præeſſe videtur, donatumque in perpetuum eſſe volo in pago Lobod. j vineam in *Hillinbach* a die præſente, ita, ut deinceps ad ipſum locum ſanctum proficiat in augmentis ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio *Laureſham* VI kalendas Maji. 26. Apr.
Signum Heriberti, qui hanc donationem fecit, ſignum Herirat, Wogonis, Ratfridi, Ehanfridi, Giſelhelmi. Ego Grimarius ſcripſi.

CCCLXXXIX.

CCCLXXXIX.

Donatio Madaloldi in eadem villa Karolo imparatore, Gundelando abbate.

Eodem etiam anno ego Madalolt dono ad ſanctum Dei martyrem Nazarium, qui requieſcit in corpore in pago Rinenſi, in monaſterio, quod dicitur Lauresham, ubi vir venerab. Gundelandus abba præeſſe videtur, donatumque in perpetuum eſſe volo, hoc eſt, in pago Lobod. in *Hillinbach*, vineam j a die præſente & deinceps, ut ad ipſum locum vel ad agentes ipſius proficiat in augmentis ſtipulatione ſubnixa. Ac-
27. Jun. tum in monaſterio *Lauresham* V kalendas Julii. Signum Madaloldi, qui hanc donationem fecit. Ego Grimarius ſcripſi.

CCCXC.

Venditio Madaloldi.

Item Madalold vendidi domino Gundelando abbati in pago Lobodonenſi, in ſilva pertinente ad *Hillenbach*, ſuper fluvio *Uluana*, in loco, qui dicitur *Uluanowa*, unde accepit ab eo in pretio taxato ſex uncias argenti, & memoratam rem, id eſt, unam owam dedit præſentialiter jam dicto abbati & omnibus ſucceſſoribus ejus, perpetualiter poſſidendam. Actum *Lauresham* die & tempore, quo ſupra. Signum Altmanni, Engilmanni, Erkanfridi, Witheri, Ruthardi, Uuillonis. Scriptor qui ſupra.

CCCXCI.

Donatio Giſelhelmi in Hillenbach.

Ego in Dei nomine Giſelhelm dono ad ſanctum Dei martyrem Nazarium, qui requieſcit in corpore in pago Rinenſi, ubi vir venerab. Gundelandus abba præeſſe videtur, donatumque

tumque in perpetuum eſſe volo, hoc eſt, vineam j in *Hillinbach* & ſuper fluvium *Uluana*, de illa owa portionem meam, quam Madalol contradidit, trado atque transfundo a die præſente in Dei nomine perpetualiter ad poſſidendum, ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio *Laureſham* anno XIIII regis domini noſtri Caroli, II non. Martii. Signum Giſelhelmi, qui hanc donationem fecit. Ego Rudolfus ſcripſi. 14. Mart.

CCCXCII.

Donatio Hejonis & Mathſuindis in eadem villa.

In Chriſti nomine ego Hejo & conjux mea Methſuint donamus pariter pro remedio animarum noſtrarum ad monaſterium ſancti Nazarii, nomine Laureſham, ubi ipſe precioſus martir in corpore requieſcit, & vir venerabilis Richbodo abba præeſſe videtur, donatumque in perpetuum eſſe volo, & promptiſſima voluntate confirmo, hoc eſt, in pago Lobod. in *Hillinbach* vineam j, in loco jacentem, qui dicitur *Iſandal*, tradimus atque transfundimus in Dei nomine perpetualiter ad poſſidendum, ita, ut ab hac die & deinceps ad ipſum locum ſanctum, vel ad agentes ipſius omni tempore proficiat in augmentis, ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio *Laureſham* kalendas Auguſti, anno XXI regni domini noſtri Karoli magni. Signum Hejonis & Mathſuindæ, qui hanc donationem fecerunt, ſignum Erkamberti, Erlolfi, Hadeberti. Ego Adalungus rogatus ſcripſi hanc donationem & ſubſcripſi. 1. Aug.

CCCXCIII.

Donatio Hildibaldi & Helmbaldi in eadem villa, anno XXIIII regni domini noſtri Karoli regis, Richbodone abbate.

Nos in Dei nomine Hildibaldus & frater meus Helmbaldus pro remedio animarum noſtrarum & fratris noſtri Uuillibaldi

baldi donamus ad ſanctum Chriſti martyrem Nazarium, qui requieſcit in corpore in pago Rinenſi, in monaſterio, quod vocatur Lauresham ſuper fluvium Wiſſcoz, ubi vir venerab. Richbodo abba præeſſe videtur, in *Hillinbach* j bifangum ad vineam faciendam, ex aliqua parte plantatum, ut deinceps ad ipſum locum proficiat in augmentis, ſtipulatione ſubnixa.
18. Aug. Actum in monaſterio *Laureſham* XV kalendas Septemb. Signum Hildibaldi & Helmbaldi, qui hanc donationem fieri & firmari rogaverunt. Ego Reginbertus ſcripſi.

CCCXCIV.

Donatio Ramperti in eadem villa facta anno XXVI regni domini noſtri Karoli, Richbodone abbate.

Nos quoque Rampertus videlicet & germanus meus Wolfhoch pro remedio animarum noſtrarum donamus ad ſanctum Dei martyrem N. *& cetera omnia ut ſupra usque*: in Lobodoninſe in *Hillenbach* j vineam & noſtrum propriſum ad eam pertinentem, perpetualiter ad poſſidendum, ſtipulatione ſubnixa.
12. Jul. Actum in *Laureſham* IIII idus Julii. Signum Ramberti & Wolfhohi, qui hanc donationem fieri & firmari rogaverunt, ſignum Danzonis, Erkanfridi. Ego Reginbertus ſcripſi.

CCCXCV.

Donatio Gozdrudis in eadem villa, anno XXXVII domini noſtri Karoli regis, Richbodone abbate.

Ego in Dei nomine Gozdrudis pro remedio animæ meæ & filii mei Humberti dono ad ſanctum Dei martyrem N. qui requieſcit in corpore in pago Rinenſi, in monaſterio, quod vocatur Lauresham, ubi venerab. Adalungus abba præeſſe videtur, vineam j in *Hillinbach*, cui adjacet ex omni parte res ſancti N. perpetualiter ad poſſidendum, ſtipulatione ſubnixa.

Actum

Actum in monaſterio *Laureſham* VII kalendas Maji. Signum 25. Apr. Gozdrudis, quæ hanc donationem fecit, ſignum Hadeberti.

CCCXCVI.

Donatio Hungeri in eadem villa Ludowico rege, Adalungo abbate.

Anno XV regni domini noſtri Ludewici imperatoris ego Hungerus dono pro remedio animæ & matris meæ ad ſanctum Dei martyrem Nazarium, qui requieſcit in corpore in pago Rinenſi, in monaſterio, quod vocatur Laureſham, ubi vir venerabilis Adalungus abba præeſſe videtur, donatumque in perpetuum eſſe volo, & promptiſſima voluntate confirmo, hoc eſt, rem meam in Lobodon. in *Hillinbach* j vineam a die præſente trado atque transfundo in Dei nomine perpetualiter ad poſſidendum, ita ut ab hac die & deinceps ad ipſum locum ſanctum proficiat in augmentum ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio *Laureſham* kalendas Decembris. Signum Hungeri, qui hanc donationem fecit, ſignum Reginberti, Bernheri, Engilbaldi, Beinhardi, Gundaldi, Ugonis, Sigiberti. Altwinus ſcripſit. 1. Dec.

CCCXCVII.

Donatio Bertrudis in Doſſenheim anno XV regni domini noſtri Pippini regis glorioſi, Gundelando abbate.

Ego Bertrudis pro Dei intuitu vel pro animæ meæ remedio ſeu pro æterna retributione per hanc kartulam donationis dono ad ſanctum martyrem Chriſti Nazarium, qui requieſcit in corpore in pago Rinenſi, in monaſterio, quod vocatur Laureſham, ſuper fluvium Wiſſcoz ſito, vel ad illam ſanctam congregationem monachorum, qui ibidem Deo ſervire videntur, ubi vir venerabilis Gundelandus abba præeſſe dinoſcitur,

donatumque in perpetuum eſſe volo & promptiſſima voluntate confirmo, hoc eſt, rem meam in *pago Lobodonenſi* j vineam in loco *Doſſenheim* nuncupato, a die præſente de jure meo in jus & dominationem ſancti N. trado atque transfundo perpetualiter ad poſſidendum, ita, ut ab hac die habeatis eandem vineam in jure tenendi, comutandi, vel quidquid exinde facere volueritis, liberam ac firmiſſimam in omnibus poteſtatem. Si quis vero, quod futurum eſſe minime credo, ſi quis, ego ipſe, aut ullus de heredibus vel proheredibus meis, ſeu quælibet ulla oppoſita perſona, quæ contra hanc donationem a me factam venire temptaverit, aut eam infringere vel immuttare voluerit, inferat una cum ſanctiſſimo fiſco auri denarios x, argenti pondus j multa ſuſtineat, & quod repetit, evendicare non valeat, ſed præſens iſta donatio omni tempore firma & ſtabilis permaneat ſtipulatione ſubnixa. Actum in
24. Jan. loco publico, qui vocatur *Lauresham*, VIII kalendas Julii. Signum Berthdrudis, quæ hanc donationem fieri & firmari rogavit. Ego Harilandus ſcripſi.

CCCXCVIII.

Donatio Theothardi in eadem villa anno VI domini noſtri Karoli regis, Gundelando abbate.

In Chriſti nomine ego Dithardus pro remedio animæ meæ ſeu pro æterna retributione per hanc cartulam donationis ſive teſtamentum dono ad ſacratiſſimum Dei martyrem N. qui requieſcit in corpore in pago Rinenſi, in monaſterio, quod vocatur Lauresham, ubi vir venerabilis Gundelandus abba præeſſe videtur, donatumque in perpetuum eſſe volo, manſum j in *Doſſenheim* cum x jurnal. terræ araturiæ, & quidquid mihi genitor meus dereliquit, tam campis, pratis, ſilvis, paſcuis, excepta j vinea, reliqua omnia de jure meo in jus & dominationem ſancti Nazarii trado atque transfundo perpetualiter ad

ad poſſidendum ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio *Lauresham* VI kalendas Auguſti. Sig. Dithardi, qui hanc donationem fecit. Samuel ſcripſit. 27. Jul.

CCCXCIX.

Donatio Wiſigardis & filii ſui Lanfridi, in eadem villa anno VI regni domini noſtri Karoli, Gundelando abbate.

Eodem anno ego Wiſigard & filius meus Lantfridus pariter donamus ad ſanctum Dei martyrem N. qui requieſcit in corpore in pago Rinenſi, in monaſterio, quod vocatur Lauresham, ubi vir venerabilis Gundelandus abba præeſſe videtur, donatumque in perpetuum eſſe volo in *Doſſenheim* j vineam, unde colligi poſſunt xxx ſitulæ vini, perpetualiter ad poſſidendum ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio *Lauresham* III nonas Julii. Signum Wiſigardis & Lantfridi filii 5. Jul. ejus, qui hanc donationem fieri & firmari rogaverunt, ſignum Ratberti, Wolfberti, Hariberti, Geroldi, Grauuonis, Bernhardi. Ego Samuel ſcripſi.

CCCC.

Donatio Otberti & Rihſuintis anno VIII regni domini noſtri Karoli magni, Gundelando abbate.

Ego Otbertus & conjux mea Rihſuint donamus ad ſanctum Dei martyrem N. qui requieſcit in corpore in pago Rinenſi, in monaſterio, quod vocatur Lauresham, ubi vir venerabilis Gundelandus abba præeſſe videtur, donatumque in perpetuum eſſe volo in *Doſſenheim* j vineam a die præſente tradimus ad ipſum ſanctum locum, ut ei omni tempore proficiat in augmentum ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio *Lauresham* kalendas Junii. Signum Otperti & conjugis ejus Rihſuindæ,

ſuindæ, qui hanc donationem fieri & firmari rogaverunt, ſignum Dithardi, Eigilberti. Grimarius ſcripſi.

CCCCI.

Donatio Ramperti & Wolffuindis anno X regni domini noſtri Karoli magni Gundelando abbate, V kalendas Martii,

Nos quoque Rampertus & Wolffuind pro animarum noſtrarum remedio donamus ad ſanctum Dei martyrem N. qui requieſcit in corpore in pago Rinenſi in monaſterio, quod vocatur Lauresham, ſuper fluvium Wiſſcoz ſito, ubi vir venerabilis Gundelandus abba præeſſe videtur, donatumque in perpetuum eſſe volumus & promptiſſima voluntate confirmamus, hoc eſt, rem noſtram in pago Lobodonenſi, in *Doſſenheim* jj jurnal. & dimidium in duobus locis, a die præſente tradimus ad ipſum locum ſanctum, ut ei omni tempore proficiat in augmentum ſtipulatione ſubnixa. Signum Ramperti & Wolffuindis, qui hanc donationem fieri & firmari rogaverunt. Signum Erkanfridi, Rutberti, Birnichonis, Ermanfridi, Sigehelmi, Sigefridi, Waltberti. Ego Grimarius rogante Ramperto & Wolffuinda hanc donationis kartam ſcripſi & ſubſcripſi.

CCCCII.

Donatio Herifridi in Doſſenheim, XVI kalendas Septembris.

Anno XIII regni glorioſi domini noſtri Karoli regis Francorum, Longobardorumque, ac patricii Romanorum ego Herifridus dono ad ſanctum Dei martyrem Nazarium, qui requieſcit in corpore in pago Rinenſi, in monaſterio, quod vocatur Lauresham, ſuper fluvium Wiſſcoz ſito, ubi vir venerabilis abba Helmericus præeſſe videtur, donatumque in perpetuum

petuum eſſe volo in pago Lobodonenſi in *Doſſenheim* unam vineam cum uno ſtirpo, & in *Eppelenheim* excepto uno curtili, & ſilua ſibi adjacente, reliqua vero omnia, quæ in ipſis locis habere viſus fui, vel legibus obvenit mihi, a die præſenti dono tam pro mea, quam pro genitricis meæ Ermenildis, ut faciant actores ipſius ſancti N. quidquid pro opportunitate & utilitate ipſius monaſterii optimum eſſe inde decreverint, libera utentes poteſtate. Si quis vero, ſi ego ipſe aut ullus homo ullo unquam tempore contra hanc donationem a me factam venire temptaverit, *& reliqua omnia usque*: Actum in monaſterio *Lauresham* die & tempore, quo ſupra. Signum Herifridi, qui hanc donationem fecit, ſignum Babonis, Bernhardi. Folcradus ſcripſit.

CCCCIII.

Donatio Ermanfridi in eadem villa II idus Januarii Karolo imperatore, Helmerico abbate.

Eodem anno ego Ermanfridus pro ſalute Emmihildæ ſororis meæ, quod ipſa tradidit mihi manu poteſtativa, dono ad ſanctum Dei martyrem N. qui requieſcit in corpore in pago Rinenſi, in monaſterio, quod vocatur Lauresham, vel ad illam ſanctam congregationem monachorum, quæ ibidem deſervire videtur, ubi vir venerabilis abba Helmericus præeſſe dinoſcitur, donatumque in perpetuum eſſe volo, hoc eſt, in *Doſſenheim* j vineam, a die præſente perpetualiter ad poſſidendum, ita, ut deinceps ad ipſum locum ſanctum, vel ad agentes ipſius omni tempore proficiat in augmentis, ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio *Lauresham* anno XIII regni domini noſtri Karoli regis. Signum Ermanfridi, qui hanc donationis kartam fieri & firmari rogavit. Signum Geroldi, ſignum Hartdradi, Wigonis, Bernhardi. Ego Grimarius ſcripſi.

CCCCIV.

CCCCIV.

Donatio Waltgeri in Doſſenheim anno XX Karoli imperatoris, Richbodone abbate.

Ego in Dei nomine Waltger pro remedio animæ meæ dono ad ſanctum Chriſti martyrem N. qui requieſcit in corpore in monaſterio Lauresham, ubi venerabilis Richpodo abba præeſſe videtur, donatumque in perpetuum eſſe volo, hoc eſt, vineam j in *Doſſenheim* perpetualiter poſſidendum, ita, ut deinceps ad ipſum locum omni tempore proficiat in augmentis ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio *Laureſham* XV kalendas Auguſti. Signum Waltgeri, qui hanc donationem fecit. Ego Reginbertus ſcripſi.

18. Jul.

CCCCV.

Donatio Gerberti in eadem villa X kalendas Julii.

Anno XXIII regni domini noſtri Karoli glorioſi imperatoris, ego Gerbertus dono ad ſanctum Dei martyrem N. qui requieſcit in monaſterio, quod vocatur Lauresham, ſuper fluvium Wiſſcoz ſito, ubi vir venerabilis Richbodo abba præeſſe videtur, donatumque in perpetuum eſſe volo & promptiſſima voluntate confirmo, hoc eſt, in *Doſſenheim* j hobam & jj vineas, quas a genitore meo Udone hereditavi, trado perpetualiter ad poſſidendum, ut deinceps eidem loco proficiat omni tempore in augmentis ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio *Laureſham*. Signum Gerberti, qui hanc donationem fecit, ſignum Welfridi, Hantberti. Ego Reginbertus rogatus ſcripſi & ſubſcripſi.

CCCCVI.

CCCCVI.

Donatio Huſonis in eadem villa, anno quo ſupra, V kalendas Novembris.

In Chriſti nomine ego Huſo, quod mihi tradidit Nacho, dono ad ſanctum Dei martyrem N. qui requieſcit in corpore in pago Rinenſi, in monaſterio quod vocatur Laureſham, ſuper fluvium Wiſſcoz ſito, ubi vir venerabilis Richbodo abba præeſſe videtur, donatumque in perpetuum eſſe volo, hoc eſt, in pago Lobod. in *Doſſenheim* vineam j a die præſente trado atque transfundo in Dei nomine perpetualiter ad poſſidendum ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio *Laureſham.* Signum Huſonis, qui hanc donationem fecit Ego Rudolfus ſcripſi.

CCCCVII.

Donatio Guntberti in eadem villa, anno quo ſupra, VI idus Julii.

Eodem vero anno ego Gumbertus dono pro remedio animæ germani mei Bernheri ad ſanctum Dei martyrem N. qui requieſcit in corpore in monaſterio, quod vocatur Laureſham, ubi Richbodo Abba præeſſe dinoſcitur, donatumque in perpetuum eſſe volo, hoc eſt, rem meam, j videlicet vineam in *Doſſenheim*, perpetualiter ad poſſidendum ita, ut deinceps ad ipſum locum ſanctum proficiat omni tempore in augmentis ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio Laureſham die & tempore quo ſupra, Signum Gumberti, qui hanc donationem fieri & firmari rogavit, ſignum Tzogonis, Alboldi, Ekkihardi, Theotheri, Herici, Iberuuini. Ego Samuel ſcripſi & ſubſcripſi.

CCCCVIII.

Donatio Macwini in eadem villa, anno quo ſupra, II non. Januarii.

Item anno eodem ego Macuuinus dono ad ſanctum Dei martyrem N. qui requieſcit in corpore in pago Rinenſi, in monaſterio, quod vocatur Laureſham, ubi vir venerab. Richbodo abba præeſſe videtur, donatumque in perpetuum eſſe volo, hoc eſt, in *Doſſenheim* dimidium manſum, campis, ſilvis, vineis, pratis, paſcuis, ſimiliter & in *Sickenheim* campi xiii iurnal. & mancipia ij, Reginwizen & filium ejus Ratfridum, a die præſente, ut deinceps ad ipſum locum ſanctum omni tempore proficiat in augmentum ſtipulatione ſubnixa. Signum Macuuini, qui hanc donationem fecit, ſignum Wigberti, Beinhardi, Wolfberti, Altberti, Engilberti, Irminoldi, item Ermenoldi, Aldonis. Ego Rudolfus recognovi & ſcripſi.

CCCCIX.

Donatio Theotgeri in eadem villa, anno XXIIII domini noſtri Karoli, Richbodone abbate.

Ego in Dei nomine Thiotger ad ſanctum Dei dono martyrem N. qui requieſcit in monaſterio Laureſham, ubi venerab. abba Richbodo præeſſe videtur, donatumque in perpetuum eſſe volo in *Doſſenheim* vineam j perpetualiter poſſidendam, ita, ut ab hoc die omni tempore eidem loco proficiat in augmentis, 12. Jun. ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio *Laureſham* II idus Junii. Signum Dietgeri, qui hanc donationem fecit. Ego Reginbertus ſcripſi.

CCCCX.

Donatio Eſchrici & Heimrici in eadem villa.

Nos etiam Eſerihcus & Heimricus donamus ad ſanctum Dei martyrem N. qui requieſcit in pago Rinenſi, in monaſterio, quod

quod vocatur Lauresham, in *pago Lobodon* in *Steimbach* occupationem ad decem hubas, & in villa *Doſſenheim* ad duas karradas vineti & mancipia jjjj, Folcgerum, Rantgerum, Sunherum, Theutſuindam. Actum in monaſterio *Lauresham*, VIII idus Aprilis. Hii ſunt teſtes, Eliuuardus, Sigibertus, Reginbaldus, Gerolfus. *6. April.*

CCCCXI.

Donatio Babonis in Doſſenheim.

Anno XXVIIII regni domini noſtri Karoli regis ego Babo dono ad ſanctum Dei martyrem N. qui requieſcit in corpore in monaſterio Lauresham, ubi venerab. Richbodo abba præeſſe videtur, donatumque in perpetuum eſſe volo in *Doſſenheim* vineam j & jj mancipia, Danckolſum & Wolfſuindam filiam ejus, ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio *Lauresham* VI idus Maii. Signum Babonis, qui hanc donationem fecit, 10. Mai. Ego Reginbertus rogatus ſcripſi & ſubſcripſi.

CCCCXII.

Donatio Drutbaldi & conjugis ejus Theocratae in Doſſenheim, anno XXVII regni domini noſtri Karoli regis, Richbodone abbate.

In Chriſti nomine ego Trutbaldus & conjux mea Theotcrat donamus ad ſanctum Dei martyrem Nazarium, qui requieſcit in corpore in pago Rinenſi, in monaſterio, quod vocatur Lauresham, ſuper fluvium Wiſſcoz ſito, vel ad illam ſanctam congregatinnom monachorum, quæ ibidem ſub venerabili viro Richbodone abbate deſervire videtur, donatumque in perpetuum eſſe volumus & promptiſſima voluntate confirmamus, hoc eſt, in pago Lobodonenſi in *Doſſenheim* baſilicam, & quidquid ad ipſam hobam attingit, & xx jurnales

de terra araturia, cum pratis, paſcuis, perviis, ſilvis, vineis, domibus, ædificiis, cum adjacentiis ſuis, & mancipia jj Otgerum & aliud, ad integrum a die præſente de jure noſtro in jus & dominationem ſancti Nazarii tradimus atque transfundimus, in Dei nomine perpetualiter ad poſſidendum, ita ut ab hoc die, & deinceps ad ipſum locum ſanctum in augmentum proficiendo hæc donatio omni tempore firma & ſtabilis permaneat ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio *Laureſham*
27. Dec. VI kalendas Januarii. Signum Drutbaldi & conjugis ejus Theotcratæ, qui hanc cartam donationis fieri & firmari rogaverunt, ſignum Luitboldi, Ruthardi, Sigehelmi, Analonis, Wigberti, Wolfhardi, Amalonis, Adalmundi, Weldrici, Hadamari, Alphaldi. Ego Sigerichus rogatus ſcripſi.

CCCCXIII.

Donatio Bernhardi in eadem villa, anno XXXIII regni domini noſtri Karoli, Richbodone abbate.

Ego in Dei nomine Bernhardus pro remedio animæ meæ, ſeu pro æterna retributione, ut veniam de immenſis peccatis meis adipiſci merear, idcirco dono donatumque in perpetuum eſſe volo ad ſanctum Dei martyrem N. qui requieſcit in corpore in pago Rinenſi, in monaſterio, quod vocatur *Laureſham*, ubi venerabilis Richbodo abba præeſſe videtur, hoc eſt, rem meam in *Doſſenheim* in loco, qui dicitur *Bernhartdeshuſun*, illam vineam & terram araturiam, excepto illo manſo & illa caſa, quam antea ad ſanctum Medardum tradidi, alia omnia campis; vineis, pratis, paſcuis, perviis, ſilvis, aquis, a die præſente trado atque transfundo de jure meo in jus & dominationem ſancti N. perpetualiter poſſidenda, ſtipulat.
14. Jun. ſubnixa. Actum in monaſterio *Laureſham* XVIII kalendas Julii, tempore quo ſupra. Signum Bernhardi, qui hanc donationem fecit, ſignum Erkenberti, Eberuuini, Engilwani, Willo-

Willonis, Bicconis, Leidradi, Heilradi, Wolfberti, presbitorum, Waltheri, Theotmani, Hiltuuini, Wenilonis, clericorum. Ego Reginbertus ſcripſi.

CCCCXIV.

Donatio Maguuini.

Anno XXXVI regni domini noſtri Karoli imperatoris, ego in Dei nomine Magwini pro remedio animæ meæ dono ad ſanctum martyrem Chriſti N. qui requieſcit in corpore in pago Rinenſi, in monaſterio, quod vocatur Laureſham, ubi vir venerabilis Richbodo abba præeſſe videtur, donatumque in perpetuum eſſe volo, hoc eſt, rem meam in *Doſſenheim* j manſum & jjj petiolas de vineis & jurnal. de terra araturia & ſilvam, & in *Sickenheim* quidquid ibidem habui terræ araturiæ & prata, a die præſente trado atque transfundo in jus ſancti N. perpetualiter ad poſſidendum ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio *Laureſham* II idus Aprilis. Signum Magwini, 12. Apr. qui hanc donationem fecit, ſignum Richberti, Engilberti, Leidradi, Bicconis, Sigiuuini, Hadegeri, Roolfi, Eberuuini, Gumperti, Ruthardi, Rudolfi. Ego Reginbertus rogatus ſcripſi & ſubſcripſi.

CCCCXV.

Donatio Rudingi & Werinbaldi in Doſſenheim.

Anno VII regni domini Ludovici ego Ruding & frater meus Werinbaldus donamus eccleſiam in *Doſſenheim* & in ipſa villa, quidquid ad illam eccleſiam pertinet. Signum Rudingin & fratris ejus Werinbaldi, qui hanc donationem fecerunt, ſignum Hiltdibaldi, Ermanfridi, Baltwini, Richberti, Otuuini, Iſenhardi, Engilberti, Eberhelmi, Racheri, Theothardi, Willingi, Ratoldi, Rutfolchi, Willonis. Actum in *Doſſenheim* II non. Februarii. 4. Febr.

CCCCXVI.

Donatio Cilwardi in eadem villa.

Regnante domino noſtro Ludowico imp. ego Ciluuardus pro remedio animæ meæ & genitricis meæ dono ad ſanctum Dei martyrem N. qui requieſcit in monaſterio Laureſham, ubi vir venerabilis Adalungus abba præeſſe videtur, donatumque in perpetuum eſſe volo, hoc eſt, rem meam in pago Lobodoninſe, in *Doſſenheim*, medietatem unius vineæ, quam a die præſente trado atque transfundo in Dei nomine perpetualiter ad poſſidendum, ita, ut deinceps ad ipſum locum ſanctum omni tempore proficiat in augmentum ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio *Laureſham* anno XVIII Ludowici imp. Signum Ciluuardi, qui hanc donationem fieri & firmari rogavit, ſignum Richelmi, Wolofridi, Richbaldi, Gerhelmi, Adaluuini, Theotdadi, Megingeri, Liuthelmi. Altuuinus ſcripſit.

CCCCXVII.

Donatio Heiriradi in Scrizzesheim, anno XIII regni Pippini regis, Gundelando abbate.

Ego Hairiradus pro Dei intuitu, vel pro animæ meæ remedio per hanc kartulam donationis ſive teſtamentum dono a die præſente ad ſanctum Dei martyrem N. qui requieſcit in corpore in pago Rinenſi, in monaſterio, quod appellatur Laureſham, ſuper fluvium Wiſſcoz ſito, vel ad illam ſanctam congregationem monachorum, quæ ibidem deſervire videtur, ubi venerabilis vir Gundelandus abba præeſſe dignoſcitur, donatumque in perpetuum eſſe volo & promptiſſima voluntate confirmo, hoc eſt, in pago Lobodonenſi, in villa cognominata *Scrizzesheim*, vineam meam ad integrum de jure meo in jus & dominationem ſancti Nazarii trado atque transfundo in Dei nomine perpetualiter ad poſſidendum, ita, ut ab hac die habeatis

beatis jure habendi, tenendi, donandi, commutandi, & quidquid ex ipſa vinea facere volueritis, liberam ac firmiſſimam in omnibus habeatis poteſtatem. Si quis vero, quod futurum minime eſſe credo, ſi ego ipſe, aut ullus ex heredibus meis, ſeu quælibet extranea perſona, quæ contra hanc donationem a me factam venire temptaverit, ſi quis eam infringere aut immutare voluerit, inprimis iram Dei omnipotentis incurrat, & inſuper inferat vobis una cum ſacratiſſimo fiſco auri libram j, argenti pondera jj multa ſubſtineat, & quod repetit, evendicare non valeat, ſed præſens donatio iſta omni tempore firma permaneat, ſtipulatione ſubnixa. Actum in *Finenheim* publice II idus Aprilis. Signum Heiriradi, qui hanc donationem fieri rogavit, ſignum Maurilonis, Haginingonis, Birichonis, 12. Apr.
Sigiuuini, Sigerici, Alboldi. Ego Wiglarius ſcripſi.

CCCCXVIII.

Donatio Rudolfi in eadem villa, anno XVI regni Pippini regis.

In Chriſti nomine ego Rudolfus pro remedio animæ meæ & germani mei Reginoldi per hanc cartulam donationis dono ad ſanctum Dei martyrem N. qui requieſcit in corpore in pago Rinenſi, in monaſterio, quod appellatur Laureſham, ſuper fluvium Wiſſcoz, ubi vir venerabilis Gundelandus abba præeſſe videtur, donatumque in perpetuum eſſe volo, hoc eſt, rem meam in *Scrizzesheim*, unum manſum cum caſa & molino, vineamque j, a die præſente de jure meo in jus & dominium ſancti Nazarii perpetualiter ad poſſidendum, ita ut deinceps habeatis poteſtatem facere, quidquid exinde volueritis, & ſi aliquis contra hanc donationem a me factam venire temptaverit, auri unciam j, argenti uncias vj multa componat, & tamen, quod repetit, evendicare non valeat, ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio *Laureſham*, kalendas

1. Dec. das Decembris. Signum Rudolfi, qui hanc donationem fecit, ſignum Hertdrici, Giſelhelmi, Guntridi, Gauſoldi, Eberhardi, Iſanberti, Engilberti, Salemanni. Ego Harilandus ſcripſi.

CCCCXIX.

Donatio Erlulfi in eadem villa, anno VI regni domini noſtri Karoli imperatoris, Gundelando abbate.

In Dei nomine Erlulfus dono ad ſanctum Dei martyrem N. qui requieſcit in corpore in pago Rinenſi, in monaſterio, quod vocatur Lauresham, ubi vir venerabilis Gundelandus abba præeſſe videtur, donatumque in perpetuum eſſe volo, hoc eſt, rem meam in *Scrizesheim* vineam j, & illam medietatem portionis meæ, quæ contra partem Rudolfi & fratris mei jacet, hanc a die præſente trado in dominium ſancti Nazarii pro remedio animæ meæ, ut ad ipſum locum ſanctum omni tempore proficiat in augmentis. Si quis vero, *& reliqua omnia ut ſupra usque:* ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio
1. Maj. *Lauresham* kalendas Maii. Signum Erlulfi, qui hanc donationem fecit. Ego Samuel ſcripſi.

CCCCXX.

Donatio Helidberti in eadem villa, anno XIIII regni domini noſtri Karoli imperatoris.

In Chriſti nomine Halidpreth dono ad ſanctum Dei martyrem N. qui requieſcit in corpore in pago Rinenſi, in monaſterio, quod vocatur Lauresham, ubi venerabilis Helmericus abba præeſſe videtur, donatumque in perpetuum eſſe volo, hoc eſt, rem meam in *Scrizesheim* j vineam a die præſente transfundo in Dei nomine perpetualiter ad poſſidendnm, ita, ut deinceps ad ipſum locum ſanctum omni tempore proficiat in augmentis, ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio *Lauresham*, non. Martii. Signum Helitperti, qui hanc donationem fecit. Ego Rudolfus ſcripſi.
7. Mart.

CCCCXXI.

CCCCXXI.

Donatio Gernandi & Gerlindae in eadem villa.

Eodem quoque anno ego Gernandus & conjunx mea Gerlint pro remedio animarum noſtrarum donamus ad ſanctum Dei martyrem N. qui requieſcit in corpore in monaſterio, quod vocatur Lauresham, ubi venerabilis Richbodo abba præeſſe videtur, donatumque in perpetuum eſſe volumus, hoc eſt, in pago Lobod. in *Scrizesheim* & in *Sahſenheim*, quantumcunque ibi in vineis & aliis rebus habere viſi fuimus, & quod nobis de parte Theotdaccari legibus obvenit, exceptis jj vineis, ſimiliter & in *pago Wormacinſe*, in *Turincheim* portionem meam, quam de rebus germani mei Gerhardi partitus ſum, tam manſis, campis, pratis, paſcuis, vineis, perviis, totum & ad integrum, ſicut nos in præſenti tempore poſſidemus, de jure noſtro in jus & dominationem ſancti Nazarii transfundimus, in Dei nomine perpetualiter ad poſſidendum, ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio *Lauresham* non. Junii. Signum Gernandi & Gerlindæ, qui hanc donationem fecit, ſignum Fridelahi, Wineradi, Rudewini, Wenilonis, Sigehelmi, Fridilonis, Adaldoldi, Rutgeri. Ego Reginbertus ſcripſi. 5. Jun.

CCCCXXII.

Donatio Hadobaldi in eadem villa anno XV Karoli imperatoris.

Ego Hadobald dono pro remedio animæ meæ & Heriradi ad ſanctum Dei martyrem Nazarium, qui requieſcit in corpore in monaſterio, quod vocatur Lauresham, in pago Rinenſi, ſuper fluvium Wiſſcoz ſito, ubi venerabilis Richbodo abba præeſſe videtur, donatumque in perpetuum eſſe volo, hoc eſt, quod tradidit mihi Herirat manu poteſtativa, ut pro anima ejus ad ſanctum N. traderem, quod & feci, id eſt, jj vineas in *Scrizesheim*

zesheim a die præſente trado atque transfundo in dominium ſancti N. ut deinceps ad ipſum ſanctum locum in augmentum proficiendo hæc donatio firma omni tempore & ſtabilis permaneat ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio *Laureſham*. 25. Mart. VIII kalendas Aprilis. Signum Hadebaldi, qui hanc donationem fieri rogavit. Rudolfus ſcripſit.

CCCCXXIII.

Donatio Megingozi in Scrizesheim.

31. Mart. In Chriſti nomine, ſub die II kalendas Aprilis, anno XX regni domini noſtri Karoli glorioſiſſimi imparatoris, ego Megingoz pro remedio animæ meæ ſeu pro anima Rudolfi, ut veniam peccatorum noſtrorum apud Dominum adipiſci mereamur, dono ad ſanctum Dei martyrem Nazarium, qui requieſcit in corpore in pago Rinenſi, in monaſterio, quod vocatur Laureſham ſuper fluvium Wiſſcoz ſito, vel ad illam ſanctam congregationem monachorum, quæ ibidem ſub venerabili abbate Richbodone deſervire videtur, donatumque in perpetuum eſſe volo & promptiſſima voluntate confirmo, hoc eſt, in Lobodoninſe in villa vel marcha *Scrizesheim*, quidquid prædictus Rudolfus poteſtativa manu mihi tradidit, ut pro anima ejus & fratris ſui ad præfatum martyrem traderem, id eſt, tam terris, domibus, ædificiis, caſticiis, perviis, ſilvis, aquis, aquarumve decurſibus, & quidquid ad ipſas res legitime aſpicere vel pertinere videtur, a die præſente de jure meo in jus & dominium ſancti N. trado atque transfundo, rectorumque ipſius monaſterii in Dei nomine perpetualiter ad poſſidendum. Si quis vero contra hanc donationem venire temptaverit, aut eam infringere, vel immutare voluerit, caveat, ne iram Dei omnipotentis & ſancti Nazarii incurrat, & multam, quæ in lege continetur, ſolvere cogatur a comite, & nec ſic, quod repetit, evendicet, ſed præſens iſta donatio omni tempore firma

&

& ſtabilis permaneat ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio *Laureſham*, die & tempore quo ſupra. Signum Megingozi, qui hanc donationem fieri & firmari rogavit. Signum Giſelhelmi Haridrici, Gundrici, Gozonis, Aldonis, Eiberkari, Iſanberti, Salamanni, Theotberti. Ego Rudolfus ſcripſi.

CCCCXXIV.

Donatio Helitperti in eadem villa.

Ego in Dei nomine Helitpertus præsbiter pro remedio animæ meæ & Haduberti germani mei dono ad ſanctum Dei martyrem N. qui requieſcit in monaſterio Laureſham, in pago Rinenſi, ubi venerabilis Richbodo abba præeſſe videtur, donatumque in perpetuum eſſe volo medietatem unius vineæ in *Scrizesheim*, quam habuit Erpholdus & frater ejus & Hadebertus, perpetualiter ad poſſidendum, ut omni tempore eadem vinea ad ipſum ſanctum locum proficiat in augmentum ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio *Laureſham* ſub die II idus Junii, anno XXX regni domini noſtri Karoli regis. 12. Jun. Signum Heltiperti, qui hanc donationem fecit, ſignum Wallonis. Ego Thegan rogatus ſcripſi hanc donationis cartam.

CCCCXXV.

Donatio Hochberti in eadem villa.

Anno ejusdem principis deinde primo ego Hochbertus dono pro remedio animæ meæ & germani mei Otberti ad ſanctum Dei martyrem Nazarium, qui requieſcit in monaſterio, quod vocatur Laureſham, in pago Rinenſi ſuper fluvium Wiſſcoz ſito, ubi venerabilis Richbodo abba præeſſe videtur, donatumque in perpetuum eſſe volo, quod mihi tradidit genitrix mea Hiltdrad, ut pro animabus noſtris traderem ad antedictum monaſterium, hoc eſt, unam vineam in *Scrizesheim*,

ut omni tempore ad ipſum ſanctum locum proficiat in augmentum ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio *Laureſ-*
18. Jan. *ham* XV kalendas Febr. Signum Hochberti, qui hanc donationem fecit, ſig. Meginheri, Warmundi. Ego Réginbertus ſcripſi.

CCCCXXVI.

Donatio Adalfridis in eadem villa anno XLI regni Karoli, Adalungo abbate.

Ego Adalfridis pro remedio animæ meæ, ſeu pro anima viri mei Otperti, & patris mei Theotdacari, nec non & filii mei Humberti dono ad ſanctum Dei martyrem Nazarium, qui requieſcit in pago Rinenſi, in monaſterio, quod vocatur Laureſham, ubi vir Adalungus abba præeſſe videtur, donatumque in perpetuum eſſe volo in Lobodoninſe, in *Scrizesheim* & in *Sahſenheim* omnem vineam meam, quam in præſenti tempore in ipſis locis tenere videor, & pater meus & mater mea mihi ibidem dereliquerunt, & poſtea ego poſſedi & tenui, & ſunt in locis XII, a die præſente de jure meo in jus & dominium ſancti Nazarii trado atque transfundo, ita, ut deinceps ad ipſum locum proficiat in augmentum ſtipulatione ſubnixa. Ac-
1. Aug. tum in monaſterio *Laureſham* kalend. Auguſti. Signum Adalfridæ, quæ hanc donationem fieri & firmari rogavit, ſig. Werinberti, Engilberti, Giſelhelmi, Grimoldi, Stralhelmi, Gundoldi, Marcheri, Gunzonis. Altwinus ſcripſit.

Donationes illuſtrium perſonarum de Liuthereshuſun & Sahſenheim ſuperioris ac inferioris in ante ſcriptis donationibus inveniuntur, duabus tantum exceptis, quæ ſequentur.

CCCCXXVII.

CCCCXXVII.

Donatio Rutdradis in Sahſenheim anno XLIIII domini noſtri Karoli.

Ego in Dei nomine Rutdradis nonna pro remedio animæ meæ & pro anima Berethgardæ Deo ſacratæ dono ad ſanctum Dei martyrem N. qui requieſcit in corpore in pago Rinenſi, in monaſterio, quod vocatur Laureſham, ubi vir venerabilis Adalungus abba præeſſe videtur, donatumque in perpetuum eſſe volo, hoc eſt, in pago Lobod. in villa, quæ dicitur *Sahſenheim*, j vineam ad ſitulas XL, perpetualiter ad poſſidendum, ita, ut ab hac die & deinceps ad ipſum ſanctum locum proficiat in augmentum ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio *Laureſham* III kalendas Julii. Signum Rutdradæ, quæ hanc donationem fecit, ſignum Rutdradæ, Witdewogonis, Theotberti, Witheri, Orrichi, Folcradi, Suberenzonis, Sigewini, Rudingi, Berolfi, Belnungi, Otberti. Ego Altuuinus ſcripſi. 29. Jun.

CCCCXXVIII.

Donatio Adalhardi & conjugis ejus in Sahſenheim.

Conſtat eſſe manifeſtiſſimum, quod ego Adalhardus & conjux mea pro amore Dei & ſancti Nazarii donamus rem proprietatis noſtræ ad ſanctum Dei martyrem Nazarium, qui requieſcit in corpore in pago Rinenſi, in monaſterio, quod vocatur Laureſham, ſuper fluvium Wiſſcoz ſito, ubi vir venerabilis Gerbodo abba præeſſe videtur, donatumque in perpetuum eſſe volumus, hoc eſt, in locis *Sahſenheim* & *Heye* nuncupatis, quidquid habere viſi fuimus, & jj hobas in COMITATU CUNRADI DUCIS, in villa, quæ nominatur *Aphapalaha*, & mancipia noſtra, poſtea vero recepimus easdem res in beneficium cum precaria ad dies vitæ noſtræ & x hobas veſtitas, ut auctæ & melioratæ poſt mortem noſtram redirent ad uſum ec-

cleſiæ ſancti N. abſque omni heredum noſtrorum contradictione. Actum in villa *Uluenesheim* in cimiterio, anno incarnationis Dominicæ DCCCCLI, regnante Ottone imperatore glorioſiſſimo, anni regni ejus XVI, indictione VIII, ſub die III
13. Jul. idus Julii. Signum Gerbodonis abbatis, ſignum Adalhardi, qui hanc doationis kartam fieri rogavit, & in præcariam eam cum ſupra ſcriptis rebus recepit, ſignum Udilbaldi, ſignum Hungeri advocati, Sigewini, Brunichonis, Adalhohi, Gerhardi, Abbonis, Folcnandi, Blitgeri. Udilbaldus ſcripſit.

Donationem domini Raffoldi de Winenheim quære in primo quaternione (pag. 32)

CCCCXXIX.

Donatio Marcharii in eadem villa anno III Pippini regis, ſancto Rutgango proviſore.

Si aliquid de rebus noſtris locis ſanctorum vel in ſubſtantiam pauperum conferimus, hoc nobis procul dubio in æterna beatitudine retribui a Deo confidimus, idcirco ego Marcharius ob amorem Domini noſtri Jeſu Chriſti & remiſſionem peccatorum meorum, ut veniam delictorum meorum conſequi merear in futuro, dono donatumque in perpetuum eſſe volo ad baſilicam ſancti Petri, quæ conſtructa eſt in villa *Hepphenheim*, portionem meam in villa *Winenheim*, cum ipſa hoba, quam Wolfinus tenet, & ad ipſam hobam de terra jurnal. XL, & pratum, de quo ſecari poſſunt VII carradæ feni, cum ſilvis, paſcuis, aquis, aquarumve decurſibus, totum & ad integrum, ea ratione, ut ab hac die habendi, tenendi, vel quidquid exinde elegerint, faciendi agentes ejus pro utilitate eccleſiæ & in eorum debeant dominationem revocare perpetualiter ad poſſidendum. Si quis vero, quod fieri non credo, ſi ego ipſe, quod abſit, vel aliquis de heredibus meis contra hanc donationem

tionem venire temptaverit, non ſolum ei non liceat, ſed inferat partibus ipſius baſilicæ cum cogente fiſco auri libras x, argenti pondera quinquaginta v coactus exſolvat, & quod repetit, evendicare non valeat, ſtipulatione ſubnixa. Actum in villa *Buttheshem* juxta *Lobetdenburc* XVI kal. Auguſti. Signum Marcharii, qui hanc donationem fieri & firmari rogavit, ſignum Raffoldi, Gunzonis, Hariradi, Drutperti, Reginberti. Ego Hilbo presbiter ſcripſi. 17. Jul.

CCCCXXX.

Donatio Adalindae in Vinnenheim anno XI regni Pippini regis, Gundelando abbate.

In Chriſti nomine ego Adelint pro remedio animæ meæ dono ad ſanctum Dei martyrem Nazarium, qui requieſcit in corpore in pago Rinenſi, in monaſterio, quod vocatur Laureſham, ubi vir venerabilis Gundelandus abba præeſſe videtur donatumque in perpetuum eſſe volo in pago Lobod. in *Vinnenheim* vineam j & jj jurnal. de terra arabili a die præſente trado atque transfundo in Dei nomine perpetualiter ad poſſidendum, ita, ut ab hac die habeatis & deinceps ad ipſum ſanctum locum vel ad agentes ipſius omni tempore proficiat in augmentis ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio *Laureſham* publice, II kalendas Auguſti, tempore quo ſupra. Signum Edelindæ, quæ hanc donationem fieri & firmari rogavit, ſignum Sigeberti. Samuel ſcripſit. 31. Jul.

CCCCXXXI.

Donatio Williboldi & Hejonis.

Anno quinto regni domini noſtri Karoli ego Williboldus & Hagio donamus pariter manu poteſtativa pro animabus Uuillonis & Ficcani ad ſanctum Dei martyrem Nazarium, qui requi-

requieſcit in corpore in pago Rinenſi, in monaſterio, quod vocatur Lauresham, ſuper fluvium Wiſſcoz ſito, vel ad illos ſervos Dei, qui ibidem deſerviunt, ubi vir venerabilis Gundelandus abba præeſſe videtur, donatumque in perpetuum eſſe volumus in pago Lobod. rem noſtram, hoc eſt, in *Vinnenheim* VII jurnal. de terra arabili, a die præſente ſtipulatione
27. Maj. ſubnixa. Actum in monaſterio *Lauresham* VI kalendas Junii. Signum Williboldi & Hajonis, qui hanc donationem fieri & firmari rogaverunt, ſignum Tantzonis, Harberti. Samuel ſcripſit.

CCCCXXXII.

Donatio Hartbaldi & Guntſuindis anno XIIII regni domini noſtri Karoli regis.

Nos in Dei nomine Hartbald & genitrix mea Guntſuint pro anima Guntbaldi germani mei donamus ad ſanctum martyrem N. qui requieſcit in monaſterio Lauresham, ubi vir venerabilis Helmericus abba præeſſe videtur, donatumque in perpetuum eſſe volumus j jurnal. in *Vinnenheim*. Item ego Guntſuint dono ad ſanctum N. j manſum & j jurnal. in eadem villa a die præſente ita, ut deinceps ad ipſum ſanctum locum omni tempore proficiat in augmentis ſtipulatione ſubnixa.
1. Mart. Actum in monaſterio *Lauresham*, una donatio kalendas Martii,
12. Jun. altera jj idus Junii. Signum Hartbaldi & Guntſuindæ, qui hanc donationem fecerunt, ſignum Geroldi, Baltuuini, Reginberti, Erkanfridi, Reginberti. Grimarius ſcripſit.

CCCCXXXIII.

Venditio Reginberti in Suabeheim anno XI domini noſtri Karoli regis, Helmerico abbate.

Ego Reginbertus vendidi rem meam in Lobodoninſe, hoc eſt, vineam meam unam in *Suabeheim* venerabili Helmerico abbati,

abbati, Laureshamenſi monaſterio invigilanti, in pago Rinenſi ſuper fluvium Wiſſcoz ſito, ubi pretioſus martyr Chriſti Nazarius requieſcit in corpore & fulgeſcit in virtute, & accepi a vobis in pretio taxato, juxta quod inter nos complacuit atque convenit, jjj uncias & quod plus valet illa vinea, ſit in elemoſinam fratribus ibidem Deo ſervientibus pro remedio animæ meæ, quam vobis præſentialiter tradidi poſſidendum, ita ut ab hac die habeatis jure habendi, tenendi, donandi, commutandi, vel quidquid exinde facere volueritis, liberam ac firmiſſimam in omnibus poteſtatem habeatis. Si quis vero, quod fieri non credo, contra hanc venditionem a me factam venire temptaverit, ille inferat ad ipſum ſanctum locum tantum & aliud tantum, quantum ipſa vinea emendata eo tempore valuerit, & quod repetit, evendicare non valeat, ſed præſens venditio iſta omni tempore firma & ſtabilis permaneat ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio *Lauresham* VI non. Maji. 2. Maj. Signum Reginberti, qui hanc venditionem fecit & firmari rogavit, ſignum Ermenoldi, Geroldi, Sigefridi, Ruthardi, ſignum Erkanfridi, Adonis. Ego Grimarius rogante venditore ſcripſi. Ego Heilradus confirmavi & manumiſi.

CCCCXXXIV.

Donatio Hartberti in Suabeheim.

Anno XXIII regni domini noſtri Karoli regis glorioſiſſimi ego Hartbertus dono pro remedio animæ meæ ad ſanctum Dei martyrem Nazarium, qui requieſcit in corpore in pago Rinenſi, in monaſterio, quod vocatur Lauresham, ſuper fluvium Wiſſcoz ſito, ubi vir venerabilis Richbodo abba præeſſe videtur, donatumque in perpetuum eſſe volo manſum j in *Suabeheim* cum hoba & vineis & terris, campis, pratis, paſcuis, perviis, ſilvis, aquis, aquarumve decurſibus, & quidquid Udo genitor meus Welafrido tradidit, & rurſum Wa-

 lafri-

laſridus mihi tradidit manu poteſtativa, ad integrum a die præſente dono, trado atque transfundo in dominium ſancti N. ita, ut ab hac die & deinceps ad ipſum locum ſanctum in augmentum proficiat ſtipulat. ſubnixa. Actum in monaſterio
26. Jun. *Lauresham* VI kalendas Julii. Signum Hartberti, qui hanc donationem fecit. Ego Samuel presbiter & modo rogatus ſcripſi & ſubſcripſi.

CCCCXXXV.

Donatio Bilihildis anno XXIIII regni domini noſtri Karoli regis, Richbodone abbate, VIII id. Octobris.

Ego in Dei nomine Bilihilt pro remedio animæ meæ dono ad ſanctum Dei martyrem Nazarium, qui requieſcit in pago Rinenſi, in monaſterio, quod vocatur Lauresham, ubi abbas Richbodo præeſſe videtur, donatumque in perpetuum eſſe volo, hoc eſt, rem meam in pago Lobodoninſe, in *Suabeheim* j vineam a die præſente & deinceps, ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio *Lauresham* die & tempore, quo ſupra. Signum Bilihildis, quæ hanc donationem fieri & firmari rogavit. Ego Reginbertus ſcripſi.

CCCCXXXVI.

Donatio Geilradae & Waltdradae in Suabeheim.

Eodem anno, ego quoque Geilrat & filia mea Waltrad pro remedio animæ noſtræ ſeu pro æterna retributione donamus ad ſanctum Dei martyrem N. qui requieſcit in corpore in monaſterio Lauresham, donatumque in perpetuum eſſe volumus, hoc eſt, rem noſtram in *Suabeheim* j manſum & j hobam ad ipſum manſum pertinentem, & in *Nivvenheim* j vineam & mancipia, Altbertum, Adalhildam, Willifridum, Gozmundum, Bobbonem, Helihildam, Otgerum, Rutlindam, a die præſente, *& cetera omnia usque*: ſtipulatione ſubnixa. Actum in mona-

monaſterio *Lauresham* VIII kalendas Julii. Signum Geilradæ & filiæ ejus Waltdradæ, quæ hanc donationem fecit, ſignum Egisheri, Sigewini, Burgolfi, Engilberti, Truthbaldi, Mieroldi, Albaldi, Hucberti, Ruthardi, Rutberti, Dietberti, Sigiberti, Roholfi, Altmani, Ruthardi, Radolfi, Friderici, Alpheri, Lioboldi. Ego Reginbertus ſcripſi & ſubſcripſi. 24. Jun.

CCCCXXXVII.

Donatio Alboldi in Suabeheim.

Nos in Dei nomine Albold & conjux mea Amalſuint donamus pro remedio animarum noſtrarum ad ſanctum Chriſti martyrem Nazarium, qui requieſcit in pago Rinenſi corporaliter in monaſterio, quod vocatur Lauresham, ubi venerabilis Adalungus abbas præeſſe videtur, donatumque in perpetuum eſſe volo in *Suabeheim* j hobam, in qua Erlebaldus manere videtur, cum ædificio in ipſo manſo poſito, & j vineam, & in *Doſſenheim* aliam vineam & j manſum cum hoba, & quidquid ad ipſam hobam pertinere videtur, a die præſente transfundimus ſtipulatione ſubnixa. Proinde donamus hæc mancipia, Reginſuindam, Theothalmum, Irminſuindam, Burgolfum. Actum in monaſterio *Lauresham* anno VI regni domini noſtri Ludowici imperatoris. Signum Alboldi & Amalſuindæ conjugis ejus, qui hanc donationem fieri & firmari rogaverunt. Altuuinus ſcripſi.

CCCCXXXVIII.

Donatio Burgolfi in Suabeheim Ludowico imperatore.

Anno XIII regni domini noſtri Ludowici imperatoris, ego Burgolfus pro remedio animæ meæ & conjugis meæ Hiltisnotæ, ſeu pro animabus parentum utrorumque noſtrorum, dono ad ſanctum Dei martyrem N. qui requieſcit in corpore in

pago Rinenſi, in monaſterio, quod vocatur Lauresham, ubi vir venerabilis Adalungus abba præeſſe videtur, donatumque in perpetuum eſſe volo, in villa *Suaboheim* manſos ij cum hobis, & quidquid ad ipſos manſos pertinet, cum omni poſſeſſione proprietatis meæ in eadem villa vel marca, & j mancipium nomine Rutwinum, & VIII jurnal. cum manſis, terris, domibus, ædificiis, omni & ex omnibus de jure meo in jus & dominationem ſancti Nazarii dono, trado atque transfundo, in Dei nomine perpetualiter ad poſſidendum ſtipul. ſubnixa,
19. Sept. XIII kalendas Octob. Signum Burgolfi, qui hanc donationem fieri & firmari rogavit, ſignum Engilberti, Sigiberti, Rutmari, Adalboldi, Harifridi, Hiltberti, Otwini, Rauheri, Ruthardi, Engilberti, Willingi, Racheri, Hiltdrici, Starkeri, Eberhelmi. Altuuinus ſcripſit.

Quia vero nobis in ſuperiori karta mentio donationum, quæ factæ ſunt in *Doſſenheim* & *Hantſcuhesheim*, occurit, unam hic inſerere dignum duximus, quam non inventam prius in ſuo ordine omiſeram.

CCCCXXXIX.

Donatio Altmanni in Doſſenheim.

Anno igitur XXI regni domini noſtri Karoli glorioſi regis, ego Altmann pro remedio animæ meæ dono ad ſanctum Dei martyrem Nazarium, qui requieſcit in corpore in pago Rinenſi, in monaſterio, quod vocatur Lauresham, ubi venerabilis Richbodo abba præeſſe videtur, donatumque in perpetuum eſſe volo in *Doſſenheim* & in *Hantſcuhesheim* xv jurnal. de terra, & j vineam, & quidquid ibidem habere viſus fui, a die præſente dono, trado atque transfundo, ita ut ab hac die ad ipſum locum ſanctum, vel ad agentes ipſius omni tempore proficiat in augmentis ſtipulatione ſubnixa. Actum in

mona-

monaſterio *Laureſham*. Signum Altmanni, qui hanc donationem fieri & firmari rogavit, ſignum Irminoldi, Bicconis, Machelmi. Ego Iſanbertus indignus monachus rogatus ſcripſi hanc donationem.

CCCCXL.

Donatio Germundi in Lobedenburg.

In nomine patris & filii & ſpiritus ſancti. Ille bene poſſedit res in ſeculo, qui ſibi de caducis comparat præmia ſempiterna. Idcirco ego Germundus pro Dei intuitu, vel pro animæ meæ remedio, ſeu & pro æterna retributione per hanc cartulam donationis ſive teſtamentum dono a die præſente ad ſanctum Dei martyrem Nazarium, qui requieſcit in corpore in pago Rinenſi, in monaſterio, quod vocatur Laureſham, ſuper fluvium Wiſſcoz ſito, vel ad illam ſanctam congregationem monachorum, quæ ibidem Deo ſervire videntur, ubi venerabilis Gundelandus abba præeſſe dinoſcitur, donatumque in perpetuum eſſe volo & promptiſſima voluntate confirmo, hoc eſt, in *Lobedenburg* plus minus manſo uno, & de terra arraturia jurnal. jjj tantum, a die præſente de jure meo in jus & dominationem ſancti N. dono, trado atque transfundo perpetualiter ad poſſidendum, ita, ut ab hac die habeatis jure habendi, tenendi, donandi, comuttandi, vel quidquid exinde facere volueritis, liberam ac firmiſſimam in omnibus habeatis poteſtatem. Si quis vero, quod futurum eſſe minime credo, ſi ego ipſe aut quislibet hominum contra hanc donationem a me factam venire temptaverit aut eam infringere vel immutare voluerit, quoniam nulli maledicere volumus, caveat, ne iram Dei omnipotentis & ſancti Nazarii incurrat, & inſuper inferat, una cum cogente fiſco auri libram j, argenti pondera jj multa ſuſtineat, & quod petit, evendicare non valeat, ſed præſens iſta donatio omni tempore firma & ſtabilis permaneat

 ſtipu-

ſtipulatione ſubnixa. Actum in loco publico, qui vocatur *Laureſham*. Signum Gerimundi, qui hanc donationem fieri & firmari rogavit. Wiglarius ſcripſit.

CCCCXLI.

Anno XV regni domini Pippini regis, ego Landradis dono ad S. Naz. qui requieſcit in mon. Laur. j caſale cum j mancipio, cui nomen Adulfus & Reginulf filius ejus cum manſo & ſorte, tam campis, pratis, paſcuis, perviis, ſilvis, aquis, aquarumve decurſibus, vel quidquid in eadem villa *Cilolfesheim* habui ſtipul. ſubnixa. Actum in mon. *Laur.* menſe Octobri die XXI. S. Landradis, quæ hanc donationem fecit. Samuel ſcripſit.

CCCCXLII.

Donatio Egilberti anno V regni domini noſtri Karoli regis glorioſi, Gundelando abbate.

Ego in Dei nomine Egilbertus dono ad ſanctum Dei martyrem Nazarium, qui requieſcit in corpore in pago Rinenſi, in monaſterio, quod vocatur Laureſham, ubi venerabilis Gundelandus abba præeſſe videtur, donatumque in perpetuum eſſe volo, in *Cilolfesheim* jurnal. jj de terra araturia, ad integrum a die præſente, ut deinceps ad ipſum locum ſanctum omni tempore proficiat in augmentis, ſtipulatione ſubnixa.
21. Mart. Actum in monaſterio *Laureſham*, XII kalendas Aprilis. Signum Egilberti, qui hanc donationem fieri & firmari rogavit, ſignum Engilberti filii ejus, ſignum Egisberti, Gumberti, Egisheri. Samuel ſcripſit.

CCCCXLIII.

CCCCXLIII.

Donatio Arimbaldi in Cilolfesheim anno XXX regni domini noſtri Karoli regis.

Nos in Dei nomine Erimbaldus & conjux mea Altſuind pro remedio animæ noſtræ donamus ad ſanctum Dei martyrem Nazarium, qui requieſcit in corpore in monaſterio, quod vocatur Lauresham, ubi venerabilis Richbodo abbas præeſſe videtur, donatumque in perpetuum eſſe volo, in *Cilolfesheim* unum manſum cum omni ædificio ſuperpoſito, & vineam in ipſo manſo, & xjjjj jurnales de terra araturia; & mancipia, Otmanum, Bougolſum, Wendildrudem, Gumbirgam, a die præſente trado perpetualiter ad poſſidendum ſtipulationę ſubnixa. Actum in monaſterio *Lauresham* XIII kalendas Martii. 17. Febr. Signum Erimbaldi & Altſuindis, qui hanc donationem fieri & firmari rogaverunt. Signum Hadeboldi & fratris ejus Butuuini, Sigeberti, Sigehelmi. Ego Reginbertus ſcripſi.

CCCCXLIV.

Donatio Ekkehardi in eadem villa, anno XXXVI regni domini Karoli regis.

Ego in Dei nomine Ekkehardus dono ad ſanctum Nazarium martyrem, qui requieſcit in monaſterio Lauresham, donatumque in perpetuum eſſe volo in *Cilolfesheim* j manſum cum omni ædificio ſuperpoſito & pomario, vel quidquid in eodem manſo conſtructum eſt, perpetualiter trado a die præſente ad poſſidendum ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio *Lauresham* XVII kalendas Septemb. Signum Ekkihardi, qui hanc 16. Aug. donationem fieri & firmari rogavit, ſignum Warmanni, Wolfradi, Uttdich, Ratfridi, Witdradi, Albolfi, Engilheri, Rechio, Weningi.

CCCCXLV.

CCCCXLV.

Donatio Deodradae in Cilolfesheim.

28. Oct. In Chriſti nomine ſub die V kalendas Novemb. II regnante domino noſtro Ludowico glorioſiſſimo imperatore, ego Theotdrat Deo ſacrata pro remedio animæ meæ dono ad ſanctum Dei martyrem Nazarium, qui requieſcit in corpore in pago Rinenſi, in monaſterio, quod vocatur Lauresham, donatumque in perpetuum eſſe volo, quidquid habere viſa ſum in *Cilolfesheim*, tam manſis, terris, campis, paſcuis, perviis, omnia & ex omnibus, totum & ad integrum, a die præſente de jure meo in jus & dominationem ſancti N. perpetualiter transfundo ad poſſidendum, ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio *Lauresham*, die & tempore quo ſupra. Signum Dietdradæ, quæ hanc donationem fieri & firmari rogavit, ſignum Mutolfi, Teganbaldi, Witdradi, Ratleibi, Adalmanni, Nendingi, Rutberti, Ekkradi, Ekkihardi, Ruduuini, Ardolfi, Geroldi. Ego in Dei nomine Altuuinus rogatus ſcripſi & ſubſcripſi.

CCCCXLVI.

Donatio Radolfi in Ulvinisheim.

Regnante glorioſiſſimo rege Pippino ego Radulfus pro Dei intuitu, vel pro animæ meæ remedio, ſeu pro æterna retributione per hanc kartulam donationis ſive teſtamentum dono a præſente die ad ſanctum Chriſti martyrem Nazarium, qui requieſcit in corpore in pago Rinenſi, in monaſterio, quod vocatur Lauresham, ſuper fluvium Wiſſcoz ſito, vel ad illam ſanctam congregationem monachorum, qui ibidem Deo ſervire videntur, ubi vir venerabilis Gundelandus abba præeſſe dinoſcitur, donatumque in perpetuum eſſe volo & promptiſſima voluntate confirmo jjj jurnal. de terra araturia, in *pago Lobodonenſi*, in loco *Uluinisheim* nuncupato, cis fluvium *Nekker*,

ad

ad integrum de jure meo in dominationem ſancti Nazarii dono, trado atque transfundo perpetualiter ad poſſidendum, ita ut ab hac die habeatis jure tenendi, donandi, comutandi, vel quidquid exinde facere volueritis pro utilitate monaſterii, liberam ac firmiſſimam in omnibus poteſtatem. Si quis vero, quod futurum eſſe minime credo, ſi ego ipſe, aut ullus de heredibus meis vel proheredibus, ſeu quislibet hominum contra hanc donationem a me factam venire temptaverit, aut eam infringere vel immutare voluerit, inprimis iram Dei omnipotentis & ſancti Nazarii incurrat, & inſuper inferat monaſterio eidem cum ſacratiſſimo fiſco, auri libram j, argenti pondera jj multa ſuſtineat, & quod repetit, evendicare non valeat, ſed præſens donatio iſta omni tempore firma & ſtabilis permaneat ſtipulatione ſubnixa. Actum *Laureſham* publice kalendas Junii. Signum Rudolfi, qui hanc donationem fieri & firmari rogavit, ſignum Lagidradi, Milundi, Herphaldi. Ego Rudolfus rogatus ſcripſi. 1. Jun.

CCCCXLVII.

Donatio Rutberti in eadem villa.

In Chriſti nomine ego Rutbertus dono ad ſanctum Dei martyrem Nazarium, qui requieſcit in corpore in pago Rinenſi, in monaſterio, quod vocatur Laureſham, donatumque in perpetuum eſſe volo, hoc eſt, in *pago Lobodunenſi*, in villa cognominata *Uluinisheim*, de terra araturia jurn. jj, a die præſente trado atque transfundo perpetualiter ad poſſidendum. Si quis vero, quod futurum eſſe minime credo, *& cetera omnia usque*: ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio *Laureſham* II idus Martii, anno XIIII regni domini noſtri Pippini regis. Signum Rutberti, qui hanc donationem fecit, 14. Mart. ſignum Rudheri, Udilberti, Bernoini, Geraldi. Ego Wiglarius notarius ſcripſi hanc donationem & ſubſcripſi.

CCCCXLVIII.

Donatio Hilferiti iu Uluinisheim.

Eodem anno ego Hilferitus pro remedio animæ meæ dono ad ſanctum Dei martyrem Nazarium, qui requieſcit in corpore in pago Rinenſi, in monaſterio, quod vocatur Laureſham, ubi vir venerabilis Gundelandus abba præeſſe videtur, donatumque in perpetuum eſſe volo, unum jurnal. & dimidium de terra araturia, in *Uluinisheim* ad integrum a die præſente perpetualiter ad poſſidendum, ſtipulatione ſubnixa.
12. Apr. Actum *Finninheim* publice II idus Aprilis, anno quo ſupra. Signum Hilfridi, qui hanc donationem fieri & firmari rogavit. Signum Udolberti, Luntdolfi, Rutherici, Theotdolfi, ſignum Bernardi, Theotberti, Geroldi. Ego Wiglarius notarius ſcripſi.

CCCCXLIX.

Donatio Gumberti in eadem villa.

Item anno, quo ſupra, ejusdem principis ego Gumbertus dono pro animæ meæ remedio ad ſanctum Dei Nazarium martyrem Chriſti, qui requieſcit in corpore in pago Rinenſi, in monaſterio, quod vocatur Laureſham, ubi vir venerabilis Gundelandus abba præeſſe videtur, donatumque in perpetuum eſſe volo j carado nomine Willulf cum conſorte ſua & manſo j in *Uluinisheim*, ſuper fluvium *Nekra*, a die præſente dono, trado atque transfundo in Dei nomine perpetualiter ad poſſidendum ſtipulatione ſubnixa, Actum in monaſterio *Laure-*
1. Aug. *resham*, publice kalendas Auguſti. Signum Gumberti, qui hanc donationem fecit, ſignum Humberti, Heimberti, Geroldi, Hajonis, Udonis, Milonis. Ego Samuel ſcripſi.

CCCCL.

CCCCL.

Donatio Weningi, in eadem villa.

Anno XV regni domini noſtri Pippini regis ego Weningus propter Deum & reverentiam ſancti Nazarii ſeu pro anima genitricis meæ Albſuindis, per hanc kartulam donationis dono ad ſanctum Dei martyrem Nazarium, qui requieſcit in corpore in pago Rinenſi, in monaſterio, quod vocatur Laureſham, ubi vir venerabilis Gundelandus abba præeſſe videtur, donatumque in perpetuum eſſe volo, de terra araturia jurn. jj in *Uluinisheim* a die præſente de jure meo in jus & dominium ſancti N. trado atque transfundo perpetualiter ad poſſidendum, ita ut ab hac die habeatis jure habendi, tenendi, donandi, commudandi, vel quidquid exinde pro utilitate ſancti N. facere decreveritis, liberam ac firmiſſimam in omnibus habeatis poteſtatem. Si quis vero, quod futurum eſſe minime credo, contra hanc donationem a me factam venire temptaverit, auri denarios vj, argenti uncias jj multa ſuſtineat, & quod repetit, evendicare non valeat, ſed præſens iſta donatio omni tempore firma & ſtabilis permaneat ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio *Laureſham* publice XII kalendas Julii. 20. Jun.
Signum Waningi, qui hanc donationem fieri & firmari rogavit. Ego Samuel ſcripſi.

CCCCLI.

Donatio Roolfi, in eadem villa.

In Chriſti nomine ſub die III kalendas Julii, anno XV regni 29. Jun.
domini noſtri Pippini regis, ego Roolf filius quondam Maurilonis pro Dei intuitu, & pro anima germani mei Adonis, ut veniam peccatorum ſuorum a Deo ad ipſum mereatur, dono ad ſanctum Dei martyrem Nazarium, qui requieſcit in corpore in pago Rinenſi, in monaſterio, quod vocatur Laureſham,

 ubi

ubi vir venerabilis Gundelandus abba præeſſe videtur, donatumque in perpetuum eſſe volo, in *Uluinisheim* de terra aratu-ria jurnal. xjjjj, a die præſente de jure meo in jus & dominium ſancti N. trado atque transfundo perpetualiter ad poſſidendum. Actum in monaſterio *Lauresham* publice, die & tempore, quo ſupra. Signum Roolfi, qui hanc donationem fieri & firmari ragavit, ſignum Hildibaldi. Ego Samuel ſcripſi rogatus hanc donationem.

CCCCLII.

Donatio Erneſti, in eadem villa.

Anno I regni domini noſtri Karoli regis ego Erneſt dono pro remedio animæ patris mei Adalmanni ad ſanctum martyrem Nazarium, qui requieſcit in pago Rinenſi, in monaſterio, quod vocatur *Lauresham*, ſuper fluvium Wiſſcoz ſito, vel ad illos ſervos Dei, qui ibidem Deo ſervire videntur, ubi vir venerabilis Gundelandus abba præeſſe dinoſcitur, donatumque in perpetuum eſſe volo & promptiſſima voluntate confirmo, hoc eſt, rem meam in Loboduninſe, in *Uluinisheim* jurnal. j & dimidium, a die præſente trado atque transfundo in Dei nomine perpetualiter ad poſſidendum, ita, ut deinceps ad ipſum locum ſanctum, vel ad agentes ipſius omni tempore proficiat in augmentum, ſtipulatione
18. Maj. ſubnixa. Actum in monaſterio *Lauresham* XV kalendas Junii. Signum Erneſtonis, qui hanc donationem fieri & firmari rogavit, ſignum Gramanni, Bernhardi, Geroldi, Rutberti, Sigefridi, Wolfgrimi, Budelini. Ego Samuel ſcripſi.

CCCCLIII.

Donatio Hartdradi & Nantwini.

Nos etiam Hartdrad & Nantwin donamus ad ſanctum Dei martyrem Nazarium, qui requieſcit in pago Rinenſi

cor-

corporaliter in monaſterio, quod vocatur Lauresham, ubi vir venerabilis Gundelandus abba præeſſe videtur, donatumque in perpetuum eſſe volumus, quod nobis tradidit manu poteſtativa, ut traderemus pro anima viri ſui Dindonis, hoc eſt, rem ſuam in *Uluenisheim* v jurnal. de terra araturia a die præſente transfundimus in Dei nomine perpetualiter ad poſſidendum, ita, ut ab hac die ad ipſum locum ſanctum omni tempore proficiat in augmentis ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio *Lauresham* X kalendas Julii, anno V regni domini noſtri Karoli regis. Signum Hartdradi & Nentwini, qui hanc donationem fieri & firmari rogaverunt, ſignum Dudonis, Balduuini, Soaczlohi, Erkenberti, Ramberti, Wolomari, Herardi. Samuel ſcripſit. 22. Jun.

CCCCLIV.

Donatio Leudradi in eadem villa.

In Chriſto nomine ego Leidrat dono ad ſanctum Dei martyrem N. qui requieſcit in corpore in monaſterio, quod vocatur Lauresham, ubi Gundelandus abba præeſſe videtur, donatumque in perpetuum eſſe volo, in *Uluinisheim* jj hobas & XLVj jurnal. in terra araturia & prata, & in *Doſſenheim* vineam j, a die præſente trado atque transfundo, ita, ut ab hac die ad ipſum ſanctum locum omni proficiat tempore in augmentis, ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio *Lauresham* V kalendas Junii, anno VIII regni domini noſtri Karoli regis. Signum Leidradi, qui hanc donationem fecit, ſignum Erpholdi, Rutheri, Lamberti, Alboldi, Agisheri, Udilberti, Racheri. Ego Grimarius ſcripſi. 27. Maj.

CCCCLV.

Donatio Leidradi in eadem villa.

15. Mart. Item ego Leidrat eodem anno idus Martii dono ad præfatum martyrem Chriſti Nazarium j hobam, in eadem villa, quam Hiltuuin poſſidet, & quidquid ad eam pertinet, ſtipulatione ſubnixa. Signum Erpholdi, Geroldi, Erkanbaldi, Erkanfridi, Gramanni, Irminoldi.

CCCCLVI.

Donatio Rutberti in eadem villa.

Item eodem anno ego Rutbertus dono pro remedio animæ meæ ad ſanctum Dei martyrem Nazarium, qui requieſcit in pago Rinenſi, in monaſterio, quod vocatur Laureſham, ubi vir venerabilis Gundelandus abba præeſſe videtur, donatumque in perpetuum eſſe volo in *Uluenisheim* jurnal. jjjj & ad vineam faciendam usque in medium Renum, a die præſente de jure meo in jus & dominium ſancti Nazarii in Dei nomine transfundo perpetualiter ad poſſidendum, ſtipulatione
13. Jun. ſubnixa. Actum in monaſterio *Laureſham* idus Junii. Signum Ruotberti, qui hanc donationem fieri & firmari rogavit, ſignum Erlulfi, Hariradi, Bernhardi, Altmanni, Udonis, Engilmanni. Ego Harilandus ſcripſi.

CCCCLVII.

Venditio Ruotberti ejusdem, in eadem villa.

Item ego Rutbertus vendidi vobis pater Gundelande utriusque ſucceſſoribus in perpetuum jjjj jurnal. de terra araturia uſque in medium Renum, in *Ulvinisheim* inter *Mannenheim* & inter *Hohenſteter* marcha, unde & accepi a vobis in pretio taxato libram j, & ipſam terram ad ſanctum Dei martyrem

tyrem Nazarium tradidi vel vobis perpetualiter ad poſſidendum. Si quis hanc donationem infringere voluerit, auri libras tantas, vel quantas ipſa res eo tempore meliorata valuerit, & hæc venditio firma & ſtabilis permaneat ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio *Lauresham* XV kalendas Martii, anno X regni domini noſtri Karoli regis. Signum Rudberti, qui hanc donationem fieri & firmari rogavit, ſignum Warini, Tutonis, Gumberti, Erlulfi, Trudbaldi, Agisberti, Lamberti. Samſon ſcripſit. 15. Febr.

CCCCLVIII.
Donatio Ruotberti in Ulvenisheim.

Item anno eodem ego Rutbertus pro anima patris mei Gumberti dono ad ſanctum Dei martyrem N. qui requieſcit in corpore in pago Rinenſi, in monaſterio Lauresham, ſuper fluvium Wiſſcoz ſito, vel ad illam ſanctam congregationem monachorum, quæ ibidem Deo ſervire videtur, ubi vir venerabilis Gundelandus abba præeſſe dignoſcitur, donatumque in perpetuum eſſe volo, & promptiſſima voluntate confirmo, hoc eſt, res, quas ipſe pater meus mihi tradidit ſuperius nominatus in *pago Lobodoninſe*, in *Uluinisheim*, vj hobas vel quidquid in ipſa marca habere viſus fuit, tam manſis, campis, pratis, paſcuis, perviis, aquis, aquarumve decurſibus, terra culta & inculta, omnia & ex omnibus, a die præſente de jure meo in jus & dominium ſancti Nazarii dono, trado atque transfundo, ita, ut deinceps habeatis jure habendi, tenendi, donandi, commutandi, vel quidquid exinde facere pro utilitate eccleſiæ decreveritis, liberam ac firmiſſimam in omnibus poteſtatem habeatis. Si quis vero, quod futurum eſſe minime credo, *& reliqua omnia usque:* ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio *Lauresham* VIII idus Aprilis. 6. Apr. Signum Rudperti, qui hanc donationem fecit, ſignum Hildigeri, Frumoldi, Geroldi. Ego Grimarius ſcripſi.

CCCCLIX.

CCCCLIX.

Donatio Bernardi in eadem villa.

Ego Bernhard dono ad ſanctum Dei martyrem Nazarium, qui requieſcit in corpore in pago Rinenſi, in monaſterio, quod vocatur Laureſham, ubi vir venerabilis Gundelandus abba præeſſe videtur, donatumque in perpetuum eſſe volo in *Uluinisheim* jjj jurnal. de terra araturia, & j manſum a die præſente & deinceps, ut ad ipſum locum ſanctum omni tempore proficiat in augmentis, ſtipulatione ſubnixa. Actum in mo-
25. Febr. naſterio *Laureſham* V kalendas Martii, anno X regni domini noſtri Karoli regis. Signum Bernhohi, Geroldi, Heriberti, Ruthardi, Haridradi, Rucheri. Ego Donadeus ſcripſi.

CCCCLX.

Donatio Luitolfi in eadem villa.

Anno XI regni domini noſtri Karoli regis, pro anima mea & matris meæ Hettæ ego Liutolfus dono ad ſanctum Dei martyrem qui requ. in mon. quod vocatur Laureſham, ubi Helmericus venerabilis abba præeſſe videtur, donatumque in perpetuum eſſe volo j jurnal. de terra araturia in *Uluinisheim*, ipſum trado a die præſente atque transfundo, ita, ut ab hac die & deinceps ad ipſum locum ſanctum proficiat in augmentis ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio Laures-
7. Mart. ham non. Martii. Signum Liutolfi, qui hanc donationem fieri & firmari rogavit, ſignum Geroldi, Bernhardi, Ermenoldi, Erkanfridi, Euginhardi. Ego Grimarius ſcripſi.

CCCCLXI.

Donatio Ruduuini & Reginberti in eadem villa.

In Dei nomine ego Ruduuini & Reginbertus pro Dei intuitu, vel pro remedio animæ matris noſtræ Frenkin donamus ad

ad monaſterium, quod conſtructum eſt in honorem ſancti Nazarii, martyris Chriſti, ſuper fluvium Wiſſcoz, in fine *Biſiſtat*, in pago Rinenſi, quod vocatur Lauresham, ubi vir venerabilis Helmericus abba præeſſe videtur, donatumque in perpetuum eſſe volumus j manſum & jjj jurnal. de terra araturia in *Uluinisheim*, a die præſente de jure noſtro in jus & dominium jam dicti martyris tradimus atque transfundimus, ita, ut deinceps ad ipſum locum ſanctum, vel ad agentes ipſius omni tempore proficiat in augmentis ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio *Laureſham* publice, anno XIII regni domini noſtri Karoli regis glorioſi. Signum Ruduuini & Reginberti, qui hanc donationem fieri & firmari rogaverunt. Ego Rudolfus recognovi & ſcripſi.

CCCCLXII.

Donatio Sikkonis & Geilſuindis in eadem villa.

Ego in Dei nomine Sicgo & conjux mea Geilſuint pariter donamus ad ſanctum Dei martyrem Nazarium, qui requieſcit in pago Rinenſi, in monaſterio, quod vocatur Laureſham, ubi vir venerabilis Gundelandus abba præeſſe videtur, donatumque in perpetuum eſſe volumus, quidquid ego Sicgo conjugi meæ in dotis titulum dedi, & ipſa a me accepit in *Ulvinisheim*, tam manſis, campis, pratis, paſcuis, perviis, ſilvis, domibus, ædificiis, aquis, aquarumve decurſibus, omnia & ex omnibus ad integrum a die præſente transfundimus de jure noſtro in jus & dominium ſancti N. perpetualiter ad poſſidendum, ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio *Laureſham* VIII idus Januarii, anno XII regni domini noſtri Karoli regis glorioſi. Signum Sikkonis & Geilſuindis, qui hanc donationem fieri & firmari rogaverunt. Ego Grimarius ſcripſi. 6. Jan.

CCCCLXIII.

Donatio Rutberti.

26. Aug. Anno XIIII regni domini noſtri Karoli regis VII kalendas Sept. ego Rutbertus dono ad ſanctum Dei martyrem Nazarium, qui requieſcit in corpore in pago Rinenſi, in monaſterio, quod vocatur Laureſham, ubi vir venerabilis Helmericus abba præeſſe videtur, donatumque in perpetuum eſſe volo, hoc eſt, in *Hohſtade* in *Uluinesheim* jj prata a die præſente ad ipſum locum ſanctum transfundo, ut ei proficiat omni tempore in augmentis, ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio *Laureſham.* Signum Rutberti, qui hanc donationem fieri & firmari rogavit. Ego Iſanbertus ſcripſi.

CCCCLXIV.

Donatio Erkanbaldi Karolo imperatore, Helmerico abbate.

Eodem etiam anno ego Erkanbalt dono ad ſanctum Dei martyrem Nazarium, qui requieſcit in monaſterio Laureſham ſuper fluvium Wiſſcoz, ubi venerabilis Helmericus abba præeſſe videtur, donatumque in perpetuum eſſe volo j jurnal. in *Uluinesheim* in Dei nomine perpetualiter ad poſſidendum ſtipu-
6. Mart. latione ſubnixa. Actum in monaſterio *Laureſham* II non. Martii. Signum Erkanbaldi, qui hanc donationem fecit, ſignum Rutfridi, Altuuini, Sigefridi, Erkanfridi, Ermanfridi, Donaradi. Ego Rudolfus ſcripſi.

CCCCLXV.

Donatio Liutgardis in eadem villa.

Ego anno eodem Liutgart dono ad ſanctum Dei martyrem N. qui requieſcit in corpore in monaſterio Laureſham, vel ad illam ſanctam congregationem monachorum, ubi venerabilis

bilis abba Helmericus præeſſe videtur, donatumque in perpetuum eſſe volo in *Uluenisheim* vj jurnal. de terra araturia, & in *Hantſcuhesheim* j manſum trado perpetualiter ad poſſidendum ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio *Lauresham*, perſcriptaque eſt hæc carta donationis ſub die VI kalendas Martii, anno quo ſupra. Signum Liutgardis, quæ hanc donationem fieri & firmari rogavit, ſignum Hugberti, Fricculfi, Hartbaldi. Ego Rudolfus ſcripſi. 24. Febr.

CCCCLXVI.

Donatio Rudolfi in eadem villa.

Item ego Rudolfus dono in Dei nomine ad ſanctum martyrem Chriſti N. qui requieſcit in corpore in pago Rinenſi, in monaſterio, quod vocatur Laureſham, ubi vir venerabilis Helmericus abba præeſſe videtur, donatumque in perpetuum eſſe volo in *Uluinesheim* vjj jurnal. de terra araturia & jjj de prato, a die præſente transfundo de jure meo in jus & dominium S.Naz. ita, ut deinceps ad ipſum ſanctum locum omni tempore proficiat in augmentis ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio *Lauresham* VI kalendas Martii, anno XIIII regni domini noſtri Karoli regis. Signum Rutberti, qui hanc donationem fieri & firmari rogavit, ſignum Udonis. Ego Grimarius ſcripſi. 24. Febr.

CCCCLXVII.

Donatio Leidradi in eadem villa.

In Chriſti nomine ſub die VI kalendas Septembris anno XIIII regni domini noſtri Karoli regis, ego Leidradus dono pro remedio animæ meæ & Hucberti ac uxoris ejus Irminlindis ad ſanctum Dei martyrem N. qui requieſcit in corpore in monaſterio, quod vocatur Laureſham, ubi vir venerabilis Richbodo abba præeſſe videtur, donatumque in perpetuum eſſe 27. Aug.

 volo

volo hoc, quod jam dicti Hugbertus & Irminlint mihi tradiderunt, ut pro eis ad ſanctum N. traderem, quod etiam feci in pago *Lobodonenſi*, in *Uluinesheim* j manſum, & quidquid ad ipſum manſum aſpicere videtur inter totum vj jurnal. de terra araturia ad integrum a die præſente transfundo in dominium ſancti N. ita ut deinceps ad ipſum locum ſanctum omni tempore proficiat in augmentis ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio *Laureſham* tempore quo ſupra. Signum Leidradi, qui hanc donationem fieri & firmari rogavit, ſignum Gumbaldi, Baltheri, Ruthardi, Bernhardi, Irminoldi, Sigihelmi, Scaftleichi. Ego Donadeus rogatus ſcripſi.

CCCCLXVIII.

Donatio Hejonis & Mehſuuindis in eadem villa.

Anno XIIII regni domini noſtri Karoli glorioſiſſimi imperatoris ego Hejo & conjux mea Mehſuint pro animæ noſtræ remedio donamus ad ſanctum Dei martyrem N. qui requieſcit in corpore in pago Rinenſi, in monaſterio, quod vocatur Laureſham, ubi vir venerabilis Helmericus abba præeſſe videtur, donatumque in perpetuum eſſe volumus, in *Uluinesheim* x jurnal. de terra araturia, & quidquid ibidem habere viſi fuimus, & in *Edingero marca* portionem noſtram de piſcatura a die præſente tradimus in Dei nomine perpetualiter ad poſſidendum ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio *Laureſham* VIIII
25. Maj. kalendas Junii. Signum Hejonis, qui hanc donationem fecit. Ego Rudolfus ſcripſi.

CCCCLXIX.

Donatio Ruthohi in eadem villa.

2. Oct. In Chriſti nomine ſub die VI non. Octobr. an. XVII regni dni noſtri Karoli imp. nos in Dei nomine Ruthoh & conjux mea Thu-

ſunt

ſunt donamus ad S.Dei martyrem N. qui requieſcit in corpore in pago Rinenſi, in monaſterio Laureſham, ubi venerabilis Richbodo abba præeſſe videtur, donatumque in perpetuum eſſe volo rem meam in *Uluinesheim* hobam j, & quidquid ad ipſam hobam aſpicere videtur, tam manſis, campis, pratis, paſcuis, perviis, aquis, aquarumve decurſibus, a die præſente trado atque transfundo perpetualiter ad poſſidendum. Si quis vero, quod futurum eſſe minime credo, contra hanc donationem a me factam venire temptaverit, partibus ſancti N. auri uncias jjj, argenti pondera jjjj, & nec ſic, quod repetit, evendicare valeat, ſed omni tempore donatio iſta firma & ſtabilis permaneat. Actum in monaſterio *Laureſham*. Signum Hucberti, Druthmari, Erkanberti, Farimann, Eberuuini, Ruthohi, Guntboldi, Wolſberti, Ruthohi, qui hanc donationem fieri & firmari rogavit. Ego Rudolſus ſcripſi.

CCCCLXX.

Donatio Landonis in eadem villa.

Ego in Dei nomine Lando dono ad ſanctum martyrem Chriſti Nazarium, qui requieſcit in corpore monaſterio Laureſham, ubi vir venerabilis Richbodo abba præeſſe videtur, donatumque in perpetuum eſſe volo XL jurnal. de terra araturia in *Uluinisheim* & j manſum cum prato, & quidquid in ipſa marca habere viſus fui, tam de comparato, quam de quolibet attracto perveniſſe ad me videtur, & e contra præſtavimus in *Freinsheim* & in *Alſenzen* res ſancti N. &c. Actum *Laureſham* non. Jan. XXIII anno domini noſtri Karoli regis. Signum Landonis, qui hanc donationem fecit, ſignum Erlolſi, Danzonis, clericorum, ſignum Wigberti, Scaptlahi, Megingozi. Ego Rudolſus ſcripſi. 7. Jan.

CCCCLXXI.

Donatio Suarzlahi in eadem villa.

Eodem etiam anno ego Suarzlah dono ad ſanctum Dei martyrem N. qui requieſcit corporaliter in monaſterio, quod vocatur Laureſham, ubi venerabilis Richbodo abba præeſſe videtur, donatumque in perpetuum eſſe volo in *Uluinisheim* portionem manſi illius, quem tradidit Ruotbertus, quæ me contigit, a die præſente in Dei nomine perpetualiter ad poſſidendum ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio *Laures-*
31. Dec. *ham* II kalendas Januar. Signum Suarzlahi, qui hanc donationem fecit, ſignum Ermenoldi, Sigihelmi, Bicconis. Ego Rudolfus ſcripſi.

CCCCLXXII.

Donatio Werinheri in eadem villa.

Anno XXIIII regni domini noſtri Karoli glorioſiſſimi imperatoris, ego Werinheri & conjux mea Engildruth, pro remedio animarum noſtrarum, per hanc kartulam donationis donamus ad ſanctum Dei martyrem N. qui requieſcit in corpore in pago Rinenſi, in monaſterio, quod vocatur Laureſham, ſuper fluvium Wiſſcoz ſito, ubi vir venerabilis Rihbodo abbas præeſſe videtur, donatumque in perpetuum eſſe volumus, hoc eſt, rem noſtram in pago Lobodoninſe, quidquid in *Ulvinisheim* habere viſi ſumus & in *Niuuenhoven*, excepta j vinea & mancipio j, aliud totum, quidquid in prædictis locis habemus, tam manſis, campis, pratis, paſcuis, perviis, ſilvis, aquis, aquarumve decurſibus, a die præſente de jure noſtro in jus & dominium ſancti N. tradimus atque transfundimus in Dei nomine perpetualiter ad poſſidendum. Si quis vero, quod futurum eſſe minime credo, &c. Actum in monaſterio Laures-
8. Jul. ham VIII idus Julii. Signum Werinheri & Engiltrudis, qui

hanc

hanc donationem fieri & firmari rogavit, ſignum Nantheri filii eorum, ſignum Wegelonzonis, Heidrici, Ramberti, Heribaldi, Erkanberti, Sinonis, Alberici, Witdradi, Regilonis, Liebi, Egisheri, Reginoldi, Waningi, Bernvini, Riſolfi, Erinfridi, Witdradi, Eſcrici. Ego Reginbertus ſcripſi.

CCCCLXXIII.

Donatio Reginbaldi in eadem villa.

Ego Reginbaldus pro remedio animæ Eberkari dono ad ſanctum Dei martyrem N. qui requieſcit in corpore in monaſterio Lauresham, ubi Richbodo venerabilis abbas præeſſe videtur, donatumque in perpetuum eſſe volo unum manſum in *Uluinisheim*, & xx jurnal. de terra araturia ad integrum a die præſente trado atque transfundo, ita, ut deinceps ad ipſum locum ſanctum omni tempore proficiat in augmentis ſtipulatione ſubnixa. Actum *Lauresham* XI kalendas Maji, 21. Apr. anno XXVII regni domini noſtri Karoli regis glorioſiſſimi. Signum Reginbaldi, qui hanc donationem fieri & firmari rogavit, ſignum Babonis. Ego Gundolfus rogatus ſcripſi & ſubſcripſi.

CCCCLXXIV.

Donatio Ruggari in eadem villa.

Nos in Dei nomine Ruggerus & conjux mea Freitdrut pro remedio animarum noſtrarum, ſeu pro retributione æterna donamus ad ſanctum Dei martyrem Nazarium &c. donatumque in perpetuum eſſe volo in *Uluinisheim* dimidium manſum & vj jurnal. de terra araturia, & prata ad ipſum manſum aſpicientia, & in *Hantſcuhesheim* j vineam & mancipia, Dellorihbertum, Reginbaldum, Deilam, Erloldum, Waltfridum, una cum peculiare eorum ad integrum, a die præſente tradimus atque transfundimus in Dei nomine perpetualiter ad poſſiden-

ſidendum ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio *Lauresham* VI idus Julii, anno XXXVIIII regni domini noſtri Karoliglorioſi imperatoris. Signum Ruggerius & Freitdrudis, qui hanc donationem fieri & firmari rogaverunt, ſignum Suarzolahi, Wolfheri, David, Heimonis, Burchardi, Willonis, Leidolfi, Ekkihardi, Helmbaldi, Theotfridi, Ratfridi, Heriberti. Ego Altuinus ſcripſi.

10. Jul.

CCCCLXXV.

Donatio Recchonis in eadem villa.

Nos etiam in Dei nomine Reccho & conjux mea Udalniu pro remedio animarum noſtrarum donamus pariter & manu communi ad ſanctum Chriſti martyrem Nazarium, qui requieſcit in corpore in pago Rinenſi, in monaſterio, quod vocatur Laureſham, ubi vir venerabilis Adalungus abba *præeſſe* videtur, donatumque in perpetuum eſſe volumus, *quidquid* habemus proprietatis in *Uluinisheim*, tam manſis, terris, pratis, paſcuis, perviis, domibus, ædificiis, a die præſente tradimus atque transfundimus in Dei nomine perpetualiter ad poſſidendum ſtipulatione ſubnixa. Actum publice in villa *Uluinisheim.* Signum Recchonis & conjugis ejus Udalniu, qui hanc donationem fieri & firmari rogaverunt, ſignum Galamanni, Burgolfi, Roolfi, Theotberti, Hucgeri, Wargeri, Starcheri, Outuuini, item Thiotberti, Eberhelmi, Nendingi, Gunzonis. Altuuinus ſcripſit.

CCCCLXXVI.

Donatio Hiltdiberti.

Anno XLIII regni domini noſtri Karoli glorioſiſſimi Imp. ego Hiltdibertus pro remedio animæ Huſæ dono ad ſanctum Dei martyrem N. qui requieſcit in monaſterio, quod vocatur

catur Lauresham, ubi vir venerabilis Adalungus abba præeſſe videtur, donatumque in perpetuum eſſe volo, in pago Lobod. in *Uluinisheim* jj jurnal. de terra araturia a die præſente de jure meo in jus & dominium ſancti Nazarii trado atque transfundo in Dei nomine perpetualiter ad poſſidendum ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio *Lauresham* VIIII kalendas Julii. Signum Hiltdiberti, qui hanc donationem fieri & firmari rogavit, ſignum Ermanfridi, Wernheri, Adolonis, Hartuuigi, Ratuuigi. Ego Altuuinus ſcripſi. 24. Jun.

CCCCLXXVII.

Donatio Meginheri in eadem villa Ludovico imperatore, Adalungo abbate.

Ego in Dei nomine Meginherus pro remedio animarum Warini & Friderunæ dono ad ſanctum Dei martyrem Nazarium &c. j manſum in *Uluinisheim* ad integrum trado atque transfundo in Dei nomine perpetualiter ad poſſidendum ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio *Lauresham* kalendas Aprilis, anno I regni domini noſtri Ludouici. Signum Meginheri, qui hanc donationem fecit, ſignum Rutberti, Waldonis, Guntdoldi, Dudonis, Rutwini, Betilonis. Ego Altuuinus ſcripſi. 1. Apr.

CCCCLXXVIII.

Donatio Erimfridi in eadem villa.

Anno V regni domini noſtri Ludowici glorioſiſſimi imperatoris ego Erimfridus pro remedio animæ meæ dono ad ſanctum Dei martyrem Nazarium, qui requieſcit in corpore in monaſterio, quod vocatur Lauresham, ubi vir venerabilis Adalungus abba præeſſe videtur, donatumque in perpetuum eſſe volo in *Uluinisheim* jj jurnal. quos transfundo in dominium ſancti Nazarii, ita ut deinceps ad ipſum locum ſanctum

proficiat in augmentum ſtipulatione ſubnixa. Actum in mo-
12. Febr. naſterio Laureſham II idus Febr. Signum Erimfridi, qui
hanc donationem fieri & firmari rogavit, ſignum Wicberti, Si-
giberti, Heimerici, Hartfridi, Hiemari, Nendingi, Ramperti,
Mutolfi. Ego Heribaldus ſcripſi.

CCCCLXXIX.

Donatio Reginberti in eadem villa.

Septimo ejuſdem principis regni anno ego in Dei nomine Reginbertus dono ad ſanctum Chriſti martyrem Nazarium, qui requieſcit in corpore in monaſterio, quod vocatur Laureſham, ubi vir venerabilis Adalungus abba præeſſe videtur, donatumque rem meam in *Uluinisheim* in perpetuum eſſe volo, id eſt, vjjjj jurnal. a die præſente ſtipulatione ſubnixa. Signum Reginberti, qui hanc donationem fieri & firmari rogavit, ſignum Erkamberti, Erlolfi, Nanthardi, Starcheri, Udalrici. Ego Altuuinus ſcripſi.

CCCCLXXX.

Donatio Nantheri in eadem villa.

Si aliquid de facultatibus noſtris ob amorem Dei ad loca ſanctorum condonamus, hoc nobis procul dubio in æterna retributione prodeſſe confidimus. Idcirco ego Nantheri pro remedio animæ meæ ſeu pro æternæ mercedis intuitu dono ad ſanctum Dei martyrem N. qui requieſcit in corpore in pago Rinenſi, in monaſterio, quod vocatur Laureſham, ſito ſuper fluvium Wiſſcoz, vel ad illam ſanctam congregationem monachorum, quæ ibidem ſub venerabili viro Samuele epiſcopo die noctuque Domino Deo deſervire videtur, donatumque in perpetuum eſſe volo & promptiſſima voluntate confirmo, hoc eſt, rem proprietatis meæ in pago Lobodunenſi, in villa vel

marca *Uluinisheim*, aream j & de terra arabili jurnal. lxjjjj & pratum j, & quidquid ad prædictas res legitime aſpicere vel pertinere videtur, tam terris, domibus, ædificiis, caſticiis, perviis, ſilvis, aquis, aquarumve decurſibus, campis, paſcuis, pratis, mobilibus & immobilibus, cum adjunctis adjacentiis, ſeu quidquid denominari vel dici poteſt, totum & ad integrum de jure meo in jus & dominium ſancti Nazarii rectorumque ipſius monaſterii dono, trado atque transfundo in Dei nomine perpetualiter ad poſſidendum, ut liberam poteſtatem habeant de ipſis rebus, quidquid voluerint, pro utilitate ejusdem baſilicæ ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio *Laureſham*, anno incarnationis Chriſti DCCCL, regni domini noſtri Ludowici regis X, idus Martii. Signum Nantharii, qui hanc car- 15. Mart.
tulam donationis fieri & firmari rogavit, ſignum Sigiberti, Rutberti, Giſalhelmi, Werinbaldi, Bubonis, Wegenlenzonis, Rutuuini, Rubonis, Nordi, Nagalhardi, Eberhelmi. Ego Tietroh ſcripſi.

CCCCLXXXI.
Donatio Bubonis & Egisheri.

Nos in Dei nomine Bubo & Egisheri, fratres Wolfheri clerici, & Siguuini, & Roolfi donamus ad ſanctum N. qui requieſcit in monaſterio, quod vocatur Laureſham, ubi vir venerabilis Adalungus abba præeſſe videtur, donatumque in perpetuum eſſe volumus inter *Uluinesheim* & *Walahaſtat* vjjjj jurnal. de terra arabili, & in *Doſſenheim* vineam j, & unum mancipium nomine Ruthildam a die præſente ſtipulatione ſubnixa. Actum in loco, quo ſupra, kalendas Decembris, anno 1. Dec.
XVI Ludovici imperatoris. Signum Bubonis, Egisheri, Sigiuuini, Roholfi. Altwinus ſcripſi.

CCCCLXXXII.

Donatio Wanilonis in Walahaſtath anno XIV regni domini Pippini regis, Gundelando abbate.

Ego in Dei nomine Wanilo, filius Guntzonis quondam, pro Dei intuitu vel pro anima patris mei Guntzonis, ſeu pro æterna retributione, ut Deus omnipotens donare dignetur nobis remiſſionem peccatorum noſtrorum, per hanc kartulam donationis ſive teſtamentum dono a die præſente ad ſanctum Chriſti martyrem Nazarium, qui requieſcit in corpore in pago Rinenſi, in monaſterio, quod vocatur Laureſham, ſuper fluvium Wiſſcoz ſito, vel ad illam congregationem ſanctam monachorum, qui ibidem deſervire videntur, ubi vir venerabilis Gundelandus abbas præeſſe dinoſcitur, donatumque in perpetuum eſſe volo, & promptiſſima voluntate confirmo, hoc eſt, in pago Lobodoninſe, in villa, quæ dicitur *Walahaſtat*, manſum j, de terra araturia jurnal. xxx, & vineam j in *Hautſcuhesheim*, ad integrum de jure meo in jus & dominium ſancti Nazarii dono, trado, atque transfundo in Dei nomine perpetualiter ad poſſidendum ita, ut ab hac die habeatis jure habendi, tenendi, donandi & commutandi, vel quidquid exinde facere volueritis pro utilitate eccleſiæ, liberam ac firmiſſimam in omnibus habeatis poteſtatem. Si quis vero, quod futurum eſſe minime credo, ſi ego ipſe aut ullus ex meis heredibus vel proheredibus meis, ſeu quilibet ex oppoſitis perſonis contra hanc donationem a me factam venire temptaverit, aut eam infringere vel immutare voluerit, inprimis iram Dei omnipotentis & ſancti N. incurrat, & inſuper inferat vobis una cum cogente fiſco auri libras jj, argenti pondera tria multa ſuſtineat & nec ſic, quod repetit, evendicare valeat, ſed præſens donatio iſta omni tempore firma & ſtabilis permaneat ſtipulatione ſubnixa. Actum in *Winnenheim* publice VIII idus
8. Mart. Martii. Signum Wenilonis, qui hanc donationem fieri & firmari

mari rogavit, ſignum WARINI COMITIS, CRANCRONIS COMITIS, Egindnis, Maurilonis, Hariradi, Hariberti. Wiglarius ſcripſit.

CCCCLXXXIII.

Donatio Altmanni in eadem villa.

In Chriſti nomine ſub die X kalendas Maji, anno XV regni domini noſtri Pippini regis, ego Alman pro anima fratris mei Germonis, ſeu pro æterna retributione per hanc cartulam donationis dono ad ſanctum Dei martyrem Nazarium, qui requieſcit in corpore in monaſterio; quod vocatur Laureſham, ubi vir venerabilis Gundelandus abba præeſſe videtur, donatumque in perpetuum eſſe volo, hoc eſt, de terra araturia jurnal. jjj, inter *Walahaſtath* & *Dornheim*, a die præſente ſtipulatione ſubnixa. Signum Altmanni, qui hanc donationem fieri & firmari rogavit, ſignum Leidolfi, Engilmanni, Udonis, Erkanfridi, Ruthardi, Madalheri, Willonis. Ego Samuel ſcripſi. 22. Apr.

CCCCLXXXIV.

Venditio Gautsonii in eadem villa Pippino rege, Gundelando abbate.

Domino fratri Gundelando abbati atque emptori Gautſonius præsbiter atque venditor. Conſtat me tibi vendidiſſe & ita vendidi terram juris mei in pago Lobodonenſi, in loco nuncupato *Walheſtat*, quidquid in ipſa marca tam ego ipſe, quam fratres mei Rooh, Sigewinus habere videmur, omnem portionem noſtram ad integrum a die præſente transfundo in Dei nomine perpetualiter ad poſſidendum, & accepi a vobis pro taxatione rerum noſtrarum argenti libras jj de cetero ſtipulatione ſubnixa. Signum Gautſonii, qui hanc donationem fieri & firmari rogavit, ſignum Dudonis, Balduini, Graonis, Ramperti. Ego Wiglarius notarius rogatus ſcripſi hanc venditionem, & ſubſcripſi.

CCCCLXXXV.

Donatio Reginlindis in eadem villa.

Anno XV regni domini noſtri Pippini regis, ego Regilint pro Dei intuitu, vel pro animæ meæ remedio ſeu pro æterna retributione per hanc kartulam donationis dono ad ſanctum Dei martyrem N. &c. in *Walahaſtat* jjj jurnal. trado perpetualiter ad poſſidendum ſtipulat. ſubnixa. Actum in loco pub-
28. Jul. lico, qui vocatur *Laureſham*, ſub die V kalendas Auguſti. Signum Reginlintis, quæ hanc donationem fieri & firmari rogavit, ſignum Harilandi, qui hanc donationem ſcripſit.

CCCCXXXVI.

Donatio Richlindis in eadem villa.

Si aliquid re rebus noſtris propriis locis ſanctorum, vel in ſuſtentationem pauperum conferimus, hoc nobis procul dubio in æterna beatitudine proficere confidimus, ideoque ego in Dei nomine Richlindis pro immenſis peccatis meis, ut in me non inveniat ultrix flamma, quod devoret, ſed Dei pietas, quod coronet, per hanc cartulam donationis dono ad ſanctum Chriſti martyrem N. &c. omnem rem proprietatis meæ, quidquid ad præſens in pago Lobodonenſi, in *Walahaſtat* viſa ſum habere, tam manſis, campis, pratis, paſcuis, ſilvis, domibus, ædificiis, mancipiis, aquis, aquarumve decurſibus cum adjacentiis ſuis, omnia & ex omnibus, quæ ſic terminatur, de j latere tenet Rutbertus, de alio germanus meus Waningus, a die preſente de jure meo in jus & dominium ſancti N. in Dei nomine trado atque transfundo perpetualiter ad poſſidendum, ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio
24. Oct. *Laureſham* publice VIIII kalendas Novemb. anno XV Pippini regis. Signum Richlindis, quæ hanc donationem fieri & firmari rogavit. Ego Samuel ſcripſi.

CCCCLXXXVII.

CCCCLXXXVII.

Donatio Richlindis Deo ſacratae.

In Chriſti nomine ſub die III non. Maji, anno XVI domini Pippini regis, ego Richlindis Deo ſacrata pro remedio animæ meæ dono ad ſanctum Dei martyrem Nazarium &c. hoc eſt, in *Walahaſtat ſuperiore* & *inferiori* inter ambas marcas, tam manſis, terris, campis, pratis, paſcuis, perviis, ſilvis, aquis, aquarumve decurſibus, & quidquid in jam dictis locis habere viſa ſum, exceptis jurnal. x, cetera omnia, quæ meæ proprietatis eſſe videntur, a die præſente trado atque transfundo, & jjjj mancipia ita, ut ab hac die ad ipſum locum ſanctum omni tempore proficiat in augmentis. Si quis vero, quod futurum eſſe minime ſpero, hanc donationem infringere vel immutare voluerit, ille inferat ad ipſum locum ſanctum duplam peccuniam, quam ipſa res valuerit, ſociante fiſco auri ſolidos vj, argenti pondera jj multa ſuſtineat, & quod repetit, evendicare non valeat, ſed præſens donatio iſta omni tempore firma & ſtabilis permaneat. Signum Richlindis Deo ſacratæ, quæ hanc donationem fieri & firmari rogavit. Actum in monaſterio *Laureſham* ſtipulatione ſubnixa, die & tempore quo ſupra. Signum Geroldi, Rutberti, Heidrici, Luitdolfi, Beinhardi. Ego Samuel ſcripſi. 5. Maj.

CCCCLXXXVIII.

Donatio Siglindis in eadem villa.

Dum quis conſiſtit in hoc ſeculo, de futuro debet ſemper judicio, ut de rebus tranſitoriis immortalem ſibi comparet vitam, quam ob rem in Chriſti nomine ſub die VIII kalendas Octobr. anno j regni domini noſtri Karoli glorioſi regis, ego Siglindis femina pro remedio animæ meæ dono ad ſanctum Dei martyrem Nazarium, qui requieſcit in corpore in pago

Ri-

Rinenſi, in monaſterio, quod vocatur Laureſham, ſuper fluvium Wiſſcoz ſito, ubi vir venerabilis Gundelandus abba præeſſe videtur, donatumque in perpetuum eſſe volo, quidquid ego in ipſa marca in *Walahaſtat* habere videor, tam campis, pratis, paſcuis, aquis, aquarumve decurſibus, & unum ſervum nomine Baltherium, ad integrum a die præſente trado atque transfundo in Dei nomine perpetualiter ad poſſidendum. Si quis vero, quod futurum eſſe non credo, ſi ego ipſa, aut ullus ex propinquis vel heredibus meis, vel quælibet emiſſa perſona, quæ contra hunc titulum donationis, quam ego ſpontanea voluntate fieri rogavi, venire aut eam infringere temptaverit, & illud, quod repetit, non evendicet, & inſuper una cum ſocio fiſco partibus monaſterii ſancti Nazarii auri libram j, argenti pondera jj contortus deſolvat, & ſuam nunquam mereatur adimplere devotionem, qui meam ex hoc voluerit frangere voluntatem, & hæc donatio a me facta omni tempore firma & ſtabilis permaneat ſtipulatione ſubnixa. Signum Sigilindis, quæ hanc donationem fieri & firmari rogavit. Signum Arnoldi, Geroldi, Ermenoldi, Leidradi, Theutmanni, Daugolfi, Giſilolfi. Ego Harilandus ſcripſi.

CCCCLXXXIX.

Donatio Bubonis.

Anno II regni domini noſtri Karoli glorioſi regis ego Bubo dono pro anima Huſi ad ſanctum Dei martyrem Nazarium &c. in *Walahaſtat* jurnal. jjjj de terra araturia, & in *Doſſenheim* vineam j &c. Actum in monaſterio *Laureſham* II idus No-
12. Nov. vemb. Sig. Bubonis, qui hanc donationem fieri & firmari rogavit, ſignum Egilberti, Egisberti, Geroldi. Ego Paternianus ſcripſi.

CCCCXC.

CCCCXC.

Donatio Gramanni in eadem villa.

In Chriſti nomine ſub die VIII kalendas Martii, anno tertio regni domini noſtri Karoli regis glorioſi, ego Graamannus pro remedio animæ meæ dono ad ſanctum Dei martyrem Nazarium &c. in *Walahaſtat* de terra araturia jurnal. jj, ut ad ipſum locum ſanctum omni tempore proficiat in augmentis ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio *Laureſham*. Signum Gramanni, qui hanc donationem fieri & firmari rogavit, Erneſtonis, Bernhardi. Ego Samuel ſcripſi. 22. Febr.

CCCCXCI.

Donatio Reginbodonis in eadem villa.

Anno quarto regni ejusdem glorioſi principis ego Reginbodo dono ad ſanctum Dei martyrem Nazarium &c. in *Walahaſtat* j manſum & de terra araturia xxx jurnal. & ad ſtirpandum ſimiliter, & mancipia jj, Thietram, Deganhart. Iſti ſunt teſtes, Hadebertus, Roholfus, Meginhardus, Megingoz, Immo, Wago, Altbertus.

CCCCXCII.

Donatio Juncmanni.

In eadem villa Juncmann dedit j manſum pro remedio animæ Eginonis congregata manu fratris ſui Adalmanni & Irmintrudis. Teſtis Rutbodo, Habertus & reliqui, ut ſupra.

CCCCXCIII.

Donatio Geroldi.

Eodem etiam tempore Geroldus tradidit ad ſanctum Nazarium, qui requieſcit in corpore in monaſterio Laureſham,

ubi vir venerabilis Gundelandus abba præeſſe videtur, XL jurnal. de terra araturia in *Walahaſtat*. Teſtes Wegenlenzo, Gerolf, Engilbertus, Gerhoh, Engildanz, Albolf, Reginold, Wigger.

CCCCXCIV.

Donatio Lamtberti in eadem villa, Karolo rege, Gundelando abbate.

Ego Lambertus dono pro remedio animæ germani mei Agisberti & conjugis ejus Angildrudis rem eorum, quam ipſi mihi tradiderunt manu poteſtativa, ut traderem ad ſanctum Dei martyrem Nazarium &c. donatosque eſſe volo xvj jurnal. de terra araturia in *Walahaſtat*, & j mancipium nomine Heroldum, a die præſente in Dei nomine perpetualiter ad poſſidendum, ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio *Laures-*
28. April. *ham* IIII kalendas Maji, anno quinto regni domini noſtri Karoli regis glorioſi. Signum Lamberti, qui hanc donationem fecit, ſignum Bernoini, Williheri, Eigilberti, Egisberti, Trutbaldi, Egisberti, Rutwini. Ego Harilandus ſcripſi.

CCCCXCV.

Donatio Lonberti.

Eodem anno ego Lonbertus dono manu poteſtativa pro animæ germani mei Agisberti & uxoris ejus Angilradæ ad ſanctum Dei martyrem Nazarium &c. vj jurnal. de terra arabili in *Walahaſtat* & ſeruum unum nomine Erluſum transfundo a præſenti die in Dei nomine perpetualiter ad poſſidendum, ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio *Lauresham* idus Ju-
15. Jul. lii, tempore quo ſupra. Signum Lonberti, qui hanc donationem fecit, ſignum Agisberti, Thrutbaldi, Balduini, Birichonis, Walamari, Rubonis. Ego Samuel ſcripſi.

CCCCXCVI.

CCCCXCVI.

Donatio Wigberti in eadem villa.

In Chriſti nomine ſub die III kalendas Octobr. anno VI regni domini noſtri Karoli regis glorioſi, ego Wibbertus pro remedio animæ meæ dono ad ſanctum Dei martyrem N. &c. quidquid mihi genitrix mea nomine Landrat tradidit, hoc eſt, unum manſum & in ipſo j curtim & ſcuriam deſuper cum pomario, & alios manſos iij, in quibus ſerui mei manent, cum ipſis mancipiis meis, quorum nomina hæc, Nantheri & conjux ſua Frenkin, & filia ſua Aba, Wolfram & conjux ſua Liudila, Rodbirg filia ſua, & Suabin, Albuuin, Amaldrud, cum omni integra re eorum &c. Actum in monaſterio *Laureſham*, die & tempore quo ſupra. Signum Wilberti, qui hanc donationem fieri & firmari rogavit, ſignum Witheri, Asciuri, Hucberti, Egisberti, Erkenfridi, Babonis. Ego Hornungus ſcripſi. 29. Sept.

CCCCXCVII.

Venditio Motheri & Ruthardi.

Manifeſtum eſt nos vendidiſſe, me videlicet Motherum & Crathardum, domino Gundelando abbati res juris noſtri in *Walahaſtat*, vel in ejus marca, quæ fuerunt Wigradanæ, & nobis legibus obvenit, hoc eſt, curtis cum ſuperpoſitis ædificiis, campis, pratis, paſcuis, ſilvis, aquis, exitibus & reditibus, arboribus pomiferis & inpomiferis, cum omnibus adjacentiis ſuis, vendidimus atque transfundimus de jure noſtro in jus veſtrum & ſancti Nazarii, ut habeatis in omnibus de ipſis rebus quidquid facere volueritis, liberam ac firmiſſimam poteſtatem, unde accepimus a vobis in pretio rerum noſtrarum, ſicut nobis complacuit, libras jjjj, uncias vjj, ſtipulatione ſubnixa. Signum Motheri, qui hanc venditionem fecit.

8. Mart. cit. Actum in monaſterio *Laureſham*, VIII idus Martii, anno VII regni domini noſtri Karoli regis glorioſi. Signum Rotoldi, Beinhardi, Oddacri, Heidrici. Ego Richbodo ſcripſi.

CCCCXCVIII.

Donatio Dudonis in eadem villa.

Anno VIIII regni domini noſtri Karoli regis glorioſi primi, ego Dudo dono pro anima Teudranæ, quod ipſa & vir ejus Rutbertus mihi tradiderunt manu poteſtativa &c. hoc eſt, in villa, quæ dicitur *Walahaſtat*, & *Sigiricheſheim* manſos iiii & dimidium, vel quidquid ad ipſos manſos legibus aſpicere videtur, tam manſis, campis, pratis, paſcuis, perviis, ſiluis, aquis, aquarumque decurſibus, caſis, caſalibus, ſcuriis, terra culta & inculta, omnia & ex omnibus, & mancipiorum meorum medietatem, exceptis tribus caſis, reliqua omnia, ſicut mihi ipſi tradiderunt, qui poteſtatem per legem habuerunt, a die præſente de jure meo in jus & dominium ſancti Nazarii dono, trado atque transfundo in Dei nomine perpetualiter ad poſſidendum ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio *Lau-*
23. Jan. *reſham* X kalendas Febr. Signum Dudonis, qui hanc donationem fieri & firmari rogavit, ſignum Rutberti, Trutbaldi, ſignum Lonberti, Egisberti, Egilberti, Geroldi, Heriberti, Bernuini, Berinhardi. Ego Grimarius ſcripſi.

CCCCXCIX.

Donatio Egisberti in eadem villa.

10. Jul. In Chriſti nomine ſub die VI idus Julii anno VIIII magni principis præmemorati ego Egisbertus & uxor mea Engilrad donamus pariter pro animabus noſtris & filiæ noſtræ ad ſanctum martyrem Dei Nazarium &c. hoc eſt, unum pratum in *Walahaſtat*, ita, ut ab hac die ad ipſum locum ſanctum omni tem-

tempore proficiat in augmentum ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio *Laureſham* ſub die & tempore quo ſupra. Signum Egisberti, qui hanc donationem fieri & firmari rogavit, ſignum Balduini, Reginbodonis, Roholfi præsbiteri, Gramanni, Alamanni. Ego Grimarius ſcripſi.

D.

Donatio Sigeberti in eadem villa.

Ego Sigebertus & conjux mea Eberhilt, pro Dei intuitu, vel pro animæ noſtræ remedio per hanc cartulam donationis ſive teſtamentum donamus pariter ad ſanctum Dei martyrem Nazarium &c. hoc eſt, rem noſtram in *Walahaſtat*, quidquid ibi habere viſi fuimus &c. Actum in monaſterio *Laureſham* II idus Junii, anno XII regni domini noſtri Karoli regis gloriosi. Signum Sigeberti & conjugis ejus Eberhildis, qui hanc donationem fieri & firmari rogaverunt, ſignum Egisberti, Engilberti, Egilberti, Wicberti. Ego Rudolfus ſcripſi & ſubſcripſi. 12. Jun.

DI.

Donatio Chriſtianae in eadem villa.

In Dei nomine ego Chriſtiana pro remedio animæ meæ & mariti mei Baldolfi, ut veniam mereamur peccatorum noſtrorum, per hanc cartulam donationis dono ad ſanctum Dei martyrem Nazarium &c. quidquid in duabus villis, quæ dicuntur *Walahaſtat*, habere viſa fui &c. Si quis vero, quod futurum eſſe non credo, usque auri uncias jj, argenti pondera jjjj multa ſuſtineat, & donatio iſta omni tempore firma & ſtabilis permaneat ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio *Laureſham* idus Decemb. anno XIII regni domini noſtri Karoli regis. Signum Chriſtianæ, quæ hanc donationem fieri & firmari rogavit. Ego Grimarius ſcripſi. 15. Dec.

DII.

Donatio Richgozonis in eadem villa.

Ego Richgauz pro remedio animæ meæ ſeu pro æterna retributione, ut veniam merear de peccatis meis, per hanc cartam donationis dono ad ſanctum Dei martyrem Nazarium &c. in *Walahaſtat* j curtile, & vj jurnal. de terra araturia, & quidquid ibi viſus fui habere, ſimiliter & in *Sigiriheshеim*, tam manſis, campis, pratis, paſcuis, perviis, ſiluis, vineis, domibus, ædificiis, acolis, mancipiis, terra culta & inculta, omnia & ex omnibus, tum de paterno quam materno, ſeu aliunde conquiſito, cum omni integritate a die præſente trado de jure meo & transfundo in jus & dominium ſancti N. in Dei nomine perpetualiter ad poſſidendum ſtipulatione ſubnixa.
6. Mart. Actum in monaſterio *Laureſham* II non. Martii, anno XIIII regni domini noſtri Karoli regis glorioſi. Signum Richgoz, qui hanc donationem fieri & firmari rogavit, ſignum Geroldi, Regilonis, Gislini, Richeri, Alamanni, Angilmanni. Ego Grimarius ſcripſi.

DIII.

Donatio Rudolfi in eadem villa.

In Chriſti nomine ego Rudolfus pro anima Rinoldi, quod ipſe Rinoldus presbiter & germanus ejus Sikko, dono ad ſanctum Dei martyrem Nazarium &c. in Lobodoninſe, in *Walahaſtat* vjj jurnal. de terra araturia perpetualiter ad poſſidendum ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio *Laureſham* kalen-
1. Mart. das Martii anno XIIII regni domini noſtri Karoli regis glorioſi. Signum Rudolfi, qui hanc donationem fieri & firmari rogavit, ſignum Hiltigeri, Wigberti, Egilberti, Egisberti, Heſtingonis, Egolfi. Ego Grimarius ſcripſi.

DIV.

Donatio Lamberti.

Ego Lambertus pro anima Ekkehardi dono ad ſanctum Dei martyrem Nazarium &c. in Lobodoninſi, in *Walahaſtat* jj jurnal. de terra arabili a die præſente de jure meo in jus & dominium ſancti Nazarii transfundo, in Dei nomine perpetualiter ad poſſidendum, ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio *Laureſham* VIII idus Januarii, anno XV regni domini 8. Jan. noſtri Karoli glorioſi regis. Signum Lamberti, qui hanc donationem fecit. Ego Rudolfus rogatus ſcripſi hanc donat. & ſubſcripſi.

DV.

Donatio Ratleib & Egisberti.

In Chriſti nomine ſub die V idus Julii anno XX regni domini 11. Jul. noſtri Karoli glorioſi regis, nos Ratleib & Egisbertus pari devotione donamus pro anima Brunichonis ad ſanctum Dei martyrem Nazarium &c. hæc ſunt res, quas donamus in pago Lobodoninſe, in villa vel marcha, quæ dicitur *Walahaſtat ſuperior*, unum manſum cum ædificio, ubi Erpuuinus manet, cui ſubjungitur de uno latere ratio ſancti Sulpitii, & de alio ſimiliter, de utraque fronte ſtrata publica, tam terris, campis, pratis, paſcuis, perviis, ſiluis, domibus, ædificiis, mancipiis, Herpuuino & uxore ejus Udillint, cum infantibus Ascuuino, Otuuino & Serpuuino & Ratlinda. Similiter in *Hillinbach* terras & vineas. Similiter in *Auolfesheim* prata in tribus locis. Item in *Frenſeheim* j manſum cum ædificio ſuperpoſito. Item in *Spirenſi* in *Fridolfesheim* j manſum & j vineam, item in *Wacchenheim* j manſum, item in *Bettenberge* manſum j, item in *Carlabach* j manſum, & unam vineam & alias jj petiolas, ſimiliter in *Iſenburg* j manſum tenentem pedes xxxvj, & quidquid in jam dictis locis habere viſus fuit ſupra

pra dictus Brunicho, tam terris, campis, pratis, paſcuis, perviis, ſilvis, vineis, domibus, ædificiis, acolis, mancipiis, his nominibus: Fartman, Willmant, Frehild, Luithilt, cum aliis vj, terra culta & inculta, rebus mobilibus & immobilibus, quidquid dici vel denominari poteſt, in utroque ſexu majore, vel minore, omnia & ex omnibus, a die præſente de jure noſtro in jus & dominium ſancti Nazarii donamus, tradimus atque transfundimus in Dei nomine perpetualiter ad poſſidendum, ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio *Lauresh				am*, ſub die & tempore, quo ſupra. Signum Ratleibi & Egisberti, qui hanc donationem fieri & firmari rogaverunt, ſignum Rutgeri, Leidradi, Erkenberti, Nithardi, Ruthardi, Stauheri, Regilonis, Weniberti, Hadubaldi, Reginbodonis, Egilolfi, Wigberti, Sigihelmi, Racheri, Winimanni præsbiteri, Beinhardi, Adalonis. Ego Rudolfus ſcripſi.

DVI.

Donatio Othmari in eadem villa.

Ego in Dei nomine Aotmar pro anima germani mei Reginberti, quod mihi tradidit manu poteſtativa, dono ad ſanctum Dei martyrem Nazarium &c. in pago Lobodon. in *Walahaſtat* & in *Sigiricheshei				m*, in *Ulvinisheim* & in *Ciloluesheim*, quantumcumque viſus fuit habere, medietatem ex omnibus, tam manſis, campis, paſcuis, pratis, perviis, ſiluis, aquis, aquarumve decurſibus, a die præſente trado atque transfundo in dominium ſancti Nazarii, ita, ut ab hac die & deinceps ad ipſum ſanctum locum proficiat in augmentum ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio *Laurs				ham* ſub die VIII ka-
25. Jul. lendas Auguſti, anno XXIII regni domini noſtri Karoli imperatoris glorioſiſſimi. Signum Otmari, qui hanc donationem fieri & firmari rogavit, ſignum Engilwani, Bicconis. Ego Reginbertus monachus & diaconus ſcripſi.

DVII.

DVII.

Donatio Rutberti in eadem villa.

Ego Rutbertus vendidi rem meam in *Walahaſtat* venerabili patri Richbodoni & fratribus de ſancto Nazario, qui requieſcit in monaſterio Laureſham, & hoc eſt, quod vendidi, manſum j, & accepi pro eo libram j argenti, & ita eundem manſum ad ſanctum Nazarium tradidi, in Dei nomine perpetualiter ad poſſidendum, ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio *Laureſham* X kalendas Octobris, anno XXXV regni 22. Sept.
domini noſtri Karoli regis glorioſi. Signum Rutberti, qui hanc venditionem fecit & firmari rogavit, ſignum Leidradi, Bicconis, Willonis, Racheri, Rutfolchi, Nantheri, Nendrici, Libolfi, Ekkerici, Waltrici. Ego Reginbertus ſcripſi.

DVIII.

Donatio Werdoldi in eadem villa.

Eodem anno ego Werdold vendidi ejusdem fratribus de monaſterio ſancti Nazarii in eodem pago, & ipſa villa *Walahaſtat*, rem meam, unum videlicet manſum cum omni ædificio ſuperpoſito, & xvjj jurnal. de terra araturia, & mancipia his nominibus, Liobhilt & filii ejus, Ratger & Erwin & Hadeger, vel quidquid ibidem habui, tam campis, ſiluis, paſcuis, perviis, omnia & ex omnibus, & accepi ab ipſis fratribus pro meis rebus xjjjj uncias argenti & j tunicam de ſerico & j ſpatam de cetero ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio *Laureſham* idus Junii, tempore quo ſupra. Signum 13. Jun.
Weroldi, qui hanc donationem fecit, ſignum Leidradi & aliorum, ut ſupra.

DIX.

Donatio Ratolſi in eadem villa.

In Dei nomine ego Ratolf & conjux mea donamus ad ſanctum Dei martyrem Nazarium &c. in *Walahaſtat* xv jurnal. de terra araturia & de prato ad vj carradas feni, & quidquid habuimus a die præſente transfundimus de jure noſtro in jus ſancti N. perpetualiter ad poſſidendum, ſtipulatione ſubnixa.
27. Febr. Actum in monaſterio *Lauresham* III kalendas Martii, anno XXXVII regni domini noſtri Karoli glorioſi imperatoris. Signum Ratolſi & conjugis ejus, qui hanc donationem fecerunt. Signum Beruuardi, Nanthardi, Ékkihardi, Willonis, Racheri, Leidradi, Rathadi, Ratoldi. Ego Reginbertus rogatus ſcripſi.

DX.

Donatio Norberti.

Ego in Dei nomine Nortbertus pro remedio *animæ meæ* & conjugis meæ Angilſuindæ dono ad ſanctum Chriſti martyrem Nazarium &c. quidquid in *Walahaſtat* habere viſus fui, tam manſis, campis, pratis, paſcuis, pervlis, omnia & ex omnibus, de jure meo in jus & dominium ſancti N. trado atque transfundo in Dei nomine perpetualiter ad poſſidendum ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio *Lauresham* II kalendas Septemb.
37. Aug. anno XLIIII regni domini noſtri Karoli regis glorioſi. Signum Norberti, qui hanc donationem fieri & firmari rogavit, ſigmum Eberhardi, Erkanberti, Grinfridi, Rutuuini, Wolfheri, Erinberti, Spilinhardi, Willonis, Hariuuardi, Rucheri. Ego Altuuinus ſcripſi.

DXI.

DXI.

Donatio Ekkihardi in eadem villa, Ludowico imperatore Adalungo abbate.

In Chriſti nomine ſub die kalendas Aprilis, anno II regni domini noſtri Ludowici glorioſiſſimi imperatoris, ego Ekkihart pro Dei intuitu, vel pro animæ meæ remedio & Heilſuindæ dono ad ſanctum Dei martyrem Nazarium &c. in *Walahaſtat* j pratum ad jjj carradas feni, quod mihi tradidit Heilſuint manu poteſtativa, ut traderem illud ad ſanctum N. quod & feci, in Dei nomine perpetualiter ad poſſidendum ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio *Lauresham* die & tempore quo ſupra. Signum Eggihardi, qui hanc donationem fieri & firmari rogavit, ſignum Gumberti, Helingeri, Mutolfi, Meginhardi, Reginhardi, Wanberti, Meginbaldi, Nanthardi, Lioboldi, Heimonis, Hiltdimanni, Reginbaldi, Waltheri. Ego Aluuinus rogatus ſcripſi. 1. Apr.

DXII.

Donatio Rudingi in Walahaſtat.

Ego in Dei nomine Rudingus pro remedio animæ meæ dono ad ſanctum Dei martyrem Nazarium &c. manſum j in *Uualahaſtat*, & in *Uluinisheim* jurnal. xxj, & in *Doſſenheim* vineas in quinque locis ad jj carradas vini, mancipia Rudolfum, Gerbertum, Mathlindam, Wolfheidam, a die præſente trado in Dei nomine perpetualiter ad poſſidendum ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio *Lauresham* XV kalendas Novembr. anno IIII regni domini noſtri Ludowici imperatoris. 18. Oct.
Signum Rudingi, qui hanc donationem fieri & firmari rogavit, ſignum Wittegobonis, Suburenzonis, Sigeuuini, Warmanni, Aſcrici, Harifridi, Erleuuini, Heriberti. Ego Altuuinus ſcripſi.

DXIII.

Donatio Engilhardi.

Anno XI regni domini noſtri Ludowici glorioſi imperatoris nos in Dei nomine Engilhart & Burchart donamus pariter pro remedio animæ Berthdadi, qui ipſe nobis tradidit proprietatis ſuæ manu poteſtativa, ad ſanctum Dei martyrem Nazarium &c. j manſum in *Walahaſtat*, & vjjj jurnal. de prato ad quinque carradas feni, & in *Cilolfesheim* jurnal. duos, & in *Doſſenheim* vineam j a die præſente donamus, tradimus atque transfundimus in Dei nomine perpetualiter ad poſſidendum ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio *Laureshams* III
13. Mart. idus Martii. Signum Engilhardi & Burchardi, qui hanc donationem fieri & firmari rogaverunt, ſignum Engilberti & Wicberti, Bleinungi, Berolfi, Meginhardi. Ego Altuuinus ſcripſi.

DXIV.

Donatio Reginhardi & Engilfridi in eadem villa.

Nos in Dei nomine Reginhart & Engilfridi, pro remedio animæ noſtræ donamus pariter ad ſanctum Chriſti martyrem N. &c. j manſum in *Walahaſtat*, & vjjjj jurnales & prata ad carradas jj feni & pomarium j, & quidquid in ipſa marca viſi fuimus, a die præſente donamus, tradimus atque in Dei nomine perpetualiter ad poſſidendum ſtipulatione ſubnixa.
13. Jun. Actum in monaſterio *Laureshams* idus Junii anno XVI regni domini noſtri Ludowici imperatoris. Signum Reginhardi & Engilfridi, qui hanc donationem fieri & firmari rogavit, ſignum Werinbaldi, Engilhardi, Rutberti, Adalonis, Adalmari, Eberhelmi, Wacberti, Nagalhardi, Trutbaldi. Ego Altuuinus ſcripſi.

DXV.

DXV.

Donatio Bubonis in eadem villa.

Ego Bubo dono ad ſanctum N. &c. in *Walahaſtat* j aream & xxx jurnales ſtipulatione ſubnixa. Actum *Lauriſſae* XII kalendas Octob. anno XXVII regni domini Ludowici. Signum 20. Oct. Bubonis, qui hanc donationem fecit, ſignum Dietberti, Erkenberti, Egisheri. Reginbaldus ſcripſit.

DXVI.

Donatio Frauhildis in Vitenheim.

Anno XV regni domini noſtri Pippini regis ego in Dei nomine Frauhildis pro Dei intuitu, vel pro animæ meæ remedio, ſeu pro æterna retributione, ut veniam de peccatis meis apud Deum adipiſci merear, per hanc kartulam donationis ſive teſtamentum dono a die præſente ad ſacratiſſimum Dei martyrem Nazarium &c. rem meam in pago Lobodunenſi, in *Vitenheim*, tertiam partem de uno molino & duos ſervos, Walacmarum & Reginbaldum, ad integrum de jure meo in jus & dominium ſancti Nazarii dono, trado atque transfundo perpetualiter ad poſſidendum, ita, ut ab hac die habeatis jure tenendi, habendi, donandi atque poſſidendi, comutandi, vel quidquid exinde facere pro utilitate ejusdem monaſterii volueritis, liberam ac firmiſſimam in omnibus habeatis poteſtatem. Si quis vero, quod futurum eſſe minime credo, ſi ego ipſe aut ullus de heredibus vel proheredibus, ſeu quislibet ex oppoſitis perſonis, qui contra hanc donationem a me factam venire temptaverit, aut eam infringere vel inmutare voluerit, quia nulli maledicere volo, caveat unusquisque, ne pro tam nefario auſu iram Dei omnipotentis & ſancti Nazarii incurrat, & inſuper inferat una cum cogente fiſco auri libram j, argenti pondera jj multa ſuſtineat, & quod repetit evendicare non va-

 leat.

leat. Actum in loco publico, qui vocatur *Laureſham*, ſtipula-
14. Nov. tione ſubnixa, IIII decimo kalendas Decemb. Signum Fraunhildis, quæ hanc donationem fieri & firmari rogavit. Wigl-
larius ſcripſit.

DXVII.

Donatio Dudonis in eadem villa.

3. Maj. In Chriſti nomine ſub die V non. Maji anno II regni domini noſtri glorioſiſſimi Karoli regis, ego Dudo & conjux mea Magindruth pro remedio animæ noſtræ donamus ad ſanctum Dei martyrem Nazarium &c. xjj jurnal. in *Vitenheim* de terra arabili, a die præſente, ut deinceps ad ipſum locum ſanctum proficiat in augmentis ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio *Laureſham* die & tempore quo ſupra. Signum Dudonis & Magindrudis, qui hanc donationem fieri & firmari rogaverunt, ſignum Leidradi, Racheri, Erimberti, Mahdhelmi, Udonis, Hucberti, Geroldi. Samuel ſcripſit.

DXVIII.

Donatio Geroldi & Balduuini in eadem villa.

Anno V regni ejusdem principis ego Geroldus & Balduinus donamus ad ſanctum Dei martyrem Nazarium, qui requieſcit in corpore in monaſterio Laureſham, donatumque eſſe volumus, quod nobis Duden tradidit manu poteſtativa, ut traderemus ad jam dictum martyrem, & hoc eſt, quod de jure noſtro in jus & dominium ſancti N. transfundimus, xxx jurnal. de terra araturia in Dei nomine perpetualiter ad poſſidendum ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio *Laures-*
1. Sept. *ham* kalendas Septemb. Sig. Geroldi & Balduini, qui hanc donationem fieri & firmari rogavit, ſignum Svarzlohi, Rutgeri, Dudonis, Ramberti, Bennonis, Waniberti, Gernandi. Ego Samuel ſcripſi.

DXIX.

DXIX.
Donatio Walmari in eadem villa.

In Chriſti nomine ego Walamar dono pro remedio animæ meæ ad ſanctum Dei martyrem Nazarium &c. j jurnal. in *Videnheim* & in *Mannenheim* j pratum ad carradas jjj feni, a die præſente, ut deinceps ad ipſum locum ſanctum omni tempore proficiat in augmentis ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio *Laureſham* menſe Auguſto, anno VI regni domini noſtri Karoli regis magni. Sig. Walmari, qui hanc don. fecit, ſignum Engilberti, Williberti, Bubonis, Bernuini, Hartradi, Erkanfridi, Geroldi. Ego Samuel ſcripſi.

DXX.
Donatio Dudonis & Weniberti.

Anno VII regni domini noſtri Karoli regis glorioſi ego Duto & Wenibertus donamus pro animæ remedio Eberhardi ad ſanctum Dei martyrem Nazarium &c. in *Vitenheim* duos jurnal. de terra arabili & j pratum, ut a die præſente ad ipſum ſanctum locum omni tempore proficiat in augmentis ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio *Laureſham* V idus Novembr. tempore quo ſupra. Signum Dudonis & Weniberti, qui hanc donationem fieri & firmari rogaverunt, ſignum Ruduini, Hucberti, Geroldi, Eberuini, Erkanfridi, item Ruduini. Ego Heriradus ſcripſi. 9. Nov.

DXXI.
Donatio Garomanni & Ruthardi in eadem villa.

In Chriſti nomine ego Garomannus & Ruthardus germanus meus donamus pariter pro remedio patris noſtri animæ Herimanni ad ſanctum Dei martyrem Nazarium &c. quod ipſe

pater

pater noſter nobis tradidit manu poteſtativa, j manſum in *Vitenheim* & jjj jurnal. de terra arabili, & in *Dornheim* jjj jurnal. & quidquid ad eos pertinere videtur, campis, pratis, paſcuis, perviis, aquis, aquarumve decurſibus, a die præſenti tradimus atque transfundimus, ita, ut habeatis poteſtatem facere de ipſis rebus, quidquid pro utilitate monaſterii veſtri vobis placuit. Si quis vero, quod futurum eſſe non credo, &c.
23. Febr. Actum in monaſterio *Lauresham* VII kalendas Martii, anno VIII regni domini noſtri Karoli. Signum Garomanni & Ruthardi, qui hanc donationis kartulam fieri & firmari rogavit, ſignum Eggioldi, Walmari, Hartdradi, Wolfgrimi, Balduini. Ego Grimarius ſcripſi.

DXXII.

Donatio Dudonis in eadem villa.

Ego in Dei nomine pro anima filii mei Heriberti Dudo dono ad ſanctum martyrem Nazarium &c. hoc eſt, rem meam in pago Lobod. in *Vitenheim* jj jurnal. de terra araturia, ut a die præſente ad ipſum locum ſanctum omni tempore proficiat in augmentis, ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio *Lau-*
24. Oct. *resham* VIIII kalendas Novemb. anno X regni domini noſtri Karoli regis. Signum Dudonis, qui hanc donationem fieri & firmari rogavit. Ego Grimarius ſcripſi.

DXXIII.

Donatio Egilberti in eadem villa.

Anno XIIII regni domini noſtri Karoli regis glorioſiſſimi, II
28. Febr. kalendas Martii ego Egilbertus dono pro anima Berthradæ ad ſanctum martyrem Chriſti Nazarium, qui requieſcit in monaſterio Lauresham, ubi vir venerabilis Helmericus abba præeſſe videtur, donatumque in perpetuum eſſe volo in *Vitenheim*

heim prati duas partes in duobus locis ſitas ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio *Lauresham*. Signum Egilberti, qui hanc donationem fieri & firmari rogavit, ſignum Rutberti, Bernuini, Egisberti, Mahdoldi, Bennonis. Ego Tuſolfus recognovi & ſcripſi hujus donationis kartulam.

DXXIV.

Donatio Hunſtrudi in Vitenheim.

Eodem anno ego Hunſtrud pro remedio animæ meæ ſeu pro æterna retributione dono ad ſanctum Dei martyrem Nazarium &c. rem meam in pago Lobodonenſi, in *Vitenheim*, quidquid genitrix mea mihi reliquit, excepto j Warido, alia omnia tam manſis, campis, pratis, paſcuis, perviis, ſiluis, omnia & ex omnibus transfundo in Dei nomine perpetualiter ad poſſidendum &c. Actum in monaſterio *Lauresham* non. Martii, anno quo ſupra. Signum Hunſtrudis, qui hanc donationem fieri & firmari rogavit. Tuſoldius ſcripſi. 7. Mart.

DXXV.

Donatio Beinhardi in eadem villa.

In Chriſti nomine ſub die II non. Januar. anno XXIII regni domini noſtri Karoli glorioſi regis ego Beinhardus dono ad ſanctum Dei martyrem Nazarium &c. rem meam in *Vitenheim* & in *Ulvinisheim*, & in *Sikkenheim*, j manſum cum omni ædificio ſuperpoſito, & quidquid in locis ſupradictis habere viſus fui, terris, campis, pratis, paſcuis, perviis, ſiluis, aquis, aquarumve decurſibus, omnia & ex omnibus trado in Dei nomine perpetualiter ad poſſidendum ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio *Lauresham*, die & tempore quo ſupra. Signum Beinhardi, qui hanc donationem fieri & firmari rogavit, ſignum Hucberti, Witheri, Hunberti, Ruberti, Egis- 6. Jan.

berti, Irminoldi, Regilonis, Othmari, Odonis, Teotfridi, Hiltifridi, Gozberti, Eruuini, Werhheri, Wuluingi, Richgeri, Alboldi, Ratberti. Ego Rudolfus ſcripſi.

DXXVI.

Donatio Ermenoldi.

Ego in Dei nomine Ermenold & conjux mea Frichunt donamus ad ſanctum martyrem Chriſti Nazarium &c. quidquid ego & Ermenoldus ei in dotis titulum contradidimus, id eſt, xxv jurnal. de terra arabili, & pratum j, ex quo poſſunt colligi jjj carradæ feni, & jjjj mancipia, Biliſuuindam, Altmannum, Wolfſuindam, Badanolfum &c. Actum in monaſterio *Laureſham* VII kalendas Martii anno XXIII regni domini noſtri Karoli regis glorioſi. Signum Ermenoldi & Frichundis, qui hanc donationem fieri & firmari rogaverunt. Ego Rudolfus ſcripſi.

23. Febr.

DXXVII.

Donatio Bubonis & Wolfhardi.

Nos in Dei nomine Bubo & Wolfhart pro remedio animæ Reginſuindis, quod ipſa nobis tradidit manu poteſtativa donamus ad ſanctum Dei martyrem Nazarium &c. in *Vitenheim* v jurnal. de terra arabili, a die præſenti tradimus atque transfundimus in Dei nomine perpetualiter ad poſſidendum ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio *Laureſham* kalendas Junii, anno XXVIIII regni domini noſtri Karoli regis. Signum Bubonis & Wolfhardi, qui hanc donationem fieri & firmari rogaverunt, ſignum Bennonis, Starkeri. Ego Reginbertus ſcripſi.

1. Jun.

DXXVIII.

DXXVIII.

Donatio Mahtgiſi in eadem villa.

Ego in Dei nomine Mathgis dono ad ſanctum Dei martyrem Nazarium &c. in *Vitenheim*, quidquid habeo cum omni laboratu meo a die præſente in Dei nomine perpetualiter ad poſſidendum ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio *Laureſham* V non. Maji, anno XXXI regni domini noſtri Karoli 3. Maj.
regis. Signum Mathgiſi, qui hanc donationem fieri & firmari rogavit, ſignum Heilradi, Heribaldi, Drutbaldi, Rudingi, Werinbaldi. Ego Reginbertus ſcripſi.

DXXIX.

Donatio Gozberti, in eadem villa.

Si aliquid de rebus noſtris locis ſanctorum vel in ſuſtentationem pauperum conferimus, hoc nobis procul dubio in æterna beatitudine retribui a Domino confidimus. Idcirco ego Gozbertus pro anima mea & fratris mei Hiltdigeri, dono ad ſanctum Dei martyrem Nazarium &c. pratum unum in *Vitenheim*, a die præſenti, ut deinceps ad ipſum locum ſanctum omni tempore proficiat in augmentis ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio *Laureſham* idus Septemb. anno XXXVI 13. Sept.
Domini noſtri Karoli regis. Signum Gozberti, qui hanc donationem fieri & firmari rogavit, ſignum Ratoldi, Leidradi, Theotfridi, Bericheri. Ego Reginbertus ſcripſi.

DXXX.

Donatio Brunichonis.

Anno ab incarnatione Domini octingenteſimo LI, regni vero 12. Jun.
Ludowici XI, ſub die II idus Junii, nos Brunicho & Wenibertus pro remedio animæ Odonis donamus ad ſanctum Dei

martyrem Nazarium &c. rem, quam præfatus Odan nobis contradidit, ut ad ſanctum Nazarium traderemus, id eſt, quidquid ipſe habuit in *Vitenheim* proprietatis, terris, campis, pratis, paſcuis, perviis, ſiluis, aquis, aquarumve decurſibus, quidquid denominari vel dici poteſt totum a die præſente de jure noſtro in jus & dominium ſancti Nazarii tradimus &c. Actum in monaſterio *Laureſham* die & tempore quo ſupra. Signum Brunichonis & Weniberti, qui hanc donationem fieri & firmari rogaverunt, ſignum Raffoldi, Iſanhardi, Eberhelmi, Ratoldi, Rihrammi, Herimanni, Suarzlahi, Adalhardi, Rudolfi Ego Tiotrochus ſcripſi.

DXXXI.

Donatio Rihgardis in eadem villa.

Ego in Dei nomine Rihgart dono ad ſanctum martyrem *Chriſti* Nazarium &c. j manſum in *Vitenheim* & jurnal. v a die præſenti dono, trado atque transfundo &c. *Actum Laureſham.* Signum Rihgardæ, quæ hanc donationem fieri & firmari rogavit, ſignum Gebehardi, Sigeberti, Wegelenzonis, Eberhelmi, Udalberti, Randungi. Altuuinus monachus ſcripſi.

DXXXII.

Donatio Geroldi in Vitenheim.

Geroldus & uxor ejus Idiburga tradiderunt proprietatem ſuam, quæ eſt ad *Vitenheim* & *Hedeneſheim*, in manum Grimoldi, Sigeuuini, Druanti & Beruuardi, ea videlicet ratione, ut ſi ambo deſiderent, ad manus eorum reddatur, & quicunque illorum ſuperſtes vivendo alteri fuerit, ad manus ejus non reddatur, ſed uterque illorum quamdiu vivat, cum omni integritate teneat, & ſi illis Deus filium dederit, offeratur Domino & ſancto Petro ad Wormaciam, ut clericus fiat,

&

& ſi in Dei ſervitio permanere voluerit, poſt diſſceſſum utriusque eandem proprietatem diebus vitæ ſuæ teneat, poſt obitum vero ipſius *Vitenheim* in jus fratrum Domino ſanctoque Petro ſervientium reddatur, *Hedenesheim* autem monachis Lauresham Deo famulantibus ſanctoque Nazario in elemoſinam ipſius Geroldi & uxoris ejus Idibirgæ & CUNRADI COMITIS & parentum eorum in perpetuum concedatur uſum, & ſi illis filius non fuerit, Idiburg diebus vitæ ſuæ præfatam proprietatem teneat, & ſi quando illa obirit, ceu ſupra diximus, in jus prædictorum tradatur fratrum, & ſi ullus epiſcopus aut abbas ex ſtipendiis prædictorum fratrum tollere & in beneficium dare aut ſibi habere voluerit, proximi heredes ſui de eccleſia tollere habeant poteſtatem ea ratione, ut annis ſingulis in anniverſario illorum fratribus utriusque monaſterii, ſcilicet tam de ſancto Petro, quam de ſancto Nazario detur dimidius modius excuſſæ farinæ, frisginga, jj de vino ſitulæ, v de cerviſa, ſimiliter pauperibus in elemoſinam de pane modius j, de cerviſa ſitulæ x, & de leguminibus maltrum j ſive bachonem. Poſt obitum vero Geroldi Grimoldus advocatus ſancti Petri & Hugizo advocatus ſancti Nazarii contraxerunt ſuum teſtimonium in publico mallo apud *Lobedenburg*, in præſentia CUNRADI COMITIS, & Rihgowonis epiſcopi Wormacien. & Ebergiſi abbatis Lauresh. & epiſcopi Mindonenſis, ac judicum. Iſti ſunt teſtes, qui ipſam donationem illic juraverunt, Manno, Rudfolc, Werinbrath, Wignant, Dietbalt, Liutfrit. Nomina teſtium, qui in eodem publico mallo hoc viderunt & audierunt, BURCHART COMES, Jrphinc, Didolt, Woltbrath, item Woltberth, Sigewin, Sigebodo, Adalbrath, Hugizo, Ratbodo, Guntheri, Folcmar, Brunicho, Volrat, Gerhart, Einhart, Thancmar, Ecbrath, Franco, Bertolt, Reginbrath, Gerlach, Embricho, Erlewin, Gerhart, Adalrath, Wiſerich, Norbrat, Giſelheri, Bernhoh, Coppo, Sigebart, Engilbald, Hartmann, Cadalach, Meginhart, Rihhart,

hart, Adelbrath, Gerhoh, Willihelm, Voltbrath, Humbrat, Gerbrath. Poſtmortem vero Rihgowonis epiſcopi & Ebergiſi, Anno epiſcopus & Gerbodo abbas contraxerunt ſuum teſtimonium, qui hanc traditionem viderunt & audierunt. Iſti ſunt, qui juraverunt in illorum præſentia, Erkanbalt, Ardolt, Adalhart, Nidbrath, Rudfolc, Rihram, Egisheri, Folcrat, Meginhart, Folcholt, Tancrat, Irminolf. Iſti ſunt teſtes, Gerolt, Gerhart, Ridger, Adalger, Ato, Waldrich, Adalrich, Luitbrath, Warger, Gerbrath, Adalbrath, Sigewin, Hartrut, Meginbrat, Dietbrat. Actum in COMITATU CUNRADI COMITIS in *pago Lobedenburg*, in præſentia iſtorum ſchabinorum, Hunger, Liuthart, Wegelenzo, Wicnant, Sigehart, Reginbrath, Franco, Luitfrid, Hadobrant, Ato, Udelrich, Ruthart, Adelbrath, Gerbreht, Folcholth, Altman, Volbreth, Sigebodo, Thietbraht, Nanno.

DXXXIIII.

Donatio Sigewini in Dornheim.

Anno XIIII regni domini noſtri Pippini regis, ego Sigeuuin pro Dei intuitu vel pro animæ meæ remedio ſeu pro æterna retributione per hanc kartulam donationis ſive teſtamentum dono a die præſente ad ſanctum Dei martyrem Nazarium &c. de uno manſo tertiam partem in *pago Lobodonenſi*, in loco, qui vocatur *Dornheim* ſuper fluvio *Nekere*, hoc eſt caſa, campis, pratis, paſcuis, ſiluis, domibus, ædificiis, terris, cultis & incultis, aquis, aquarumve decurſibus, omnia & ex omnibus, quæ in ipſo loco habere videor, tam de paterno quam de materno, vel de contracto, ſeu de conlaborato a die præſente ad integrum de jure meo in jus & dominationem ſancti Nazarii
28. Maj. trado, &c. Actum *Laureſham* publice V kalendas Junii, anno quo ſupra. Signum Sigewini, qui hanc donationem fieri & firmari rogavit, ſig. Aroini, Wilerici. Ego Traſulſus ſcripſi.

DXXXIV.

DXXXIV.

Donatio Albgeri in eadem villa.

In Chriſti nomine ego Alpger pro remedio animæ meæ dono ad ſanctum Dei martyrem Nazarium &c. in *Dornheim* j vineam & pro anima germani mei Madalgeri aliam vineam a die præſente trado &c. Actum in *Lauresham* VIII idus Junii, 6. Jun. anno XV regni domini noſtri Pippini regis. Signum Alphgeri, qui hanc donationem fecit. Ego Samuel ſcripſi.

DXXXV.

Donatio Dudonis & Meginradi & Gebelindis.

Ego in Dei nomine Dudo & Maginradus & Gebelindis pro remedio animarum noſtrarum donamus ad ſanctum Chriſti martyrem Nazarium &c. in *Dornheim* vineam j & ipſam terram, quæ adtingit, & ego & Gebelindis donamus jurnal. vj de terra araturia, inter *Dornheim* & *Mannenheim* ſitos, ad integrum a die præſente perpetualiter ad poſſidendum ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio *Lauresham*, menſe Junio, anno XV Pippini regis. Signum Dudonis, qui hanc: ſignum Balduini, Lamberti, Ramberti, Heriberti, Dietberti, Engilberti, Seckini. Ego Samuel rogatus ſcripſi hanc donationis kartam.

DXXXVI.

Venditio ejusdem.

Ego Sigeuuinus filius Egiluuini vendidi domino abbati & fratribus ejus, qui in monaſterio, quod appellatur Lauresham, Deo famulantur, rem meam in pago Lobodenburg, hoc eſt, unus manſus, & illud pomarium dimidium, quod in illo orto eſt, & xxj jurnal. de terra araturia, & de prato, unde poſſunt colligi x carradæ feni, & unam uineam in *Doſſenheim*,

&

& accepi ab eis in pretio taxato auri librām j, & argenti libras jjjj, ita ut ab hac die habeatis poteſtatem exinde facere, quidquid volueritis, ſtipulatione ſubnixa. Actum *Lauresham*
28. Maj. XIIII anno regni domini Pippini regis, V kalendas Junii. Signum Sigewini, qui hanc donationem fieri & firmari rogavit.

DXXXVII.

Donatio Gauſuini praesbiteri in eadem villa.

Admonet nos divina vox, dicens: date elemoſinam, & omnia munda vobis. Ideoque ego Gauſuinus præsbiter pro animæ meæ remedio, ſeu & pro æterna retributione, ut in futuro peccatorum meorum indulgentiam merear adipiſci, per hanc epiſtolam donationis dono ad ſanctum Dei martyrem Nazarium &c. in *Dornheim* ſervum j, nomine Hildulfum, cum manſo & forte ſua, ad ipſum manſum attingente, & caſa ſuper manſum poſita, cum omni pecculiare ſuo ad integrum a die præſenti de jure meo in jus & dominium ſancti Nazarii trado, atque transfundo in Dei nomine perpetualiter ad poſſidendum, ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio *Laures-*
24. Apr. *ham* publice VIII kalendas Maji, anno II regni domini noſtri Karoli regis. Signum Gozwini præsbiteri, qui hanc donationem fieri & firmari rogavit.

DXXXVIII.

Donatio Gauſerici in eadem villa.

Eodem anno, ego Gauſerich vendidi rem meam in *Dornheim* & in *Mannenheim* domino Gundelando abbati de monaſterio, quod vocatur Lauresham, in quo pretioſus Chriſti martyr Nazarius requieſcit in corpore, hoc eſt, quidquid ego in illis duabus marcis habere viſus fui, manſis, campis, pratis, paſcuis, ſiluis, aquis, aquarumve decurſibus, ſimiliter

&

& in *Doſſenheim* de vinea j partem meam totum & ad integrum, & quidquid ibidem habere viſus fui, vendidi vobis, & pro eis accepi a vobis in pretio taxato libras quinque & ipſas res vobis præſentialiter tradidi &c. Actum in monaſterio Lauresham publice XI kalendas Auguſti, anno quo ſupra. Signum Gouſerici, qui hanc venditionem fieri rogavit, ſignum Sigewini, Germari, Warmanni, Lamberti, Egisberti. Samuel ſcripſi. 22. Jul.

DXXXIX.

Donatio Frideburgis in eadem villa.

In Chriſti nomine ſub die X kalendas Auguſti, anno VIII regni domini noſtri Karoli regis glorioſi, ego Frideburg dono ad ſanctum Dei martyrem Nazarium &c. j manſum in *Dornheim* quem a die præſente trado atque transfundo, ita, ut ab hac die & deinceps ad ipſum locum ſanctum proficiat in augmentis ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio *Lauresham* ſub die & tempore quo ſupra. Signum Frideburgis, quæ hanc donationem: ſignum Erpholdi, Altmanni, Geroldi, Egilberti, Udonis, Beinhardi. Ego Grimarius ſcripſi. 23. Jul.

DXL.

Donatio Liutwini in eadem villa.

Anno V regni domini noſtri Karoli regis glorioſi ego Lutuuinus vendidi rem meam in pago Lobod. abbati Gundelando de monaſterio ſancti Nazarii in Lauresham, ubi ipſe requieſcit in corpore, & hoc eſt, quod vendidi, in *Dornheim* j manſum & de terra araturia xxjjjj jurnales &c. & accepi pro eisdem rebus libram j denariorum, ipſamque rem tradidi vobis cum omni integritate ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio *Lauresham*, publice VIIII kalendas Febr. Signum Liutuuini, 24. Jan.

qui hanc donationem fieri & firmari rogavit, ſignum Liutrohchi, Liutfridi, miſſi dominici teſtis, ſignum Balduini, Walmari. Samuel ſcripſi.

DXLI.

Donatio Bertrudis in eadem villa.

Anno XV regni domini noſtri Karoli glorioſi regis, ego Chriſtina pro remedio animæ Bertrudis & Minſuindis & Waltgeri dono ad ſanctum Dei martyrem Nazarium &c. quidquid in *Dornheim* viſus ſum habere, quidquid mihi maritus meus in dotis titulum tradidit, tam manſis, quam terris, campis, pratis, paſcuis, perviis, ſiluis, aquis, aquarumve decurſi-
1. Aug. bus &c. Actum in monaſterio *Laureſham* kalendas Auguſti. Signum Chriſtinæ, quæ hanc donationem fieri & firmari rogavit, ſignum Hucberti, Walmari. Donadeus ſcripſit.

DXLII.

Donatio Attae.

Eodem anno ego Adda, pro remedio animæ Eberhardi, dono ad ſanctum Dei martyrem Nazarium &c. in *Dornheim* vj jurnal. de terra arabili &c. ſignum Atdæ, quæ hanc donationem fieri & firmari rogavit. Rudolfus ſcripſit.

DXLIII.

Donatio Heriberti in eadem villa.

Anno XVII regni domini noſtri Karoli regis glorioſi, ego Heribertus dono pro remedio animæ Reginberti ad ſanctum Dei martyrem Nazarium &c. quod mihi ipſe Reginbertus tradidit manu poteſtativa, ut pro ejus anima ad ſanctum N. traderem, quod & feci in *Dornheim* v jurnal. de terra arabili &c. Signum Heriberti, qui hanc donationem fecit, ſignum Agilolfi. Rudolfus ſcripſit.

DXLIV.

DXLIV.

Donatio Sigewini in eadem villa.

In Chriſti nomine ſub die V idus Julii, anno XVIII regni domini noſtri Karoli glorioſi regis, ego Sigewinus monachus pro remedio animæ meæ ſeu pro æterna retributione per hanc donationis kartam dono ad ſanctum Dei martyrem Nazarium, &c. hoc eſt, rem meam, in pago Lobodunenſi, in *Thornheim* quidquid genitor meus Agiluuinus ibi hereditavit, id eſt, xvjjj jurnal. de terra arabili, & j manſum cum omni ædificio ſuperpoſito, & pomarii mei portionem, & omnem proprietatem meam, tam in campis, quam pratis, paſcuis, perviis, ſiluis, aquis, aquarumve decurſibus, omnia & ex omnibus, & in *Doſſenheim* quartam partem de vinea j, & unum propriſum ad ipſam vineam pertinentem, & in *Walahaſtat* xjjj jurnal. de terra araturia. Similiter dono pro anima genitricis meæ Berthradæ dimidiam hubam in *Dornheim* & dimidium manſum cum pratis, paſcuis, vel quidquid ad ipſum manſum aſpicere debeat, hæc omnia de jure meo in jus & dominationem ſancti N. trado atque transfundo in Dei nomine perpetualiter ad posſidendum. Si quis vero, quod futurum eſſe minime credo *& cetera usque* ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio *Laureſham* die & tempore quo ſupra. Signum Sigeuuini, qui hanc donationem fecit, ſignum Rutberti, Dudonis, Guntrammi, Egilberti, item Rutberti, Engilhelmi, Wandingi. Samuel ſcripſit. 11. Jul.

DXLV.

Donatio Zutgonis in eadem villa.

Ego in Dei nomine Zutgo pro remedio animæ Gundradæ & filiæ ejus Breztlanæ dono ad ſanctum Chriſti martyrem Nazarium &c. inter *Dornheim* & *Mannenheim* x jurnal. de terra araturia & pratum ad jjj carradas feni &c. Actum in mona-

25. Jan. monaſterio *Lauresham* VIII kalendas Febr. anno XXXV regni domini noſtri Karoli regis glorioſiſſimi. Signum Zutgonis, qui hanc donationem fecit, ſignum Sigeberti, Beddonis. Reginbertus ſcripſit.

DXLVI.

Donatio Erkanberti in Dornheim.

Anno II regni domini noſtri Ludowici glorioſiſſimi imperatoris, ego Erkanbertus pro remedio animæ meæ dono ad ſanctum Dei martyrem Nazarium v jurnal. in *Dornheim*, ut ad ipſum locum, in quo idem pretioſus martyr requieſcit, omni tempore proficiant in augmentum ſtipulatione ſubnixa.
24. Jun. Actum in monaſterio *Lauresham* VIII kalendas Julii. Signum Erkanberti, qui hanc donationem fieri & firmari rogavit, ſignum Amalonis, Willonis, Ekkehardi, Titonis, Eberhelmi, Rutolfi, Maguuini. Altuuinus ſcripſit.

DXLVII.

Donatio Hildimanni in Vitenheim.

Ego in Dei nomine Hildeman dono ad ſanctum Chriſti martyrem Nazarium &c. dimidium manſum in *Vitenheim* a die præſente trado atque transfundo in Dei nomine perpetualiter ad poſſidendum, ſtipulatione ſubnixa. Actum in mona-
20. Mart. ſterio, quod dicitur *Lauresham*, XIII kalendas Aprilis, XXXIIII regni domini noſtri Karoli glorioſi imperatoris. Signum Hildimanni, qui hanc donationem fieri & firmari rogavit, ſignum Guntbaldi, Einoldi, Heilrammi, Engilboldi, Nantheri, Walaradi, Waramanni. Reginbertus ſcripſit.

DXLVIII.

DXLVIII.

Donatio Trutberti in Mannenheim.

Anno XIII regni domini noſtri Pippini regis, ego Trutbertus pro Dei intuitu vel pro animæ meæ remedio, ſeu & pro æterna retributione per hanc kartulam donationis ſive teſtamentum dono a die præſenti ad ſanctum Dei martyrem Nazarium, qui requieſcit in corpore in pago Rinenſi, in monaſterio, quod vocatur Laureſham ſuper fluvium Wiſſcoz, vel ad illam ſanctam congregationem monachorum, quæ ibidem Deo ſervire videtur, ubi vir venerabilis Gundelandus abba præeſſe dinoſcitur, donatumque in perpetuum eſſe volo, & promptiſſima voluntate confirmo, hoc eſt, manſum meum, & terræ araturiæ jurnal. jjj, & petiolam prati, unde ſecari poſſunt jj carradæ feni, & idem manſus ſitus eſt in *Mannenheim*, de cujus uno latere tenet Folcholdus, de alio ipſius fratris, de prima fronte ipſe donator, de alia fronte adjungitur dominicum beneficium, ad integrum a die præſente de jure meo in jus & dominium ſancti Nazarii trado atque transfundo, in Dei nomine perpetualiter ad poſſidendum, ita, ut ab hac die habeatis jure habendi, tenendi, donandi, commutandi, vel quidquid exinde facere volueritis, liberam ac firmiſſimam in omnibus habeatis poteſtatem. Si quis vero, quod futurum eſſe minime credo, ſi ego ipſe, aut ullus de heredibus vel proheredibus meis, ſeu quælibet ulla oppoſita perſona, quæ contra hanc donationem a me factam venire temptaverit, vel qui eam infringere aut immutare voluerit, inprimis iram Dei omnipotentis & ſancti Nazarii incurrat, inſuper inferat una cum ſacratiſſimo fiſco auri libram j, argenti pondera jj multa ſuſtineat, & quod repetit, evendicare non valeat, ſed præſens donatio firma & ſtabilis permaneat ſtipulatione ſubnixa. Actum *Finnenheim* publice II idus Martii. Signum Drutberti, 14. Mart. qui hanc donationem fieri rogavit, ſignum Birikonis, Balduini, Geraldi, Agmerici. Wiglarius ſcripſit.

DXLIX.

Donatio Udonis & Raffoldi in eadem villa.

Anno quo ſupra ejuſdem principis nos duo germani, Udo & Raffold, pariter vendidimus domino Gundelando venerabili abbati de monaſterio, quod vocatur Laureſham, ubi pretioſus martyr Nazarius requieſcit in corpore, rem noſtram in *pago Lobodonenſi*, in fine, qui dicitur *Mannenheim*, jurnal. jjj de terra araturia, & accepimus ab eis, juxta quod nobis complacuit, pro eisdem jjj uncias, ita ut ab hac die jure poſſideatis &c. 11. Mart. Actum publice in monaſterio *Laureſham* V idus Martii. Signum Udonis & Raffoldi, qui hanc venditionem fecerunt, ſignum Balduini, Heimonis, Bernoini, Herimanni. Wiglarius ſcripſit.

DL.

Donatio Drutlindis in eadem villa.

In Chriſti nomine primo die menſis Auguſti, anno eodem, ego Drutlindis femina pro Dei intuitu, vel pro animæ meæ remedio, ſeu pro æterna retributione per hanc donationis kartulam ſive teſtamentum dono ad ſanctum Dei martyrem Nazarium &c. quidquid in *Mannenheim* in præſenti tempore habere videor, tam de materno, quam de paterno, vel de qualicunque attracto ad me noſcitur perveniſſe &c. Actum *Laureſham* publice die & tempore quo ſupra. Signum Drutlindis, quæ hanc donationem fieri & firmari rogavit, ſignum Balduini, Lamberti, Adalmundi, Ruthardi, Bernoini, Wolfhardi. Wiglarius ſcripſit.

DLI.

Drutlindis & Rimihildis donatio in eadem villa.

Eodem anno regnante domino noſtro Pippino glorioſiſſimo rege, nos pariter donatrices Drutlindis & Rimihildis donamus

namus ad ſanctum Dei martyrem Nazarium &c. pro animabus Aldonis & Merlindis jj jurnal. de araturia terra in *Mannenheim* a die præſenti ad integrum tradimus atque transfundimus in Dei nomine perpetualiter ad poſſidendum ſtipulatione ſubnixa. Actum in *Mannenheim* publice II idus Martii. 14.Mart.
Signum Trutlindis & Rimihildis, qui hanc donationem fieri & firmari rogaverunt, ſignum HEIMERICI COMITIS, Birichonis, Trutberti, Geraldi, Balduini. Wiglarius ſcripſit.

DLII.

Donatio Bertrudis in eadem villa.

Oportunum eſt unicuique, dum in hoc corpore mortali vivit, de futura vita, in qua inmortaliter perpetueque vivere ſperat, dum licet cogitare, ſtudeat, ut ſe non ſentiat ex aliquo æterna ſupplicia ſuſtinere, ammonente nos divina ſcriptura ac dicente: date elemoſinam, & ecce omnia munda ſunt vobis, & item, ſicut aqua extinquit ignem, ita elemoſina extinquit peccatum, hæc intuens ego Berthrudis, filia quondam Williheri, pro æterna beatitudine ſive indulgentia peccatorum meorum, dono ad pretioſum Chriſti martyrem Nazarium &c. hoc eſt, in pago Lobodonenſi, in loco nuncupato *Mannenheim*, quidquid habere viſa ſum, tam manſis, quam terris, ſeu proproterariis, domibus, ædificiis, acolis, acolabus, mancipiis, Udolſuinda & Liubſuinda filia ejus, cum pecculiari illorum, caſis, caſalibus, campis, pratis, paſcuis, ſiluis, adjunctis adjacentiis, aquis, aquarumve decurſibus, mobilibus & inmobilibus, ſimiliter & in *Vitenheim* ſuper fluvio *Nekere* quantumcunque habere videor, & per legem habere debeo, tam manſis, campis, pratis, paſcuis, perviis & terris araturiis, cultis & incultis, adjacentiis, omnia & ex omnibus, ſimiliter in *Wibilinga*, quantum in ipſa marca habere videor, piſcaturiis, manſis, caſis, campis, pratis, perviis, terris cultis

tis & incultis, aquis, aquarumve decurſibus, & quidquid mihi de alode parentum meorum legibus obveniſſe videtur, totum & ad integrum a die præſente de jure meo in jus & dominationem ſancti Nazarii, vel ad agentes ipſius dono, trado atque transfundo in Dei nomine perpetualiter ad poſſidendum ſtipulatione ſubnixâ. Actum in monaſterio *Laureſham* publice
13. Sept. idus Sept. anno XV regni domini noſtri Pippini regis glorioſi. Signum Berthrudis, quæ hanc donationem fecit & firmari rogavit, ſignum Sigewini, Dietberti, Geroldi, Dietmari, Rutfolchi, Graonis, Gozberti. Samuel ſcripſit.

DLIII.

Donatio Dudonis in eadem villa.

Eodem anno ego Dudo pro Dei intuitu vel pro animæ meæ remedio per hanc kartulam donationis dono ad ſacratiſſimum Dei martyrem Nazarium &c. jjj jurnal. terræ araturiæ in *Mannenheim* a die præſenti in Dei nomine perpetualiter ad poſſidendum ſtipulatione ſubnixa. Actum publice in loco, qui
18. Aug. vocatur *Laureſham*, XV kalendas Sept. Signum Dudonis, qui hanc donationem fecit, ſignum Ratberti, Heuberti, Geraldi, Gautſoini præsbiteri, Balduini, Magintrudis. Wiglarius ſcripſit.

DLIV.

Venditio ejusdem Dudonis.

Item anno eodem ego Dudo vendidi in eadem villa rem meam domino Gundelando abbati de Laureſham, unum videlicet manſum, pro quo accepi xx den. & de annona modios x ſtipulatione de cetero ſubnixa. Signum Dudonis, qui hanc venditionem fecit & firmari rogavit. Actum *Vitenheim* publice die & tempore quo ſupra. Signum Balduini, Rutberti, Waningi, Ruthericí. Ego Wiglarius notarius ſcripſi hujus venditionis kartulam.

DLV.

Donatio Birichonis in eadem villa.

Anno XV regni domini noſtri Pippini glorioſi regis, ego Biricho pro anima filiæ meæ Liutdrudæ dono ad ſanctum Dei Nazarium martyrem &c. jjj jurnal. de terra araturia in *Mannenheim* a die præſente de jure meo in jus & dominium ſancti Nazarii trado atque transfundo in Dei nomine perpetualiter ad poſſidendum, ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio *Laureſham* XV kalendas Decembris. Signum Birichonis, qui hanc donationem fecit & firmari rogavit, ſignum Trutberti, Walmari, Lamberti, Adalmundi, Ruthardi, Balduini, Wolfhardi. Harilandus ſcripſit. 17. Nov.

DLVI.

Donatio Geraldi & Ruttrudis in eadem villa.

In eodem anno ego Geraldus & Ruttrudis pariter donamus pro Dei intuitu, vel pro animæ noſtræ remedio ad ſanctum Dei martyrem Nazarium &c. quidquid in *Mannenheim* habere videmur, quod de parte genitoris noſtri Erpphingi nobis legibus obvenit, hoc eſt, tam manſis, campis, caſis, pratis, paſcuis, vineis, ſiluis, aquis, aquarumve decurſibus, omnia & ex omnibus a die præſenti de jure noſtro in jus & dominium ſancti Nazarii tradimus atque transfundimus perpetualiter ad poſſidendum ſtipulatione ſubnixa. Actum in loco, qui dicitur *Laureſham*, publice XII kalendas Januar. Signum Geraldi, qui hanc donationem fecit & firmari rogavit, ſignum Ruttrudis uxoris ejus, ſignum Sigeuuini, Egionis, Truthbaldi, Waltulfi, Hucberti, Albaldi, Eberhardi. Wiglarius ſcripſit. 21. Dec.

DLVII.

Donatio Angilradae & Reginwizae.

Nos Angilrada & Reginwiza pro Dei intuitu vel pro animarum noſtrarum donamus ad ſanctum Dei martyrem Nazarium &c. j jurnal. in *Mannenheim* de terra araturia a die præſente tradimus in Dei nomine perpetualiter ad poſſidendum ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio *Laureſham* III kalendas Sept. anno XVI regni domini noſtri Pippini glorioſi regis. Signum Angilradæ & Reginwizæ, qui hanc donationem fecerunt & firmari rogaverunt. Harilandus ſcripſit.

30. Aug.

DLVIII.

Donatio Ditulfi in eadem villa.

Anno XIIII regni domini noſtri Pippini regis, ego Theudulfus dono ad ſanctum Dei martyrem Nazarium &c. jurnal. j de terra araturia in *Mannenheim* a die præſenti, *ut deinceps* ad ipſum locum ſanctum omni tempore proficiat in augmentis ſtipulatione ſubnixa. Actum in loco publico, qui dicitur *Laureſham.* Signum Ditolfi, qui hanc donationem fecit, ✝ Rutberti. Samuel ſcripſit.

DLIX.

Donatio Balduini in eadem villa.

Admonet nos Dei filius dicens, date elemoſinam *& cetera,* idcirco ego in Dei nomine Balduinus & Gernoinus pro Dei intuitu donamus ad ſanctum Dei martyrem Nazarium &c. iij jurnal. in *Mannenheim*, de terra araturia a die præſenti de jure noſtro in jus & dominium ſancti N. tradimus atque transfundimus in Dei nomine perpetualiter ad poſſidendum ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio *Laureſham* kalendas Decemb.

1. Dec.

cemb. anno primo regni domini noſtri Karoli regis. Signum Balduini & Bernoini, qui hanc donationem fecerunt & firmari rogaverunt, ſignum Sigefridi, Eberuuardi, Raduini, Rubbonis, Erkenberti, Snaringi, Heimerici. Harilandus ſcripſit.

DLX.

Donatio Rubbonis in eadem villa.

Eodem anno ego Rubbo pro animæ meæ remedio dono ad ſanctum Dei martyrem Nazarium &c. hoc eſt unum jurnal. de terra araturia in *Mannenheim* a die præſenti ipſum de jure meo in jus & dominationem ſancti N. trado atque transfundo in Dei nomine perpetualiter ad poſſidendum, ut eidem loco omni tempore proficiat in augmentis ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio *Laureſham* ſignum Rubbonis, qui hanc donationem fecit & firmari rogavit. Signum Balduini, Dudonis, Heroldi, Adonis, Rutgeri Garamanni, Uddonis. Samuel ſcripſit.

DLXI.

Donatio Folcholdi in eadem villa.

Ego in Dei nomine Folcholdus donó ad ſanctum Chriſti martyrem Nazarium &c. in *Mannenheim* campum j de terra araturia tenentem jurnal. x, terram incultam ad ipſum campum pertinentem, ad integrum a die præſenti de jure meo in jus ſancti N. transfundo in Dei nomine perpetualiter ad poſſidendum ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio *Laureſham* kalendas Octobr. anno II regni domini noſtri Karoli regis 1. Oct. glorioſi. Signum Folcholdi, qui hanc donationem fecit, ſignum Gerulfi, Geroldi, Raccheri, Irminoldi, item Raccheri, Egilberti, Dudonis. Samuel ſcripſit.

DLXII.

Donatio Heimonis & Acchiae.

Anno eodem ego Heimo & conjux mea Acchia propter Deum & reverentiam ſancti Nazarii, ſeu pro animabus noſtris donamus ad eundem pretioſum martyrem Nazarium &c. in *Mannenheim* de terra araturia jj jurnal. quos a die præſenti ad integrum de jure noſtro in jus & dominium ſancti N. donamus, tradimus atque transfundimus in Dei nomine perpetualiter ad poſſidendum ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio *Laureſham* publice die & tempore quo ſupra. Signum Hamonis & Acchiæ, qui hanc donationem fecerunt & firmari rogaverunt. Samuel ſcripſit.

DLXIII.

Donatio Liutdonis Karolo rege, Gundelando abbate.

27. Mart. In Chriſti nomine ſub die VI kalendas Aprilis, anno III regni domini noſtri Karoli regis, ego Leodo pro anima Heimonis dono ad ſanctum Dei martyrem N. &c. hoc eſt, in pago Lobodonenſe, in *Manninheim* jurnal. jj de terra araturia a die præſenti trado atque transfundo, ita, ut ab hac die & deinceps ad ipſum ſanctum locum vel ad agentes ipſius omni tempore proficiat in augmentis ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio *Laureſham* die & tempore quo ſupra. Signum Liudonis & Acchæ, qui hanc donationem fecerunt, ſignum Dudonis, Geroldi, Balduini, Erkanfridi, Wolfgrimi, Herardi. Samuel ſcripſit.

DLXIV.

Donatio Birichonis in eadem villa.

Nos Biricho & conjux mea Reginſuint donamus ad ſanctum Dei martyrem Nazarium &c. hoc eſt, rem noſtram in pago

Lobo-

Lobodonenſi, in *Mannenheim* jjj jurnal. de terra araturia, & unum pratum, unde poſſunt colligi jjj carradæ feni, hæc de jure noſtro a die præſenti tradimus in jus & dominium ſancti N. atque transfundimus in Dei nomine perpetualiter ad poſſidendum ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio *Laureſham* V kalendas Septemb. anno VI regni domini noſtri Karoli 28. Aug. regis. Signum Birichonis & conjugis ejus, qui hanc donationem fecerunt, ſignum Albthardi, Trutberti, Balduini, Heribaldi, Germundi, Suntgiſi. Samuel ſcripſit.

DLXV.

Donatio Birnuini in eadem villa.

Ego in Dei nomine Bernuinus pro remedio animæ Birichonis dono ad ſanctum Chriſti martyrem Nazarium &c. hoc eſt, in pago Lobodoninſe in *Manninheim* jjj jurnal. de terra araturia ad integrum trado in Dei nomine perpetualiter ad poſſidendum, ita, ut deinceps ad ipſum locum ſanctum omni tempore proficiat in augmentis ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio *Laureſham* VIIII kalendas Octob. anno VI regni 23. Sept. domini noſtri Karoli regis glorioſi. Signum Bernoini, qui hanc donationem fecit, ſignum Sigehelmi, Ruthardi, Lamberti, Reginberti, Northeri, Beinhardi, Harimari. Samuel ſcripſit.

DLXVI.

Donatio Bernuini in eadem villa.

Anno VII regni domini noſtri Karoli regis glorioſi, ego Bernoinus & conjux mea Williſuindis donamus pro animarum noſtrarum remedio ad ſanctum Dei martyrem Nazarium &c. xv jurnal. de terra arabili in *Manninheim* & de prato ad jjjj carradas feni, hæc a die præſenti de jure noſtro in jus & dominium ſancti N. tradimus in Dei nomine perpetualiter ad poſſi-

poſſidendum, & mancipia mea Frickonem & conjugem ejus Gerburgam, ſtipulatione ſubnixa. Signum Bernoini & Williſuindis, qui hanc donationem fecerunt, ſignum Balduini, Agisberti, Luitoldi, item Agisberti, Babonis. Harilandus ſcripſit.

DLXVII.

Donatio Bernuini in eadem villa.

Eodem anno ego Bernuinus pro anima mea dono ad ſanctum Chriſti martyrem Nazarium, qui in corpore requieſcit in monaſterio Laurenſi &c. quidquid in *Manninheim* viſus ſum habere campis, pratis, paſcuis, vineis, perviis, aquis, aquarumve decurſibus, excepto, quod conjugi meæ in dotis titu-
8. Jul. lum dedi &c. Actum in monaſterio *Laureſham* VIII idus Julii, anno quo ſupra. Signum Bernoini, qui hanc donationem fecit, ſignum Eggiberti, Geroldi, Ruthardi, Erphonis, Balduini, Dietheri. Walthelmus ſcripſit.

DLXVIII.

Donatio Eberhardi in eadem villa.

2. Aug. In Chriſti nomine ſub die IIII non. Auguſti, anno VIII regni domini noſtri Karoli regis glorioſi, ego Eberhardus dono ad ſanctum Dei martyrem Nazarium &c. rem meam in pago Lobodunenſi, in *Manninheim* jj jurnal. de terra arabili, ita ut ab hac die ad ipſum locum ſanctum omni tempore proficiat in augmentis ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio *Laureſham*. Signum Eberhardi, qui hanc donationem fecit & firmari rogavit, ſignum Sigehardi filii ſui, Geroldi, Giſeluuini, Hejonis, Lamberti, Beinhardi. Samuel ſcripſit.

DLXIX.
Donatio Amalonis in eadem villa.

Eodem anno ego Amalo & Meginſuind pro remedio animæ Albani donamus ad ſanctum Dei martyrem Nazarium &c. donatumque eſſe volumus j jurnal. de terra araturia in *Manninheim*, ad integrum a die præſenti de jure noſtro in jus & dominium ſancti Nazarii tradimus atque transfundimus &c. Actum in monaſterio *Laureſham*, die & tempore quo ſupra. Signum Amalonis & Meginſuindis, qui hanc donationem fecit & firmari rogavit, ſignum Suarzlahi.

DLXX.
Donatio Herimari in eadem villa.

Regnante domino noſtro Karolo rege glorioſo ego Herimarus dono ad ſanctum Dei martyrem Nazarium, &c. in *Manninheim* jj jurnal. de terra araturia, quos de jure meo in jus ſancti Nazarii transfundo in Dei nomine perpetualiter ad poſſidendum ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio *Laureſham*. Signum Herimari, qui hanc donationem fecit. Gerwart ſcripſit.

DLXXI.
Donatio Reginſuindis in eadem villa.

Eodem tempore ego Reginſuint dono pro remedio animæ meæ ad ſanctum Dei martyrem Nazarium &c. jj jurnal. in *Manninheim* de jure meo in jus & dominium ſancti Nazarii transfundo in Dei nomine perpetualiter ad poſſidendum, ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio *Laureſham*. Signum Reginſuindis, quæ hanc donationem fecit & firmari rogavit. Signum Balduini, Ruthardi. Herileicus ſcripſit.

DLXXII.

Donatio Wolfgrimi in eadem villa.

Anno XIII regni domini noſtri Karoli regis glorioſi ego Wolfgrim dono ad ſanctum Dei martyrem Nazarium &c. pro animæ meæ remedio in *pago Lubodoninſe* jj vineas a die præſenti trado atque transfundo in Dei nomine &c. Actum in mo-
27. Jun. naſterio *Laureſham* V kalendas Julii. Signum Wolfgrimi, qui hanc donationem fecit. Rudolfus ſcripſit.

DLXXIII.

Donatio Ratfridi in eadem villa.

Ego in Dei nomine Ratfrid dono ad ſanctum Dei martyrem Nazarium &c. unum jurnal. de terra araturia in *Manninheim* a die præſenti, ut deinceps locum ad ipſum ſanctum omni tempore proficiat in augmentis ſtipulatione ſubnixa. Actum
30. Jul. in monaſterio *Laureſham* III kalendas Auguſti, anno XIIII regni domini noſtri Karoli regis. Signum Ratfridi, qui hanc donationem fecit, ſignum Eſerici, Berethfridi, Bennonis. Grimarius ſcripſit.

DLXXIV.

Donatio Trutbaldi in Manninheim.

Eodem anno nos in Dei nomine Trutbald & conjux mea Helena donamus ad ſanctum Chriſti martyrem Nazarium &c. in *Manninheim* jj jurnal. de terra araturia in Dei nomine perpetualiter ad poſſidendum ſtipulatione ſubnixa. Actum in
1. Mart. monaſterio *Laureſham* kalendas Martii, anno, quo ſupra. Signum Trutbaldi & Helenæ, qui hanc donationem fecerunt & firmari rogaverunt. Grimarius ſcripſi.

DLXXV.

DLXXV.

Donatio ejusdem in eadem villa.

Item anno quo ſupra ego Trutbalt dono pro remedio animæ meæ ad ſanctum Dei martyrem Nazarium &c. in *Manninheimer marca* medietatem meæ portionis de illa inſula in *Reno* fluvio, quæ juxta illam villam ſita eſt, a die præſenti trado atque transfundo in dominium ſancti Nazarii &c. Actum in monaſterio *Lauresham* VIII kalendas Junii, anno quo ſupra. 25. Maj.
Signum Trutbaldi, qui hanc donationem fecit, ſignum Egisberti. Rudolfus ſcripſit.

DLXXVI.

Donatio Amalonis.

Eodem anno Amalo dedit ſancto Nazario, qui requieſcit in monaſterio Lauresham, jj jurnal. de terra araturia in *Mannenheim*. Actum *Lauresham* IIII non. Junii, ſub præſcriptis 2. Jun.
principibus.

DLXXVII.

Donatio Rubbonis in eadem villa.

Ego in Dei nomine Rubbo dono ad ſanctum Chriſti martyrem Nazarium, &c. j jurnal. in *Manninheim*, de terra araturia, & j petiolam prati, unde poſſunt colligi duæ karradæ feni, a die præſenti dono, trado atque transfundo in Dei nomine perpetualiter ad poſſidendum, ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio *Laureshum* VI kalendas Martii, anno XIIII regni 24. Febr.
domini noſtri Karoli regis glorioſi. Signum Rubbonis, qui hanc donationem fecit. Rudolfus ſcripſit.

DLXXII.

Donatio Wolfgrimi in eadem villa.

Anno XIII regni domini noſtri Karoli regis glorioſi ego Wolfgrim dono ad ſanctum Dei martyrem Nazarium &c. pro animæ meæ remedio in *pago Lubodoninſe* jj vineas a die præſenti trado atque transfundo in Dei nomine &c. Actum in mo-
27. Jun. naſterio *Laureſham* V kalendas Julii. Signum Wolfgrimi, qui hanc donationem fecit. Rudolfus ſcripſit.

DLXXIII.

Donatio Ratfridi in eadem villa.

Ego in Dei nomine Ratfrid dono ad ſanctum Dei martyrem Nazarium &c. unum jurnal. de terra araturia in *Manninheim* a die præſenti, ut deinceps locum ad ipſum ſanctum omni tempore proficiat in augmentis ſtipulatione ſubnixa. Actum
30. Jul. in monaſterio *Laureſham* III kalendas Auguſti, anno XIIII regni domini noſtri Karoli regis. Signum Ratfridi, qui hanc donationem fecit, ſignum Eſerici, Berethfridi, Bennonis. Grimarius ſcripſit.

DLXXIV.

Donatio Trutbaldi in Manninheim.

Eodem anno nos in Dei nomine Trutbald & conjux mea Helena donamus ad ſanctum Chriſti martyrem Nazarium &c. in *Manninheim* jj jurnal. de terra araturia in Dei nomine perpetualiter ad poſſidendum ſtipulatione ſubnixa. Actum in
1. Mart. monaſterio *Laureſham* kalendas Martii, anno, quo ſupra. Signum Trutbaldi & Helenæ, qui hanc donationem fecerunt & firmari rogaverunt. Grimarius ſcripſi.

DLXXV.

DLXXV.

Donatio ejusdem in eadem villa.

Item anno quo ſupra ego Trutbalt dono pro remedio animæ meæ ad ſanctum Dei martyrem Nazarium &c. in *Manninheimer marca* medietatem meæ portionis de illa inſula in *Reno* fluvio, quæ juxta illam villam ſita eſt, a die præſenti trado atque transfundo in dominium ſancti Nazarii &c. Actum in monaſterio *Lauresham* VIII kalendas Junii, anno quo ſupra. 25. Maj.
Signum Trutbaldi, qui hanc donationem fecit, ſignum Egisberti. Rudolfus ſcripſit.

DLXXVI.

Donatio Amalonis.

Eodem anno Amalo dedit ſancto Nazario, qui requieſcit in monaſterio Lauresham, jj jurnal. de terra araturia in *Mannenheim*. Actum *Lauresham* IIII non. Junii, ſub præſcriptis 2. Jun.
principibus.

DLXXVII.

Donatio Rubbonis in eadem villa.

Ego in Dei nomine Rubbo dono ad ſanctum Chriſti martyrem Nazarium, &c. j jurnal. in *Manninheim*, de terra araturia, & j petiolam prati, unde poſſunt colligi duæ karradæ feni, a die præſenti dono, trado atque transfundo in Dei nomine perpetualiter ad poſſidendum, ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio *Laureshum* VI kalendas Martii, anno XIIII regni 24. Febr.
domini noſtri Karoli regis glorioſi. Signum Rubbonis, qui hanc donationem fecit. Rudolfus ſcripſit.

DLXXVIII.

Donatio Ruthardi in eadem villa.

Eodem etiam anno & die ego Ruthard dono ad ſanctum Dei martyrem Nazarium &c. vj jurnal. in *Manninheim* de terra araturia & j petiolam prati, ex qua poſſunt ſecari jj karradæ ſeni, *& cetera, ut ſupra, usque* ſtipulatione ſubnixa. Signum Ruthardi, qui hanc donationem fecit, ſignum Balduini. Rudolfus ſcripſit.

DLXXIX.

Donatio Walmari in eadem villa.

Item in eodem anno ego Walmar pro ſalute Rubbonis dono ad ſanctum Dei martyrem N. donatumque in perpetuum eſſe volo, quod ipſe mihi tradidit manu poteſtativa, ut traderem ad monaſterium præfati martyris, in quo ipſe requieſcit corporaliter, hoc ſunt, duo jurnal. de terra araturia in *Manninheim*, perpetualiter ad poſſidendum. Actum in monaſterio *Lau-*
6. Mart. *resham* II non. Martii. Signum Walmari, qui hanc donationem fieri & firmari rogavit. Grimarius recognovit & ſcripſit.

DLXXX.

Donatio Wolfhardi in eadem villa.

Ego in Dei nomine Wolfhard pro remedio animæ meæ dono ad ſanctum Dei martyrem Nazarium &c. jurn. jj in *Manninheim*, prati videlicet, quos a die præſenti transfundo in dominium ſancti Nazarii &c. Actum in monaſterio *Laureſham*
12. Jun. II idus Junii, anno XXVI regni domini noſtri Karoli primi regis glorioſi. Signum Wolfhardi, qui hanc donationem fecit, ſignum Rutratdi, Svabolachi. Reginbertus ſcripſit.

DLXXXI.

DLXXXI.

Donatio Weniberti in eadem villa.

Anno XXVIII regni domini noſtri Karoli imperatoris glorioſiſſimi, ego Wenibrath pro remedio animæ genitricis meæ Fritgundis, dono ad ſanctum Dei martyrem Nazarium, &c. j jurnal. in Loboduneſi, in *Manninheim* pro vinea j, quam genitrix mea jam dicta tradidit Theotfrido, ad ſanctum N. tradendum, ut illam vineam habeam diebus vitæ meæ in cenſum vj den. & poſt mortem meam eadem vinea cum jurnali revertatur in dominium ſancti N. ut eidem loco omni tempore proficiat in augmentum ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio *Lauresham* VI kalendas Junii. Signum Weniberti, 27. Maj. qui hanc donationem fecit, ſignum Theotfridi, Sigehelmi, Ermenoldi, Leitradi. Reginbertus ſcripſit.

DLXXXII.

Donatio Bubonis in eadem villa.

In Chriſti nomine ſub die XIIII kalendas Julii, anno XXVIIII 18. Jun. regni domini noſtri Karoli glorioſi imperatoris, ego Bubo & conjux mea Williſuind pro remedio animarum noſtrarum per hanc kartulam donationis donamus pariter ad ſanctum Dei N. martyrem &c. in *Manninheim* j manſum, cum omni ædificio ſuperpoſito, & XL jurnal. & vineas, & prata & quidquid in *Dornheim* & in *Vitenheim* habere viſi ſumus, & mancipia his nominibus, Gailo, Willirich, Woluolt, Oſtrolf, Scaleman, Otnui, Wertheri, Adalman, Wela, Udila, Erpa, Sibuuiart, Wolflint, &c. Actum in monaſterio *Laureſham* die & tempore quo ſupra. Signum Bubonis, qui hanc donationem fieri & firmari rogavit, ſignum Williſuindæ conjugis ejus, ſignum Lantberti, Thrutbaldi, Rudingi, Sigehelmi, Rubbonis, Starcheri, Ekkoldi, Teotdolfi, Bernhardi, Suabolachi, Gunduin, Eningi, Sicconis. Reginbertus ſcripſit.

DLXXXIII.

Donatio Amalonis in eadem villa.

In Chriſti nomine ego Amalo pro remedio animæ Rimihildis, ſocrus meæ, dono ad ſanctum Chriſti martyrem Nazarium &c. in *Manninheim* jjj jurnal. de terra araturia, & prati ad jj carradas feni de jure meo in jus & dominium ſancti N. trado, &c. Actum in monaſterio *Lauresham* kalendas Januarii, XXXI regni domini noſtri Karoli regis glorioſi. Signum Amalonis, qui hanc donationem fieri & firmari rogavit. Reginbertus ſcripſit.

1. Jan.

DLXXXIV.

Donatio Folcleichi in eadem villa.

Ego in Dei nomine Folcleih pro remedio animæ genitoris & germani mei Nandulfi, dono ad ſanctum Chriſti martyrem Nazarium, &c. in *Manninheim* dimidium manſum cum xjj jurnalibus de terra araturia & quidquid ad meam portionem pertinet in ipſa marca campis, pratis, paſcuis, perviis, ſilvis, aquis, aquarumve decurſibus. Ego quoque Guntlint pro remedio animæ meæ in ipſa marca vineam j & j ſervum, cui nomen Theotlach, de jure meo in jus & dominium ſancti N. trado atque transfundo in Dei nomine perpetualiter ad poſſidendum ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio *Laures-*
1. Sept. *ham* kalendas Septemb. anno, quo ſupra. Signum Folcleichi, qui hanc donationem fecit, ſignum Guntlindæ, Waltgeri, Heribaldi, Luitdoldi, Heilradi, Altwini, Adalhelmi, Theotmari. Reginbertus ſcripſit.

DLXXXV.

Donatio Rubbonis in eadem villa.

Ego in Dei nomine Rubbo pro remedio animæ Rihgardæ dono ad ſanctum Dei martyrem Nazarium &c. rem, quam ipſa

ipſa mihi tradidit manu poteſtativa in Lubed. in *Manninheim* jj jurnal. de terra araturia, & dimidium a die præſente de jure meo in jus & dominium ſancti Nazarii trado atque transfundo in Dei nomine perpetualiter ad poſſidendum. Actum in monaſterio *Laureſham* IIII non. Martii anno XXXIIII regni domini noſtri Karoli regis. Signum Rubbonis, qui hanc donationem fecit. Reginbertus ſcripſit. 4. Mart.

DLXXXVI.

Donatio Leidradi in eadem villa.

Anno XXXV regni domini noſtri Karoli regis glorioſi, ego in Dei nomine Leidrat pro remedio animæ Liobtrudæ dono ad ſanctum Chriſti martyrem Nazarium &c. quidquid ipſa Liobtrud in *Manninheim* viſa fuit habere de terra araturia a die præſenti trado atque transfundo in Dei nomine perpetualiter ad poſſidendum ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio *Laureſham* XIIII kalendas Decemb. Signum Leidradi, qui 18. Nov. hanc donationem fecit & firmari rogavit, ſignum Rutfolchi, Eberhelmi, Willonis, Knocheri. Reginbertus ſcripſit.

DLXXXVII.

Donatio Altuuini in eadem villa.

Ego in Dei nomine Altuuinus pro remedio animæ Berewini & Irminlindæ & Gerradæ dono ad ſanctum Nazarium martyrem &c. dimidium jurnal. in *Manninheim* de terra araturia, ut ad ipſum locum ſanctum omni tempore proficiat in augmentis ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio *Laureſham* XIII kalendas Aprilis, anno XI regni domini Ludo- 20. Mart. wici regis junioris. Signum Altuuini, qui hanc donationem fecit, ſignum Werinbaldi, Gerhardi, Eberhardi, Erneſtonis, Hunolfi, Hendingi, Liuthardi, Iſenberti. Triotroch ſcripſit.

DLXXXVIII.

Donatio Wardonis in eadem villa.

Anno dominicæ incarnationis DCCCXLVIII, regni vero Ludowici regis VIII Wardo tradidit in elemoſinam Heigonis ad ſanctum Nazarium, qui requieſcit corporaliter in monaſterio Lauresham nuncupato jurnal. j & dimidium in *Manninheim*. Actum *Lauresham* VI non. Martii. Iſti ſunt teſtes, Ruthart, Bubo, Theotbertus, Waltheri, Berethrich, Adalhart, Egisheri, Erkenbertus. Thiatroh ſcripſit.

2. Mart.

DLXXXIX.

Donatio Arnolfi imperatoris.

Arnolfus rex invictiſſimus & Liutherus comes dederunt ſancto Nazario in pago Lobodonenſi in villa, quæ dicitur *Ṁanninheim*, jurnales jjj de terra araturia. Signum Arnolfi ſereniſſimi imperatoris.

DXC.

Donatio Ditdulfi in Ottinchein.

29. Maj. In Chriſti nomine ſub die IIII kalendas Junii, anno IIII domini noſtri regni Karoli regis inuictiſſimi, ego Theutdulf & conjux mea Ida donamus pro animabus noſtris ad ſanctum Dei martyrem Nazarium &c. hoc eſt, rem noſtram in pago *Lobodonenſi*, in *Otdincheimer marca* pratum unum ſuper fluvium *Renum*, in Hillo, de cujus una parte tenet Norbertus, de alia Autbertus, de tertia Gotheri, a die præſenti tradimus atque transfundimus in Dei nomine perpetualiter ad poſſidendum &c. Actum in monaſterio *Lauresham*, die & tempore quo ſupra. Signum Theutdulfi & Idæ, qui hanc donationem fecerunt. Samuel ſcripſit.

DXCI.

DXCI.

Donatio Eginonis in eadem villa.

Item anno quo ſupra ego Rechio dono ad ſanctum Dei martyrem Nazarium jjjj jurnal. de terra arabili a die præſenti in Dei nomine perpetualiter poſſidendos, ita, ut deinceps ſint illo loco omni tempore in augmento, ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio *Laureſham* III kalendas Auguſti. Sig- 30. Jul.
num Rechionis, qui hanc donationem fecit. Donadeus ſcripſit.

DCCLXII.

Donatio Dietlindis.

Anno quoque eodem ego Dietlint pro remedio animæ meæ dono ad ſanctum Dei martyrem Nazarium &c. quidquid in *Suezzingen* proprietatis habere videor, manſis, campis, pratis, paſcuis, perviis, ſilvis, aquis, aquarumve decurſibus, trado præſentialiter de jure meo atque transfundo in dominium ſancti N. perpetualiter poſſidendum ſtipulatione
6. Mart. ſubnixa. Actum in monaſterio *Lauresham* II nonas Martii. Signum Teutlindis, quæ hanc donationem fieri & firmari rogavit, ſignum Adalgoti, Thietdolfi, Ekkihardi Grimarius ſcripſit.

DCCLXIII.

Donatio Helradi presbiteri.

Vigeſimo IIII anno regni domini noſtri Karoli *regis*, ego Heilradus presbiter dono ad ſanctum N. Chriſti *martyrem*, qui requieſcit in corpore in monaſterio Lauresham, j manſum in *Suezzingen*, quem comparavi ab Erphone, & alium, quem comparavi ab Reginbodone, & tertium, quem dedit mihi Hartnant, & quartum, quem dedit mihi Fricco, & terram ad ipſos manſos pertinentem, & prata, & ſilvam, & viam, & aquam, & paſcuam, omnia ex omnibus, quæ ibi habere viſus ſum, tam in peccoribus, quam in aliis rebus, & mancipia his nominibus, Weliman, Radolf, Rutburg, & duas caſas in ipſis manſis, & j cellarium, & quidquid in ipſis manſis conſtructum eſt, & in *Weſtheim* j caſam & ſcuriam, quæ comparavi, & *Hantſcuhesheim* j caſam de comparato, & jj mancipia, Willigerum & Blitdrudem, quæ tradidi ad faciendos ingenuos. Signum Heilradi, qui hanc donationem fecit, ſignum Rudingi, Hucberti, Oddacri, ſtipulatione ſub-
25. Mart. nixa, V non. Martii. Grimarius ſcripſit.

DCCLXIV.

DCCLXIV.
Donatio Franconis & Guntbirg.

In Chriſti nomine ſub die VIII kalendas Julii, anno XXII regni domini noſtri Karoli regis, ego Francko & conjux mea Guntbirg donamus ad ſanctum Dei martyrem Nazarium &c. donatosque in perpetuum eſſe volumus vjjjj jurnal. de terra & ſilua, & quidquid in *Suezzingero marca* habere viſi fuimus, ad integrum a die præſenti tradimus de jure noſtro, atque transfundimus in dominium ſancti N. in Dei nomine perpetualiter poſſidendos, ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio *Lauresham* ſub die & tempore quo ſupra. Signum Franconis, qui hanc donationem fecit, ſignum Hartnandi, Siginandi. Rudolfus ſcripſit. 24. Jun.

DCCLXV.
Donatio Adae in eadem villa.

Ego in Dei nomine Ada pro remedio animæ meæ dono ad ſanctum Nazarium Chriſti martyrem, qui requieſcit in corpore in monaſterio Lauresham, ubi vir venerabilis Richbodo præeſſe videtur, jj manſos in *Suezzingen* & jj hobas, & quidquid in ipſa marca habere viſa fui. Actum in monaſterio *Lauresham* II non. Junii, anno XXVIIII regni domini noſtri Karoli regis. Signum Adæ, quæ hanc donationem fecit, ſignum Sigehelmi, Hiltdiberti, Willonis. Reginbertus ſcripſit. 12. Jun.

DCCLXVI.
Donatio Heilrami.

Ego in Dei nomine Heilram pro anima genitoris mei Otrammi dono ad ſanctum Chriſti martyrem Nazarium &c. in Lobodonenſi, in *Suezzingen ſuperiore* j manſum, a die præſenti de jure meo in jus & dominium ſancti N. trado atque transfundo

fundo in Dei nomine perpetualiter ad poſſidendum. Signum Heilrammi, Einoldi, Guntbaldi, Hiltdimanni. Actum in
20. Mart. monaſterio *Lauresham*, ſub die XIII kalendas Aprilis, anno XXXIIII regni domini noſtri Karoli regis.

DCCLXVII.

Donatio Heilradis in eadem villa.

Anno quoque eodem ego Heilraat pro remedio animæ meæ dono ad ſanctum Chriſti martyrem Nazarium &c. donatumque in perpetuum eſſe volo, quidquid in *Suezzingen*, & in *Hantſcuhesheim*, & in *Sikkenheim*, & in *Marcboteshe&im*, & in *Heidolſesheim*, habere viſus fui, manſis, terris, campis, pratis, paſcuis, perviis, ſilvis, domibus, ædificiis, cum adjunctis adjacentiis, aquis, aquarumve decurſibus, peculium utriusque ſexus, majus & minus, & mancipia his nominibus, Liutheri, Raathilt, Germuot, Herilint, Winigis, Boto, Meginſuint, Engilſuint, Blitdrud, Erkendrut, Richtrud, Radolf, Welimad, Engilrat, Sigemunt, hæc omnia ſuperius comprehenſa trado de jure meo atque transfundo in jus & dominium ſancti N. in Dei nomine perpetualiter ad poſſidendum,
20. Febr. ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio *Lauresham* X kalendas Martii. Signum Heilradi, qui hanc donationem fieri & firmari rogavit, ſignum Leidradi, Bonifacii, Erhardi. Reginbertus ſcripſit.

DCCLXVIII.

Donatio Rutberti.

Ego in Dei nomine Rutbertus pro remedio animæ meæ dono ad ſanctum Chriſti martyrem Nazarium &c. j manſum in *Suezzingen*, & j jurnal. de terra araturia a die præſenti de jure meo in jus & dominationem ſancti N. trado

atque

atque transfundo in Dei nomine perpetualiter ad poſſidendum ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio *Lauresham* XVIII kalendas Junii, anno XXXV regni domini noſtri Ka- 16. Maj.
roli glorioſi imperatoris. Signum Rutberti, qui hanc donationem fieri & firmari rogavit, ſignum Guntberti, Radoltdi, Reginheri. Reginbertus ſcripſit.

DCCLXIX.
Donatio Alarichi.

Anno XXXVIIII regni domini noſtri Karoli imperatoris ego Alarich pro remedio animæ patris mei Haderici dono ad ſanctum Chriſti martyrem Nazarium, qui requieſcit in corpore in monaſterio Lauresham, ubi vir venerabilis Adalungus abbas præeſſe videtur, vjjjj jurnal. de terra araturia in *Suezzinga ſuperiore* a die præſenti in Dei nomine perpetualiter ad poſſidendum ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio *Lauresham* ſub die II idus Julii. Signum Alarici, qui hanc do- 14. Jul.
nationem fecit, ſignum Wolf, Oſtmari, Guntberti. Altuuinus ſcripſit.

DCCLXX.
Donatio Brunichonis & Geroldi in Ebbelenheim.

In Chriſti nomine ego Brunicho & Geroldus donamus pro Attana, quod ipſa nobis manu poteſtativa tradidit, ut traderemus ad ſanctum Dei martyrem Nazarium &c. hoc eſt in *pago Lobodun.* in *Ebbelenheim* j manſum, & quidquid ad ipſum manſum attingit, totum & ad integrum &c. Actum in monaſterio *Lauresham* ſub die X Auguſti, anno III regni domini noſtri Karoli regis. Signum Brunichonis & Geroldi, qui hanc donationem fieri & firmari rogaverunt. Harilandus ſcripſit.

DCCLXXI.
Donatio Wolfberti.

Ego in Dei nomine Wolfbertus pro remedio animæ meæ dono ad ſanctum Nazarium martyrem, qui requieſcit in corpore in monaſterio Lauresham, ubi vir venerabilis Richbodo abbas præeſſe videtur, in *Ebbelenheim* jiij manſos & hobam j, ſimiliter in *Creichgowe* in illo meo *Wilare* omnia, quæ ad ipſum Wilare pertinent, de mea poſſeſſione in ambobus locis, & quod meæ proprietatis eſt, tam manſis, terris, campis, pratis, paſcuis &c. Actum in monaſterio *Lauresham*
30. Oct. III kalendas Novemb. anno regni domini Karoli XXXV. Signum Wolfberti, qui hanc donationem fecit. Altwinus ſcripſit.

DCCLXXII.
Donatio Binoldi.

Viceſimo VIII anno regni domini noſtri Karoli *glorioſi regis*, ego Einold & uxor mea Ruadſuind *dono ad eccleſiam* ſancti Nazarii in villa *Ebbelenheim*, in pago Lobed. ubi vir venerabilis Erlebaldus presbiter præeſſe videtur, donatumque in perpetuum eſſe volo j manſum in eadem villa, cum campis, ſilvis, pratis, aquis, aquarumve decurſibus, ut deinceps proficiant in augmentum ejusdem eccleſiæ. Actum in ipſa villa *Ebbe-*
1. Jan. *lenheim*, ſtipulatione ſubnixa, die kalendas Januarii. Signum Einoldi, qui hanc donationem fecit, ſignum Erlebaldi, Erkanbaldi, Thahanis.

DCCLXXIII.
Donatio Isheri.

Anno autem XXXVIIII regni domini noſtri Karoli glorioſi imperatoris, ego Isheri & conjux mea Rutniu donamus ad ſanctum Nazarium, qui requieſcit in monaſterio Lauresham, ubi

ubi venerabilis Adalungus abbas præeſſe videtur, j hobam & xvj jurnal. de terra araturia in *Ebbelenheim*, cum campis, pratis, paſcuis, perviis, ſilvis, domibus, ædificiis, aquis, aquarumve decurſibus, & j mancipium, quod vocatur Reginbertus, & quidquid in illo loco habuimus &c. X kalendas 23. Mart.
Aprilis. Signum Isheri, qui hanc donationem fecit, ſignum Theoberti, Leidradi, Roholfi. Altuuinus ſcripſit.

DCCLXXIV.

Donatio Wittegowi comitis.

Regnante domino noſtro Ludewico glorioſiſſimo imperatore, anno regni ejus IIII, ego WITTEGOWO COMES dono ad ſanctum Nazarium, qui requieſcit in corpore in monaſterio Lauresham, ubi vir venerabilis Adalungus videtur præeſſe, unam hobam in *Ebbelenheim*, quam a die præſenti in Dei nomine transfundo perpetualiter poſſidendum, ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio *Lauresham* XV kalendas Novembris. 18. Oct.
Signum WITTEGOWONIS COMITIS, qui hanc donanationem fecit & firmari rogavit, ſignum Suburenzionis, ſignum Warmanni. Altuuinus ſcripſit.

DCCLXXV.

Donatio Rutſuindis in eadem villa.

Ego denique in Chriſti nomine Rutſuuint pro remedio animæ meæ trado ad aulam ſancti Archangeli Michaelis, quæ conſtructa eſt in *Lobod.* in monte, qui vocatur *mons Abrahae*, ſuper quo venerabilis Gerhardus abba poteſtatem habet, donatosque in perpetuum eſſe volo in *Ebbelenheimero marca* jurnal. x & dimidium, & jjjj ad monaſterium ſancti Nazarii martyris Chriſti tradidi in Dei nomine perhenniter poſſidendos, ſtipulatione ſubnixa. Actum publice in cacumine *montis*

18. Dec. *Abrahae* XV kalendas Januarii. Signum Gerhardi abbatis & Rutſuindæ, qui hanc donationem fieri & firmari rogaverunt, ſignum Huſi presbiteri, Geraldi, Walamari, regnante Arnolfo rege, anno IIII regni ejus.

DCCLXXVI.

Donatio Ottakker clerici in Blankenſtat.

Anno III regni domini noſtri Karoli magni regis glorioſiſſimi, honoris ſeculi, & beati, ego Ottakker clericus dono pro remedio animæ meæ ad ſanctum Chriſti martyrem Nazarium &c. rem meam in *Blanckenſtat*, manſum j, cui ſubjungit de j latere Geroldus, de alio Hugibalt, & de terra araturia jurnal. xx, & de diſcompoſita terra jurnal. xx, cum ſilvis, campis, pratis, paſcuis, aquis, aquarumve decurſibus, ad integrum a die præſenti trado de jure meo & transfundo in jus & dominium ſancti Nazarii in Dei nomine perpetualiter ad poſſidendum, ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio *Laureſham*
23. Apr. VIIII kalendas Maii. Signum Oddocari, qui hanc donationem fecit. Samuel ſcripſit.

DCCLXXVII.

Donatio Rethuuini.

In Chriſti nomine ego Rethuuin dono ad ſanctum Nazarium martyrem &c. pro anima Wolfsuindæ, quod ipſa mihi tradidit manu poteſtativa, hæc videlicet, duo mancipia in *Blanckenſtat*, Willibertum & conjugem ejus Liuthildam, cum manſo, quem poſſidendent, & terra, quæ ad ipſum manſum pertinet, cum omni peculiari eorum, in Dei nomine perpetualiter ad poſſidendum, ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio *Lau-*
18. Jan. *reſham* XV kalendas Febr. anno VIII regni domini noſtri Karoli glorioſi regis. Signum Rethuuini, qui hanc donationem fieri & firmari rogavit. Grimarius ſcripſit. DCCLXXVIII.

DCCLXXVIII.
Donatio Rocculfi.

Anno X regni domini noſtri Karoli magni, glorioſi regis, ego Rocculfus dono ad ſanctum Nazarium Chriſti martyrem &c. duos manſos in *Blanckeſtat*, & hobam j, quidquid ad ipſam hobam aſpicere videtur, campis, terris, paſcuis, perviis, ſilvis, aquis, aquarumve decurſibus, & quidquid ibidem habere viſus ſum, trado atque transfundo in Dei nomine perpetualiter ad poſſidendum ſtipulatione ſubnixa. Si quis hanc donationem infringere voluerit, auri ſolidos vj, argenti pondera jj pro multa coactus ſolvat. Actum in monaſterio *Lauresham* XVIII kalendas Julii. 14. Jun. Signum Roccolfi, qui hanc donationem fieri rogavit, ſignum Tiotolfi, Erphonis, Albgeri. Samuel ſcripſit.

DCCLXXIX.
Donatio Nithardi & Weeltrudis.

Eodem anno ego Nithart & conjux mea Weeltrut donamus ad ſanctum Nazarium Dei martyrem, qui requieſcit in monaſterio Lauresham, duos jurnal. in *Blanckenſtat*, ut ad augmentum ſint ejusdem loci omni tempore. Actum in monaſterio *Lauresham* ſtipulatione ſubnixa, XII kalendas 21. Mart. Aprilis. Signum Nithardi, qui hanc donationem fecit, ſignum Anthadi, Geroldi, Hiltdibaldi. Samuel ſcripſit.

DCCLXXX.
Donatio Halfridi.

Item anno quo ſupra, ego Halfridus dono ad ſanctum Nazarium, qui requieſcit in monaſterio Lauresham, manſum j pro remedio animæ meæ, ſitum in *Blankenſtat*, ita ut ab hac die proficiat eidem loco in augmento, & hæc donatio ſit firma

in perpetuum ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio *Lau-*
30. Mart. *resham* III kalendas Aprilis. Signum Halfridi, qui hanc donationem fecit, ſignum Eigilberti, Luitdoldi, Ruduuini. Grimarius ſcripſit.

DCCLXXXI.

Donatio Birnichonis in eadem villa.

24. Mart. In Chriſti nomine, ſub die VIIII kalendas Aprilis, anno XXV regni domini noſtri Karoli regis, ego Birnicho dono ad ſanctum Nazarium, qui requieſcit in corpore in monaſterio Laureſham, ubi vir venerabilis abba Richbodo præeſſe videtur, x jurnal. in *Blanckenſtat* in Dei nomine perpetualiter poſſidendos ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio *Laureſham* ſub die & tempore, quo ſupra. Signum Birnichonis, qui hanc donationem fecit, ſignum Lantbaldi, filii ejus. Samuel ſcripſit.

DCCLXXXII.

Donatio Milizzonis.

Eodem vero anno ego Miliz de Lobodoninſe dono pro remedio animæ meæ ad ſanctum Dei martyrem Nazarium &c. quidquid in villa, quæ vocatur *Planckenſtat* & in *Truhtolfesheim* habere videor, jj videlicet manſos, & xxxjjjj jurnal. cum pratis, paſcuis, perviis, ſilvis, omnia de jure meo in jus & dominium ſancti Nazarii trado atque transfundo in Dei nomine perpetualiter ad poſſidendum ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio *Laureſham*. Signum Miliz, qui hanc donationem fecit, ſignum Nendingi, Albheri, Leidradi. Reginbertus ſcripſit.

DCCLXXXIII.

Donatio Cuniberti.

Ego in Dei nomine Cunibertus dono pro remedio animæ patruelis mei Roccolfi & germani mei Diottolfi jj manſos &

xxv jurnal. de terra araturia in *Blanckenſtat*, donatosque in perpetuum eſſe volo ad ſanctum Nazarium Chriſti martyrem &c. Actum in monaſterio *Laureſham* XVI kalendas Febr. anno XXXIIII regni domini noſtri Karoli glorioſi imperatoris. Signum Cuniberti, qui hanc donationem fecit, ſignum Ehardi, Hiltdihardi, Rodoldi. Reginbertus ſcripſit. 17. Jan.

DCCLXXXIV.
Donatio Elivindis.

In XXX autem VI anno ſub eisdem principibus ego Eliſuint dono ad ſanctum Nazarium martyrem Chriſti &c. in *Blanckenſtetero marca* & in *Truhtdolwesheimero marca* j manſum, & quidquid ibidem habui, exceptis tribus jurnalibus, aliud totum trado de jure meo & transfundo in jus & dominium ſancti N. a die præſenti in Dei nomine perpetualiter ad poſſidendum. Actum in villa *Planckenſtat* III kalendas Martii. Signum Eliſuindis, quæ hanc donationem fecit. Reginbertus ſcripſit. 27. Febr.

DCCLXXXV.
Donatio Erhardi.

Ego Erhart dono ad ſanctum Nazarium martyrem &c. jj jurnal. de terra araturia in *Blanckenſtat* & j mancipium, cui nomen eſt Willibirg, quæ donata volo eſſe in perpetuum pro remedio animæ meæ, ut ab hac die ad ipſum locum ſanctum proficiant in augmentum ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio *Laureſham* anno XXXVIIII regni domini noſtri Karoli imperatoris VII, kalendas Aprilis. Signum Erhardi, qui hanc donationem fecit, ſignum Theotberti, Eincihonis, Huſi. Altuuinus ſcripſi. 1. Apr.

DCCLXXXVI.

DCCLXXXVI.
Donatio Landbaldi & Erhardi.

Anno VIII regni domini Ludewici imperatoris, nos Lantbaldus & Erhardus donamus ad ſanctum Dei martyrem Nazarium &c. dimidium manſum in *Blanckenſtat*, & jjj jurnales, quos nobis tradidit Emicho manu poteſtativa, ut pro eo traderemus ad jam dictum locum, ut ei proficiant omni tempore in augmentum ſtipulatione ſubnixa. Actum in villa *Blanckenſtat* VI idus Maji. Signum Lantbaldi & Erhardi, qui hanc donationem fecit, ſignum Theotbaldi, Adalhardi, Egisheri. Rihger ſcripſit.

10. Maj.

DCCLXXXVII.
Donatio Lantbaldi.

Item Lantbald tradidit ſancto Nazario vjj jurnal. de terra araturia regnante domino noſtro Karolo anno XLII, VIIII kalendas April. Altuuinus ſcripſi.

24. Mart.

DCCLXXXVIII.
Donatio Emichonis.

Ego in Dei nomine Emicho dono pro remedio animæ meæ & genitricis meæ Oddanæ ad ſanctum Nazarium martyrem &c. jurnal. x de terra arabili in *Blanckenſtat* ſitos, a die præſenti in Dei nomine perpetualiter poſſidendos ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio *Laureſham* kalendas Aprilis, anno XLII regni domini noſtri Karoli glorioſi imperatoris. Signum Ekkihardi, Wolfonis, Reginbaldi, Ratuuini, Waldolfi, Thaganhardi. Altwinus ſcripſit.

1. Apr.

DCCLXXXIX.

DCCLXXXIX.

Donatio Theuthardi & Richgardis in Rorbach.

Anno XV regni domini noſtri Pippini regis, nos Theuthardus & Richgardis pariter donatores pro Dei intuitu, vel pro animæ meæ remedio ſeu pro æterna retributione donamus ad ſanctum Nazarium martyrem &c. rem noſtram in *pago Lobodonenſi* vineam j in *Rohrbach*, aliam in *Nuzlohon* a die præſenti de jure noſtro in jus & dominationem ſancti Nazarii tradimus &c. Actum in loco publico, qui vocatur *Laureſham*, II kalendas Januarii. Signum Theuthardi & Richgardæ, 31. Dec.
qui hanc donationem fecerunt, ſignum Rutlandi, Herulfi, Autberti. Wiglarius ſcripſit.

DCCXC.

Donatio Wislai.

In Chriſti nomine ego Adalbertus pro anima Wislai dono ad ſanctum Nazarium martyrem &c. in *Rorbach* j vineam ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio *Laureſham* non. Novemb. anno VII regni domini noſtri Karoli glorioſi regis. 5. Nov.
Signum Adelberti, qui hanc donationem fecit.

DCCXCI.

Donatio Megingozzi.

Ego Megingoz dono ad ſanctum Chriſti martyrem Nazarium &c. in *Malſcure marca* quidquid ibidem habere videor, & quod genitor meus Geroldus moriens dereliquit mihi, tam terris, campis, pratis, paſcuis, perviis, ſilvis, domibus, ædificiis, & jjj mancipia, Bilitruda cum infantibus ſuis, & in *Rorbach* vineas in duobus locis, ad integrum a die præſenti de jure meo in jus & dominium ſancti N. trado atque transfundo

DCCLXXXVI.
Donatio Landbaldi & Erhardi.

Anno VIII regni domini Ludewici imperatoris, nos Lantbaldus & Erhardus donamus ad ſanctum Dei martyrem Nazarium &c. dimidium manſum in *Blanckenſtat*, & jjj jurnales, quos nobis tradidit Emicho manu poteſtativa, ut pro eo traderemus ad jam dictum locum, ut ei proficiant omni tempore in augmentum ſtipulatione ſubnixa. Actum in villa *Blan-*
10. Maj. *ckenſtat* VI idus Maji. Signum Lantbaldi & Erhardi, qui hanc donationem fecit, ſignum Theotbaldi, Adalhardi, Egisheri. Rihger ſcripſit.

DCCLXXXVII.
Donatio Lantbaldi.

Item Lantbald tradidit ſancto Nazario vjj jurnal. de terra araturia regnante domino noſtro Karolo anno XLII, VIIII
24. Mart. kalendas April. Altuuinus ſcripſi.

DCCLXXXVIII.
Donatio Emichonis.

Ego in Dei nomine Emicho dono pro remedio animæ meæ & genitricis meæ Oddanæ ad ſanctum Nazarium martyrem &c. jurnal. x de terra arabili in *Blanckenſtat* ſitos, a die præſenti in Dei nomine perpetualiter poſſidendos ſtipulatione
1. Apr. ſubnixa. Actum in monaſterio *Laureſham* kalendas Aprilis, anno XLII regni domini noſtri Karoli glorioſi imperatoris. Signum Ekkihardi, Wolfonis, Reginbaldi, Ratuuini, Waldolfi, Thaganhardi. Altwinus ſcripſit.

DCCLXXXIX.

DCCLXXXIX.

Donatio Theuthardi & Richgardis in Rorbach.

Anno XV regni domini noſtri Pippini regis, nos Theuthardus & Richgardis pariter donatores pro Dei intuitu, vel pro animæ meæ remedio ſeu pro æterna retributione donamus ad ſanctum Nazarium martyrem &c. rem noſtram in *pago Lobodonenſi* vineam j in *Rohrbach*, aliam in *Nuzlohon* a die præſenti de jure noſtro in jus & dominationem ſancti Nazarii tradimus &c. Actum in loco publico, qui vocatur *Laureſham*, II kalendas Januarii. Signum Theuthardi & Richgardæ, 31. Dec.
qui hanc donationem fecerunt, ſignum Rutlandi, Herulfi, Autberti. Wiglarius ſcripſit.

DCCXC.

Donatio Wislai.

In Chriſti nomine ego Adalbertus pro anima Wislai dono ad ſanctum Nazarium martyrem &c. in *Rorbach* j vineam ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio *Laureſham* non. Novemb. anno VII regni domini noſtri Karoli glorioſi regis. 5. Nov.
Signum Adelberti, qui hanc donationem fecit.

DCCXCI.

Donatio Megingozzi.

Ego Megingoz dono ad ſanctum Chriſti martyrem Nazarium &c. in *Malſcure marca* quidquid ibidem habere videor, & quod genitor meus Geroldus moriens dereliquit mihi, tam terris, campis, pratis, paſcuis, perviis, ſilvis, domibus, ædificiis, & jjj mancipia, Bilitruda cum infantibus ſuis, & in *Rorbach* vineas in duobus locis, ad integrum a die præſenti de jure meo in jus & dominium ſancti N. trado atque transfundo

in Dei nomine perpetualiter ad poſſidendum ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio *Laurisham*, VIII kalendas No-
25. Oct. vemb. anno XIII regni domini noſtri Karoli glorioſi imperatoris. Signum Megingozi, qui hanc donationem fecit, Wolfberti, Amalberti, Wolfradi. Samuel ſcripſit.

DCCXCII.
Donatio Theutmari.

Anno deinde ſecundo ego Theutmar dono ad ſanctum Nazarium martyrem &c. j vineam in *Rorbach*, donatumque in perpetuum eſſe volo ſtipulatione ſubnixa. Actum ubi ſupra,
15. Mart. idus Martii. Signum Theutmari, qui hanc donationem fecit, ſignum Erningi, Rudingi, Truthbaldi. Rudolfus ſcripſit.

DCCXCIII.
Donatio Wachonis.

Item anno eodem ego Wacho dono ad ſanctum Nazarium martyrem &c. in *Rorbach* hobam j & xxx jurnal. & j vineam in *Rorbach*, & in *Buoteresheim* j manſum, hæc omnia, tam manſis, campis, ſilvis, paſcuis, perviis, aquis, aquarumve decurſibus donata eſſe volo pro anima filii mei, in Dei nomine perpetualiter poſſidenda, ſtipulatione ſubnixa. Actum in mo-
8. Jul. naſterio *Lauresham*, VIII idus Julii. Signum Wachonis, ſignum Druhbaldi, Wolfhardi, Birnichonis. Reginbertus ſcripſit.

DCCXCIV.
Donatio Adalgardis.

Anno XVII regni domini noſtri Karoli regis ego Adalgart, relicta Irlulfi, & filius meus Fruotwinus, pro animæ noſtræ remedio donamus ad ſanctum Nazarium martyrem &c. quid-

quidquid in pago Lobod. habemus in *Rorbach*, in *Bergenheim*, in *Sickenheim*, in *Tornheim* & in *Blanckenſtat*, tam manſis, terris, pratis, paſcuis, perviis, vineis, domibus, ædificiis, ſilvis &c. Actum in monaſterio *Lauresham* V kalendas Junii. 28. Maj. Signum Adalgardæ, quæ hanc donationem fecit, ſignum Frutwini filii ejus, ſignum Wacchonis, Egisberti, Trutbaldi. Samuel ſcripſit.

DCCXCV.

Donatio Eberwini.

In Chriſti nomine ego Eberwin dono ad ſanctum Nazarium martyrem &c. vineam j in *Rorbach*, & terram ad ipſam vineam pertinentem, ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio *Lauresham* XII kalendas Martii anno XX regni domini no- 18. Febr. ſtri Karoli. Signum Eberuuini, qui hanc donationem fecit, ſignum Ekkehardi, Ditwolfi, Dietmari. Rudolfus ſcripſi.

DCCXCVI.

Donatio Wigberti.

Poſt hæc anno VII ego Wigbertus dono ad ſanctum Nazarium, qui requieſcit in corpore in monaſterio Laureſham, ubi Richbodo abba præeſſe videtur, vjjjj jurnal. in *Rorbach*, quos ipſe Egilolfus mihi tradidit, ut pro anima ejus ad locum ſupra memoratum traderem, quod & feci, ſtipulatione ſubnixa. Actum in eodem monaſterio XIII kalendas Auguſti. Sig- 20. Jul. num Wigberti, qui hanc donationem fecit, ſignum Helmberti, Eberhardi, Ermenoldi. Reginbertus ſcripſit.

DCCXCVII.

Donatio Hadeberti & Wolfhardi.

Nos in Dei nomine Hadebertus & Wolfhardus donamus ad ſanctum Nazarium &c. pro anima Eigilberti j dimidium

manſum in *Rorbach* & xij jurnal. de terra araturia, & in *Bergeheim* j vineam & ſilvam, & quidquid ad ipſas res pertinere videtur, manſis, terris, campis, pratis, paſcuis, perviis, ſilvis, & tria mancipia, Udilam, Wolfgardam, Artlindam, omnia tradimus atque transfundimus in Dei nomine perpetualiter ad poſſidendum ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio *Laureſham* anno XL regni domini noſtri Karoli regis
3. Sept. glorioſi, III nonas Septemb. Signum Haduberti & *Wolfhardi*, qui hanc donationem fieri & firmari rogaverunt, ſignum Ekkiberti, Ermenfridi, Berolfi. Altuuinus ſcripſit.

DCCXCVIII.

Donatio Erlinwini & Suenehilt.

Si aliquid de facultatibus noſtris ob amorem Dei ad loca ſanctorum condonamus, hoc nobis procul dubio apud Deum in æterna retributione prodeſſe confidimus. Idcirco *ego* Erluuin & conjux mea Suenehilt donamus pro remedio *animarum noſtrarum* atque parentum noſtrorum, de quibus ad nos dinoſcitur perveniſſe, ut veniam peccatorum noſtrorum in futuro ante Deum adipiſci mereamur, communi conſilio & pari voluntate ad ſanctum Chriſti martyrem Nazarium &c. hobam j legitimam in villa *Rorbach*, quæ ſita in pago Lobod. & quidquid ad illam legaliter aſpicere uidetur, terris, domibus, ædificiis, caſticiis, vineis, pratis &c. Actum in monaſterio *Laureſham*, anno ab incarnatione Domini DCCCLI, regni vero Ludowici regis ſuper orientales Francos XII, XV kalendas
18. Maj. Junii. Signum Erlewini & Suenehildis, qui hanc donationem fecit, ſignum Adelhardi, Raodoldi, Humberti. Tietrochus ſcripſi.

DCCXCIX.

DCCXCIX.

Donatio Engilberti & Wicberti in Leheim.

Regnante Ludewico imperatore anno regni ejus XII, III idus Martii, ego Engilbreth & Wicbertus donamus pro remedio animæ noſtræ & Gunzonis avunculi noſtri ad ſanctum N. martyrem, qui requieſcit in corpore in monaſterio Lauresham, ubi vir venerabilis Adalungus abba præeſſe videtur, in *Leheim* manſos jjjj & vineas ad carradas x, & in *Sitenheim* jurnal. xv, & in *Walaſtat* jurnal. octoginta vjjj, & pratum j ad carradas vjjj, & manſum j, qui rebus noſtris interjacet, ubi jjjj ſervi manere poſſunt, & quidquid habemus tempore præſenti noſtræ proprietatis in locis ſupra nominatis, exceptis mancipiis, reliquum totum, tam manſis, terris, pratis, paſcuis, perviis, ſilvis, vineis, domibus, ædificiis, aquis, aquarumve decurſibus, quam ex omnibus, quæ noſtri juris ſunt, a die præſenti in jus & dominium ſancti Nazarii tradimus, atque transfundimus in Dei nomine perpetualiter ad poſſidendum ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio *Laureſham* III idus Martii. Signum Engilberti & Wicberti, qui hanc donationem fecit & firmari rogavit, ſignum Beinungi, Berolfi, Meginhardi. Altuuinus ſcripſit.

13. Mart. 13. Mart.

DCCC.

Donatio Wichbodonis & Heinrici.

Ego Wicbodo & Heimrich donamus pro remedio animæ Suberenzonis j manſum cum hoba ſita in *Leinheim*, & duo mancipia, Sigridum & Erkenhildam. Actum in monaſterio *Laureſham* ſtipulatione ſubnixa, XI kalendas Decembris, anno X regni Ludewici imperatoris. Signum Wicbodonis & Heimrici, qui hanc donationem fieri & firmari rogaverunt, ſignum Burgolfi, Udonis, Weniberti. 21. Nov.

DCCCI.
Donatio Warnheri in Rinehim.

Anno XV regni domini noſtri Pippini regis, ego Wernherius pro Dei intuitu vel pro animæ meæ remedio, ſeu pro æterna retributione, ut veniam peccatorum meorum adipiſci merear, per hanc cartulam donationis ſive teſtamentum dono ad ſanctum Dei martyrem Nazarium &c. rem meam *in pago Lobodonenſi*, ſuper fluvium *Suarzaha*, in *Diuuelenheim*, quidquid habere videor, in manſis, campis, pratis, ſilvis, aquis, aquarumve decurſibus, omnia & ex omnibus, quæ mihi de parte genitoris mei Nantheri legibus obvenerunt, a die præſenti de jure meo in jus & dominium ſancti N. trado atque transfundo perpetualiter ad poſſidendum &c. Actum in mo-
2. Apr. naſterio *Laureshaim* IIII non. Aprilis. Signum Warnheri, qui hanc donationem fecit. Wiglarius ſcripſit.

DCCCII.
Donatio Franconis in Diwelenheim.

Ego Franko dono ad ſanctum Dei martyrem Nazarium, qui requieſcit in monaſterio Lauresham, ubi vir venerabilis Egilbertus abba præeſſe videtur, donatumque in perpetuum eſſe volo pro animæ meæ remedio, manſum j cum hoba, in *Diuuelenheimero marca*, in loco, qui dicitur *Hiitdibrandeshuſun*, cum omni ædificio ſuperpoſito, & prato ad v carradas feni, & in *Diuuelenheim* manſum dimidium & jurnal. xv, & quidquid ad easdem res legitime pertinere videtur, ſtipulatione
25. Febr. ſubnixa. Actum in monaſterio *Laureskam* V kalendas Martii, anno XX regni Ludowici regis ſuper orientales Francos. Signum Franconis, qui hanc donationem fecit, ſignum MEGINGOTI COMITIS, Erluuuini, Meginhardi. Tiotrochus ſcripſit.

DCCCIII.

DCCCIII.

Donatio Einoldi & Lantbalti in Boteresheim.

Anno XL regni domini noſtri Caroli glorioſiſſimi imperatoris ego Einolt & Lantbalt dono ad ſanctum Nazarium Chriſti martyrem &c. pro remedio animarum Egilberti & Dagulfi fratris ſui, hoc quod nobis ſupradictus Egilbertus tradidit manu poteſtativa, ut pro eo & fratre ſuo ad ſanctum N. traderemus, quod & facimus, id eſt, manſum j in *Boteresheim* & xj jurnal. de terra arabili, & quidquid ad ipſum manſum aſpicere videtur &c. Actum XVII kalendas Aug. Signum Einoldi & Lantbaldi, qui hanc donationem fieri & firmari rogaverunt, ſignum Eberuuini, Wolfhardi, Iſanberti. Altuuinus ſcripſit. 16. Jul.

DCCCIV.

Donatio Rutſuindis in Nuzlohon.

Ego in Dei nomine Rutſuint pro remedio animæ meæ dono ad ſanctum Nazarium martyrem, qui requieſcit in corpore in monaſterio Laureſham, ubi vir venerabilis Adalungus abba præeſſe videtur, donatumque in perpetuum eſſe volo in *pago Lobod.* in *Nuzlohun* j manſum cum omni ædificio ſuperpoſito, & jj vineas & jjj mancipia, Franconem, Leubradum, Blauuam, a præſenti die de jure meo in jus & dominium ſancti N. trado atque transfundo, in Dei nomine perpetualiter ad poſſidendum. Signum Rutſuindis, quæ hanc donationem fecit & firmari rogavit, ſignum Egiberti, Heimonis, Eberuuini.

DCCCV.

Donatio Egilberti in Wilare juxta Nuzlohun.

Ego Engilbertus dono ad ſanctum Nazarium martyrem, qui requieſcit in monaſterio Laureſham, in *Wilare*, quod

ſitum

ſitum eſt in *Nuzlohero marca*, j hobam indominicatam & jjj ſerviles & mancipia. Iſti ſunt teſtes, Erlolf, Dietrich, Sigebreth, Aldo, Sigewin, Erinbalt, Hadamar, Rambreth, Hertuuic.

DCCCVI.

Donatio Meginhardi in Nuzlohun.

Anno ſecundo regnante domino noſtro Ludowico glorioſiſſimo imperatore, ego Meginhardus pro remedio animæ meæ dono ad ſanctum Nazarium martyrem, qui requieſcit in corpore in monaſterio Lauresham, ubi vir venerabilis Adalungus abba præeſſe videtur; donatumque in perpetuum eſſe volo in *Nuzlohero marca* j bifangum inter factum & non factum jurnal. xvj ad integrum a die præſenti de jure meo in jus & poteſtatem ſancti N. trado &c. Actum in monaſterio *Lauresham* VI kalendas Junii. Signum Meginharti, qui hanc donationem fecit, ſignum Hadeberti, Iſanberti, Einoldi. Altuuinus ſcripſit.

27. Maj.

DCCCVII.

Donatio Rutgangi, Ottberti & Adelberti in Nuzlohun.

Nos Rutgangus, Otbertus & Adelbertus pro remedio animæ Suaneburgæ pariter donamus ad ſanctum Chriſti martyrem Nazarium, qui requieſcit in corpore in monaſterio, quod vocatur Lauresham, vel ad illos ſervos Dei, qui ibidem ſub venerabili viro Adalungo abbate deſervire videntur, vineam j in *Nuzlohen* perpetualiter ab eis poſſidendam, ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio *Lauresham* XVII kalendas Maji, anno V regni domini noſtri Ludowici imperatoris. Signum Rutgangi, Otberti, Adalberti, qui hanc donationem fecerunt & ſcripto firmari rogaverunt. Signum Engilberti, Haduberti, Erkanberti. Altuuinus ſcripſit.

15. Apr.

DCCCVIII.

DCCCVIII.

Donatio Engilberti in eadem villa.

Anno Dominicæ incarnationis DCCCLXVII, regni vero Ludowici regis XXVII, ego Engilbertus dono ad ſanctum martyrem Chriſti Nazarium &c. pro remedio animæ meæ ac parentum meorum j hobam indominicatam & jjj ſerviles in *Nuzlohen* ſitas, & j vineam ad carrad. j cum vjj mancipiis, Rathero & Beldila, Rachero, Rudolfo & uxore illius Friderada cum duobus filiis, hæc omnia ſuperius denominata trado &c. Actum in monaſterio *Lauresham* X kalendas Aprilis. Signum Engilberti, qui hanc donationem fecit, ſignum Theotrichi, Folcradi, Arnoldi, Ibonis. Himmi ſcripſit. 23. Mart.

DCCCIX.

Donatio Meginheri, Iſanberti, Hartberti & Wolfſuint in Wezzinloch.

Nos in Dei nomine Meginherus, Iſanbertus, Hartbertus & Wolfſuint donamus ad ſanctum Nazarium martyrem, qui requieſcit in monaſterio Lauresham, ubi vir venerabilis Richbodo abbas præeſſe videtur, & hæc ſunt, quæ donamus pro remedio animæ Juncmanni, quæ ipſe nobis tradidit manu poteſtativa, ſita in *pago Lobod.* in *Wezzinloch* j hobam indominicatam cum ædificio & pomiferis, in ea conſitis, & molendinum cum omnibus adjacentiis, & alias hobas v ſerviles, & in *Batresheim* j hobam indominicatam cum ædificiis, & j hobam ſervilem, & in *Nuzloch* j vineam, & in *Hillenbach* vineam j & mancipia xvj, Rutmundum & conjugem ejus Haſaluuaram, Teothradum & conjugem ejus, Udalniuwam, cum filio eorum Folcrado, Noriherum & conjugem ejus Giſeltrudam, cum filia Liobſuinda, Wertherum & conjugem ejus Blutgardam, Guntramnum & filium ejus Wolfhardum, Theot-

Theotlindam, Liobtrudam, Rudewinum & Richbaldum cum omni pecculio eorum a die præſenti tradimus atque transfundimus ita, ut donatio iſta omni tempore firma & ſtabilis permaneat ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio *Lauresham* II idus Septemb. anno XXXIII regni domini noſtri Karoli regis. Signum Meginheri, Iſanberti, Hartberti, Wolfſuindæ, qui hanc donationis cartulam fieri & firmari rogaverunt, ſignum Hildiberti, Ratdadi, Huſonis. Reginbertus ſcripſit.

12. Sept.

DCCCX.

Donatio Huſonis & Amalſuindis.

Anno deinde tertio ſub eisdem principibus ego Huſo & conjux mea Amalſuint donamus ad ſanctum Nazarium rem noſtram in *Wizzenloch*, id eſt jjj ſervos, Gozbertum, Hildiuuardum & Nantherum, cum pomeriis & omni conlaborato eorum perpetualiter poſſidendos, ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio *Lauresham* II idus Febr. Signum Huſonis, qui hanc donationem fecit, ſignum Wolf, Udiloldi, Witdradi. Reginbertus ſcripſit.

12. Febr.

DCCCXI.

Donatio Ramberti & Meginbirgis.

Nos in Dei nomine Rambertus & uxor mea Meginbirg pro remedio animarum noſtrarum ſeu pro animabus parentum noſtrorum, ut nobis omnibus pius Dominus in præſenti ſeculo veniam delictorum concedat & in futurum requiem ſempiternam largiri dignetur, donamus pariter manu communi ad ſanctum Nazarium martyrem, qui requieſcit in corpore in monaſterio, quod vocatur Laureſham, ubi vir venerabilis Samuel abba præeſſe videtur, donatumque in perpetuum eſſe volumus j manſum in *Wezzenloch* indominicatum, cum

omni

omni ædificio ſuperpoſito, & terram arabilem ad eundem manſum pertinentem, & alias hobas ſerviles vj, & prata ad carrad. CL, & molendinum unum, & quidquid in ipſa villa vel marca proprietatis habemus, tam manſis, quam terris, pratis, paſcuis, perviis, ſiluis, aquis, aquarumve decurſibus, domibus, ædificiis, cum mancipiis XLV, & omni peculiari eorum. Similiter donamus ad eundem locum quidquid in *Nuzloken* habemus, hobas jj, vineas jjj, bifangos jjj. Similiter & in *Botresheim* hobas v, & in *Rorbach* vineas jj, & in *Bergeheim* dimidiam hobam, hæc omnia ſuperius comprehenſa a die præſenti in jus & dominium ſancti N. tradimus atque transfundimus perpetualiter poſſidenda, ſtipulatione ſubnixa. Actum publice in villa *Wezzenloch* VI kalendas Auguſti, anno XXV Ludowici imperatoris. Signum Ramberti & Meginbirgæ, uxoris ejus, qui hanc donationem fecerunt, ſignum Burgolſi, Franconis, Werinbaldi. Altuuinus ſcripſit. 27. Jul.

DCCCXII.

Donatio Rutperti & Tietraddi in Offtresheim.

Anno XV regni domini noſtri Pippini regis, ego Rutpertus & conjux mea Tietrad donamus ad ſacratiſſimum martyrem Nazarium &c. donatumque in perpetuum eſſe volumus, pro Dei intuitu, vel pro animarum noſtrarum remedio, ſeu pro æterna retributione, ut veniam peccatorum noſtrorum adipiſci mereamur, & promptiſſima voluntate confirmamus, hoc eſt, rem noſtram in *pago Lobodunenſi*, in loco nuncupato *Offtresheim*, qui eſt in *Chericheimero marcha*, ſervum j, qui vocatur Wolfuuin & manſum j, in quo ipſe manet, cum ſorte ſua, hoc eſt, cum terris, campis, ſiluis, domibus, ædificiis, paſcuis, perviis, cultis & incultis, aquis, aquarumve decurſibus, &c. Actum in monaſterio *Lauresham* III kalendas Julii. Signum Ruperti & conjugis ſuæ, qui hanc dona- 29. Jun.

 tionem

Theotlindam, Liobtrudam, Rudewinum & Richbaldum cum omni pecculio eorum a die præſenti tradimus atque transfundimus ita, ut donatio iſta omni tempore firma & ſtabilis permaneat ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio *Lauresham* II idus Septemb. anno XXXIII regni domini noſtri Karoli regis. Signum Meginheri, Iſanberti, Hartberti, Wolfſuindæ, qui hanc donationis cartulam fieri & firmari rogaverunt, ſignum Hildiberti, Ratdadi, Huſonis. Reginbertus ſcripſit.

12. Sept.

DCCCX.

Donatio Huſonis & Amalſuindis.

Anno deinde tertio ſub eisdem principibus ego Huſo & conjux mea Amalſuint donamus ad ſanctum Nazarium rem noſtram in *Wizzenloch*, id eſt jjj ſervos, Gozbertum, Hildiuuardum & Nantherum, cum pomeriis & omni conlaborato eorum perpetualiter poſſidendos, ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio *Lauresham* II idus Febr. Signum *Huſonis, qui* hanc donationem fecit, ſignum Wolf, *Udiloldi, Witdradi.* Reginbertus ſcripſit.

12. Febr.

DCCCXI.

Donatio Ramberti & Meginbirgis.

Nos in Dei nomine Rambertus & uxor mea Meginbirg pro remedio animarum noſtrarum ſeu pro animabus parentum noſtrorum, ut nobis omnibus pius Dominus in præſenti ſeculo veniam delictorum concedat & in futurum requiem ſempiternam largiri dignetur, donamus pariter manu communi ad ſanctum Nazarium martyrem, qui requieſcit in corpore in monaſterio, quod vocatur Laureſham, ubi vir venerabilis Samuel abba præeſſe videtur, donatumque in perpetuum eſſe volumus j manſum in *Wezzenloch* indominicatum, cum omni

omni ædificio ſuperpoſito, & terram arabilem ad eundem manſum pertinentem, & alias hobas ſerviles vj, & prata ad carrad. CL, & molendinum unum, & quidquid in ipſa villa vel marca proprietatis habemus, tam manſis, quam terris, pratis, paſcuis, perviis, ſiluis, aquis, aquarumve decurſibus, domibus, ædificiis, cum mancipiis XLV, & omni peculiari eorum. Similiter donamus ad eundem locum quidquid in *Nuzlohen* habemus, hobas jj, vineas jjj, bifangos jjj. Similiter & in *Botresheim* hobas v, & in *Rorbach* vineas jj, & in *Bergeheim* dimidiam hobam, hæc omnia ſuperius comprehenſa a die præſenti in jus & dominium ſancti N. tradimus atque transfundimus perpetualiter poſſidenda, ſtipulatione ſubnixa. Actum publice in villa *Wezzenloch* VI kalendas Auguſti, anno XXV Ludowici imperatoris. Signum Ramberti & Meginbirgæ, uxoris ejus, qui hanc donationem fecerunt, ſignum Burgolfi, Franconis, Werinbaldi. Altuuinus ſcripſit. 27. Jul.

DCCCXII.

Donatio Rutperti & Tietraddi in Offtresheim.

Anno XV regni domini noſtri Pippini regis, ego Rutpertus & conjux mea Tietrad donamus ad ſacratiſſimum martyrem Nazarium &c. donatumque in perpetuum eſſe volumus, pro Dei intuitu, vel pro animarum noſtrarum remedio, ſeu pro æterna retributione, ut veniam peccatorum noſtrorum adipiſci mereamur, & promptiſſima voluntate confirmamus, hoc eſt, rem noſtram in *pago Lobodunenſi*, in loco nuncupato *Offtresheim*, qui eſt in *Chericheimero marcha*, ſervum j, qui vocatur Wolfuuin & manſum j, in quo ipſe manet, cum ſorte ſua, hoc eſt, cum terris, campis, ſiluis, domibus, ædificiis, paſcuis, perviis, cultis & incultis, aquis, aquarumve decurſibus, &c. Actum in monaſterio *Lauresham* III kalendas Julii. Signum Ruperti & conjugis ſuæ, qui hanc dona- 29. Jun.

 tionem

tionem fecerunt & firmari rogaverunt, ſignum Wachonis. Samuel ſcripſit.

DCCCXIII.

Donatio Thanhardi.

1. Jun. In Chriſti nomine ſub die kalendas Junii, anno XX regni domini noſtri Karoli regis, ego Thanhart dono ad ſanctum Nazarium martyrem, qui requieſcit in monaſterio *Laureſham*, ubi vir venerabilis Richbodo abba præeſſe videtur, donatumque in perpetuum eſſe volo, quod mihi Rutbertus tradidit, ad tradendum pro remedio animæ ejus, hoc eſt, in *Offterisheim* x jurnal. de terra araturia, quos trado ita, ut ad ipſum locum ſanctum omni tempore proficiant in augmentum ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio *Laureſham* die & tempore quo ſupra. Signum Tanchardi, qui hanc donationem fecit, ſignum Ekkihardi, Nanthardi. Iſanbertus ſcripſit.

DCCCXIV.

Donatio Methildis.

Anno poſt hæc III regni domini noſtri Karoli glorioſi regis, ego Methilt dono ad ſanctum Nazarium Chriſti martyrem, qui requieſcit in monaſterio Laureſham, cui venerabilis Richbodo præeſſe videtur, donatumque in perpetuum eſſe volo hobam j, in *Butresheim* ſitam, & j manſum, id eſt, xxx jurnal. campis, pratis, paſcuis, perviis, ſilvis, aquis, aquarumve decurſibus, omnia a die præſenti trado atque transfundo in Dei nomine perpetualiter poſſidenda, ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio Laureſham IIII kalendas
26. Febr. Martii. Signum Mathildæ, quæ hanc donationem fecit & firmari rogavit, ſignum Adalonis Hiltdibaldi. Rudolfus ſcripſit.

DCCCXV.

DCCCXV.
Donatio Gerhelm in Offtersheim.

Ego Gerhelm clericus pro remedio animæ meæ dono ad ſanctum Nazarium, qui requieſcit in pago Rinenſi, in monaſterio Lauresham, ubi vir venerabilis Adalungus abba præeſſe videtur, donatumque in perpetuum eſſe volo, quidquid proprietatis meæ eſſe dinoſcitur in *Offteresheim*, tam manſis, terris, campis, pratis, paſcuis, perviis, ſilvis, domibus, ædificiis, omnia trado atque transfundo in Dei nomine perpetualiter ad poſſidendum ſtipulatione ſubnixa. Actum anno XVI regni domini Ludowici imperatoris. Signum Gerhelmi, qui hanc donationem fecit, ſignum Dindonis, Dudonis, Eberbaldi. Altuuinus ſcripſit.

DCCCXVI.
Donatio Reginbaldi & Trutbaldi in Botresheim.

Nos in Dei nomine Reginbalt & Trutbalt pro remedio animæ noſtræ & pro animabus Hiltdiniu & Hiltdiniwa, & Rimadali, & Cunimadali, & Erlebaldi, & Heribaldi donamus ad ſanctum Dei martyrem Nazarium, qui requieſcit in corpore in monaſterio Lauresham, ubi vir venerabilis Richbodo abbas præeſſe videtur, donatumque in perpetuum eſſe volumus j hobam in *Botresheim* ſitam, cum manſo, & quidquid ad ipſam hobam aſpicit, &c. Actum in monaſterio *Lauresham* XVI kalendas Maji, anno XXXV regni domini no- 16. Apr.
ſtri Karoli glerioſi imperatoris. Signum Reginbaldi & Trutbaldi filii ejus, qui hanc donationem fecerunt. ſignum Dietberti, Eberuuini, Walmari. Reginbertus ſcripſit.

